la scri[illegible]
ſis. xxi. q. i. preſbyteros. C. de
aſſeſſ. l. nemo.

a ¶ Cõtraria veritati. hoc nõ
eſt mirũ. nã et Aug⁹. q tãt⁹ fuit
plura ſcripſit q̃
poſtmodũ retra
ctauit. vt. xxvi.
q. iiij. quodã in
loco. et. x. q. i.
certe ego. dix ei
hẽre memoriã et
ĩ nullo peccare
poti⁹ diuinitat;
eſt q̃ humanita
tis. C. de veteri
iu. e. l. ij. §. ſi q̃s
autem.

b ¶ Scientiarũ
dñs. ſic. xxxvij
di. §. ſed ecõtra.

c ¶ Inſignauit
ſcientia nobili-
tat hoiez. vt no.
eſt de pben. c. de
mlta. nec põt ꝑ-
cio nũmario cõ-
parari. ff. de va.
et eſt ar. cog. l.
i. §. eſt quidem.

d ¶ Corrigat
q̃ ſubtiliter ſcĩ
emendat laudã
bilior eſt eo qui
ꝑmo inuenit. C.
de veteri iurecõ.
l. i. §. oĩb⁹ actori
b⁹. Nec ꝓpt hoc
deberet q̃s dedi
gnari licz dicta
ei⁹ corrigãt et

tellectũ) aliqua i[illegible]
ſcripſerim que ſũt c[illegible]
veritati⁹ ad vos qu[illegible]
rũ dñs⁹ talẽto ſcĩ mu[illegible]
miter iſigniuit⁹ ꝑ ipſ⁹ cor-
rectiõe duxi fiducialiter re-
currẽdũ a ſinceritate veſtra
poſtulãs ex munere ſpeciali: vt ſi quid in eo corrigen-
dum fuerit id ſi placuerit
corrigatis⁹ et in meli⁹ (put
circunſpectioni veſtre vide
bitur) emẽdetis. ſic q̃ lecto
res nichil prorſus in ipſo i-
ueniant quod lingua cẽſu
la reprehẽdat: ſed quid po
tius imitentur: et immunen
tibus electionum ſ[illegible] poſtu-
lationum negocijs ample-
ctantur.

¶ De tẽpore infra quod eſt elec
tio celebranda: et de pena il-
lorũ qui nõ eligũt infra tẽpus.

o Cap. i. et.

n cũ subtertõ numero al
it in apparatu citius inue
acias in principio cuius
ipsi atq; forme sue nece
tica vo
ficut
et

minime

minime a qui cuiuslibet boni
operis est initium b attẽdẽ
tes dicimus primo de
tempore infra quod debet
electio celebrari. Cuz enim
ipso iure sit irrita c electio si
debito tempore non sit fa-
cta: expedit eligentibus vt
tẽp⁹ huiusmõi nõ ignorẽt.
Sciendum est igitur q̃ in
quãlibet ecclesia cathedra-
li quãdiu episcopus vel ar-
chiepiscopus aut alius su-
perior diligendus: debet in
fra tres mẽses d a vacatiõis
tempore e vel mortis prela-
ti notitias cõputandos ele
ctio celebrari. et hoc potest
tamen ẽ plato maximo expe-
dire cum ex tunc a legitimo
iudice ipsius ecclesie in solu
tab. est tamen honestius q̃
non fiat electio quousq; cor
pus defuncti sit tradituꝝ
ecclesiastice sepulture. Si
collegium
mulari
te

Vacatio ecclesie
multiplicitur.

Quattuor de fit.
trãslatiõe: verũ
eẽ intelligẽ qñ est
plene trãslatus
xxi.q.ii. si qs tã
trãslatus. et no
tatur ex. de pre-
ben. de multa.

g Motus.
qñ ab tito igno
rãt vacationem
ecclie. nã igno-
rãtib⁹ nõ currit
tps ex. de cõcess
si. p. q̃. et. j. c.
iij. vbi de boc.

h Sit soluta
vij.q.i. sicut alte-
ri⁹ ar. ex. de se
cundis nupt. c.
vlt. et penul. sic
ei fuit iudicatũ
i romana curia
in cã ecclie yler-
tẽnsẽ. Innoc.
ẽ. ostiẽ. et b.
9. vt notat per
eos ex. e. hõe.

i Contra-
ta q̃ cũq; diu in
loco §. et ista q̃ti
bus sumãt vt ex
glo. Innocẽ.
vel ex glo. b. 9.
ex. e. ne p defcũ.
Que aũt eccl'ia
collegiata dica

vt notat per eũ ext. de ma. et ob. c. i. ar. lxv. d. c. vltimo.

a ¶ Citatos. psumit quis non citat⁹: nisi hoc pbetur. ext. e. q si cut. et. lxxxiij. di. pposuisti. Et

Citatio per quẽ debeat pbari.

ideo non ei q ne get se citatũ: sz ei q dicit eũ citatũ incũbit pbatio. vt no. i vic. dec. q sicut. in glo. psumit. et c. bone. i. glo. 7 sic eẽt. Sz nũq̃d posset pbari hec citatio p nũciuz q diceret se citasse: ar. q sic. ext. de ap. cũ parati. ff. de rebus eo q sub tu. vel cu. l. mag. §. illud. nã et in causis credit nũcio iurato de cõsuetudie si dicat aliquẽ se citasse vt notat ext. de proba. qñ. Sed videt ptra q vnus testis nõ est credendũ in alteri⁹ preiudicium. ext. de testi. liczet quadam. et. xiij. q. iij. vnus. Jo. dicit p iura pmo allegata. q credit nuncio iurato. tñ ille qui dicit̃ citat⁹ põt pbare in ptrariũ suo iuramẽto. ff. ext. de pcur. et insinuatioe. Unde. Jo dicit q citatio pbenda est legitime: puta p teste. vel publicũ

Nũcio an sit credẽdum.

strumentũ. vt notat p
sicut. et hoc est tutius
b ¶ Instrumẽtũ. sc
quã habes. j. c. lx. fo
c ¶ Citabit nũci⁹. sc
quã h
lx. fo

se negare valeãt se citatos sit caut⁹ nũci⁹ vt i pscntia testiũ citationis lras absentib⁹ repsentet. 7 de pscutioe faciat fieri (si poterit) publicũ instrumẽtum b. et idem fiat cum citabit nũcius c cũ sine lris citatio est cõmissa.

H
d ¶
Sz est
mo de
citatõis
strum
cum si
debeat
ri. ext.
e ¶
non
vltra
tas
vt not
e. q. pp
in pn.
cit. b.
ar. est
de resc
nullo.
dicit q
sint ab
sũt va
mõ id
ri cõm

¶ Qz absentes / et a quo loco / vtrumq; personaliter sint citandi.

Cap. v.

Aq̃ remoto loco absẽtes canonici sint vocãdi diuersitates scẽtie diuersoꝝ: sz illa tãq̃ pbabilior est tenẽda vt in vocãdis ꝓsuetudo cuiuslibet ecclesie obseruet. d q si forsan nõ appareat: tũc vocari debẽt oẽs e qui possunt ꝓmode ac sine piculo f

sur iurãdi. ff. ne piculo. ext e. q sicut. i dicto. c. q. ppi. sup et facit ad hoc. lxiij. citãt absẽtes vltra et. ext. e. in genesi. vl toto regno frãcie. tis. ar. pdic. dett. q f ¶ periculo. hec

cto respicitur piculū ꝛ
ecclē vacāt: nō psona
absētes nō possit venire
sine picto psonaꝝ fort:
tates vt iuniciasca
tū vo
t psti=
rato=
q ppt.
et no. in
.bōe.
citan.
itāda.
a ipo
idavt
.ā eſt.e.
.bone. it
oluerit.
eit qꝛ
poꝛ è
cōtēp=
ificare
in ipis
facta eſt
et no=
ecclia it
pot ptēp
ptēp=
ē dec.
notat
et b.ꝓ.
vocat
.vbi de
facit ad
notat p
maeſt.
acīēda
ds ꝛ

Vt. Item

ꝓuocari: alias si ꝓtemptus ip=
sius electio celebretur irritā=
da[a] erit si ipse agē voluerit[b]
de ꝓtēptu. Verū vbi mora
eēt piculū ꝑ latura: puta qꝛ
expirat tps a iuꝛ eligēt[b] p
finitū: vt forte tytān[o] aliqs
ad vacātē ecclīā venit vt p[ꝛ]
ssionē quē quā eligi faciat
eadē tūc pñt pñtes eligē ab
sētib[o] nō vocatis. Sane[b] ab
sētes ipi si sciaꝛ vbi de gūt sꝛ
citandi psonaliter: [c]dūmō id
possit fieri ꝓmode ac sine pi
culo vt ē dictū. aliꝛ si nesciꝛ
citari dñt p edictū[f] publicū
ī ecclīas vl vbi ꝓsueuerūt cō=
morari[h]. Porro si aduertē=
dū ē qꝛ citari dñt nō solū hꝰ
q vacare nesciūt[i] ecclīā: sꝛ
hꝰ etiā q nec sciūt vbi pñtes
fuerīt ad eligēdū t̄ min[o]
assignat tūc ei si postmodū
se absētet[k] nec q̄ vlī[o] voca
tū[l] nec electionē potit eo

Lita=
tio q̄li
ter fit
p edi=
ctū pu
blicū.

qđ dr̄ in istis §. ive
ī pīnocē. et ostien. ꝛ
pter.

dolo. vñ nō d[c]bēt inde cōmodū
repoꝛtare. eē de reſcrip. ſedes.
l Vocabū[l] ꝛ inocē. vt dr̄ ꝛ

FAMILIARIVM COLLOQVIORVM OPVS,

POSTREMA AVCTORIS MANV locupletatum & recognitum.

Syn. 8. 57. III.

DES. ERASMO ROTERODAMO AVCTORE.

UNIV. LIB. CAMB.

LONDINI
Per Henricum Bynneman,
ANNO 1571.

Ex Libris
Ambrosii
Hildebrandi 1659

Ambrosii Rosae
me possidet
optimo iure

Contra spes contra
Omnia ego contigis contra
Ambrosii
Ambrosii Rosae
Ex 39:03

Ex libris Ambrosii Rosae

Ex inocc

DES. ERASMVS ROTERODAMVS, OPTIMAE SPEI PVERO IOANNI Erasmio Frobenio. S. D.

ICIT libellus tibi dicatus expectationem nostram, Erasmi mellitissime: tuum erit videre, ne fallas expectationem nostram. Ille sic adamatur, sic rapitur, sic teritur manibus studiosæ iuventutis, vt & patri tuo fuerit subinde typis excudendus, & mihi nouis accessionibus identidem locupletandus, dicas & illum Ἐράσμιον quempiam esse deliciasque Musarum sacra colentium: quò magis adnitendum erit, vt tu quoque sis quod diceris: hoc est, vt litteris & morum probitate sis omnibus bonis charissimus. Vehementer autem pudendum fuerit, si cùm tam multos hic libellus & Latiniores reddiderit, & meliores, tu commiseris, vt ad teipsum non redierit eadem utilitas, quæ per te peruenerit ad omnes: cumque iam multi sint adolescentes, qui tibi nomine Colloquiorum gratias agunt, nónne meritò censeatur absurdum, si tua culpa factum videatur, quò minus mihi possis eodem nomine gratias agere? Accreuit libellus ad iustam voluminis magnitudinem, tibi quoque conandum est, vt quantùm

accreſcit ætas, tantùm accedat & honeſtæ eru-
tioni,& morum integritati. Suſtines non vulg-
rem expectationem,cui reſpondere neceſſariu
vincere pulcherrimum fuerit: certè fallere, ſi
ſummo dedecore non potes.Nec hoc dico, quò
hactenus pœnit eat profectus tui, ſed vt curre
ti calcar addam, quò curras alacrius, præſer
cùm eam ætatem ingreſſus ſis,qua non alia co
tinget felicior ad imbibenda literarum ac piet
tis ſemina.Fac igitur, vt hæc Colloquia verè t
dici poſſint. Dominus IESVS ſeruet iſtam æ
tem tuam puram ab omnibus inquinamen-
tis, ſemperque ad meliora prouehat.

Vale. Baſiliæ, Calend. Au-
guſt. An.M. D.
XXIIII.

(.·.)

FAMILIARIA

COLLOQVIA IN PRIMO CONGRESSV.

NOn temerè docet quidam, vt saluteмus libenter. Comis enim & blanda salutatio sæpe conciliat amicitiam, inimicitiam diluit: certè mutuam benevolentiã alit augetq́. Quidam vsque adeò Demea sunt, ingenioq́ agresti, vt vix salutati resaluẽt. Nonnulla hoc vitij cõcilianit educatio verius, quàm natura. Vrbanitatis est salutare obuios, aut eos qui nos adeunt, aut quos adimus ipsi colloquẽdi gratia: Item si videris aliquid agentes, cœnantes, obscitantes, singultientes, sternutantes, tussientes. In ruitu, crepitúve ventris salutare, hominis est plus satis vrbani. Sed incivilius etiãm eum salutare, qui reddit vrinam, aut alium exonerat.

Salue pater, salue matercula, salue mi frater, salue præceptor obseruande, salue multùm mi patrue, salue charissime nepos.

Vrbanum est addere cognationis aut affinitatis titulum, nisi cùm habẽt aliquid odij: tum enim præstat cuiuis minus quidẽ proprijs, sed plausibilioribus: Vt etiam nouercam salutamus, matrem: priuignũ, filium: vitricũ, patrem: fratris maritum, fratrem: fratris vxorem, sororem. Idem in ætatis aut officiorũ titulis

In præceptis quæ circumferuntur Catonis nomine.

Adeo Dem. Ex Comœdijs vtimur aliquãdo proprijs appellationibus vt Eucliones, auaros: Thrasones, gloriosos appellamus.

tulis faciendum. Gratius enim fuerit, si senẽ, patre
aut virum eximium salutes, quàm ætatis cognomi
Ἄεσ, ὁ senex. etiam si olim honoris causa dicebatur ὦ γέρου, Sa
præfecte, salue tribune. Non autem, salue caliga
aut calcearie. Salue adolescens, salue iuuenis. Se
ignotos adolescentes filiorum cognomento salutar
adolescentes vicissim illos patres aut dominos.

BLANDIOR SALVTATIO.

inter amantes.

Salue
- mea Corneliola.
- mea vita.
- mea lux.
- meum delicium.
- meum suauium.
- mel merum.
- mea voluptas vnica.
- meum corculum.
- mea spes.
- meum solatium.
- meum decus.

HONORIS GRATIA,

aut secus.

Salue here. Ohè salue tu quoq; bone vir. Salue
ornatissime, clarissime. Salue etiam atq; etiam l
rarum decus. Salue plurimũ amicorũ optime. Sa
mi Mecœnas. Salue patrone singularis. Salue
spectatissime. salue vnicum huius ætatis ornamẽ
Salue Germaniæ delicium. Saluete quotquot
vna salute omnes. Saluete pariter omnes. Saluete

bon

homunculi. Salue congerro lepidissime. Salue vini pernicies. R. *Salue & tu gurgis, helluoq; placentarũ. Salue multùm virtutis omnis antistes.* R. *Salue mundum totius probitatis exemplar. Salue anicula annos nata quindecim.* R. *Salue puella annorum octoginta. Bene sit tibi cum tuo caluitio.* R. *Bene tibi cum tacero naso. Vt salutaris, ita resalutaberis. Si malè dixeris, peius audies. Salue iterum atq; iterum.* R. *Et tu salue perpetuũ. Salue plus millies.* R. *Equidem malim saluere semel: salue quantũ vis.* R. *Et tu quantũ mereris. saluere te iubeo.* R. *Quid si nolim? Equidem agrotare malim, quàm tua salute saluere.*

Salua sit tua { *Sanctitas. Amplitudo. Celsitudo. Maiestas. Beatitudo. Sublimitas.* } *magis vulgò receptæ sunt, quàm probatæ doctis.*

IN TERTIA PERSONA.

Sapidus Erasmo suo salutem dicit.

Sapidus Beatum suum plurima salute impertit.

ALIA FORMA.

Saluus sis Crito. Bene tibi sit vir optime. Resp. *Et tibi melius. Pax tibi frater: Christiana salutatio est, à Iudæis profecta, neque tamen repudianda. Similis est, Bona vita, Aue præceptor.* R. *Equidem malim habere quàm auere.* Χαῖρε. Res. *Memento te Basileæ esse, non Athenis.* Res. *Cur tu igitur audes Romanè loqui, cùm Romæ non sis?*

BENE precandi formulæ.

Et benè precari ſalutationis genus eſt.

GRAVIDAE.

Faxit Deus vt feliciter parias: vt maritum pulchr[o] prole facias parẽtem. E[illegible] ſu[illegible]. Precor vt hic tumor vteri felicit[er] ſubſidat. Velint ſuperi, vt nõ maiore moleſtiâ elabatur, quàm illapſum eſt, quicquid eſt hoc oneris quod geſtas. Donet tibi Deus felix puerperium.

CONVIVIS.

Sit fœlix conuiuium. Benè ſit vniuerſo cœtui. Precor omnia lætu vobis omnibus. Deus benè fortunet veſtrum conuiuium.

STERNVTANTI.

Sit fauſtum ac felix. Seruet te Deus. Sit ſalutiferum. Benè vertat Deus.

AVSPICANTI quippiam.

Sit felix & fauſtũ Reipublicæ. Bono ſit omnibus quod inſtituis. Benè vertat quod agis. Benè fortunet Deus tuos labores. Faueant ſuperi tuis conatibus. Quaſo, vt quod inſtituiſti ſuperis benè fortunantibus, feliciter abſoluas. Benè fortunet Chriſtus Opt. Max. quod in manib° eſt. Feliciter cedat, quod inſtituiſti. Feliciter exeat, quod aggreſſus es. Rẽ ſanctam aggreſſus es, precor vt felix ſit exitus, ac proſperum numẽ aſſpiret pulcherrimis cœptis. Chriſtus benè cœptum ſecundet. Proſperè ſuccedat, quod auſpicatus es. Deum optimum maximumque precor, vt iſtud conſilium, quàm eſt honeſtũ, tam ſit & felix. Bonis auſpi-

bus

...us cœpta res, melioribus exeat. Precor, vt bonis ani-
...mis Italiam adeas, melioribus redeas. Opto tibi feli-
...cem cursum, & recursum feliciorem. Faxit Deus, vt
...tinere hoc feliciter peracto, breui tibi prosperum re-
...litum gratulemur. Contingat tibi feliciter & nauti-
...gare & renauigare. Sit iter latum, reditus latior. Vti
...nam ista profectio tibi succedat ex animi tui senten-
...tia. Vtinam tibi tam iucunda sit ista profectio, quàm
...nobis erit interim molestum tui desyderium. Bonis
...auspicijs soluas ancoram. Precor, vt ex vtriusq; vo-
...tis succedat hoc iter. Precor, vt hic contractus com-
...modo, bonoque sit vtriusque. Precor, vt hoc matri-
...monium voluptati sit omnibus nobis. Sospitet te Iesus
Optimus Maximus. Superi propitij te nobis inco-
...lumem restituant. Seruet te Deus animæ dimidium
...meæ. Opto tibi reditū incolumem. Precor, vt hic an-
...nus tibi latis auspicijs ineat, lætitionib⁹ procedat, le-
...tissimis exeat, ac sæpius recurrat semper felicior. Res.
At ego vicissim tibi multa secula felicissima precor, ne
...tu gratis sis nobis bene precatus. Precor, vt hic dies
...tibi candidus illuxerit. Precor, vt hic Sol tibi felix
...surrexerit. Res *Tantundem tibi reprecor. Sit felix*
...exortus huius diei, & sit vtrique nostrum prosperri-
...mus. Opto tibi noctem prosperam pater. Precor tibi
...noctem placidam. Contingat tibi felix somnus. Det
Deus placidam quietem. Det somnum absq; somn...
Faxit Deus, vt aut placidè dormias, aut felicem
somnus. Sit tibi fausta nox. Res. *At ego tibi, quando*
gaudere soles lucro, pro vna fausta mille precor fau-
stissimas.

VALE

VALE IN DIGRESSV.

Valete omnes. Bene vale. Cura, vt quàm rectissime valeas. Valetudinem tuam cura diligenter. Iubeo te bene valere. Sã me tempus alio vocat, tu valebis. Vale to quàm optimè. Vale pãcraticè, aut si mauis athletice. Vale vt dignus es. Vale vt meritò. In hoc bidui valebis. Si me dimittis, valebis in crastinum. Num quid vis? Est aliud, quod me velis? RES. *Nihil, nisi vt prosperè valeas. Da operam, vt sis prospera valetudine. Age curam valetudinis tuæ. Habe curam salutis tuæ. Fac vt proximo cõgressu te lætum ac nitidũ videamus. Iubeo te curare cuticulam. Cura vt sit mens sana in corpore sano. Da operam, vt totus valeas, tum corpore, tum animo.* RES. *Dabitur quidẽ opera. Valebis tu quoq;. Tibi vicissim precor prosperam valetudinem.*

SALVTARE per alium.

Frobenium iubebis meo nomine salvere plurimũ. Erasmiolum item mea causa salutabis diligenter. Tum matri Gertrudi quàm potes officiosissimè ex me salutem dicito. Dic me omnibus omnia lætã precari. Salutabis mihi sodalitatem diligẽter. Amicos omnes meis verbis salutato. vxori salutẽ ex me annũciabis. Fratri tuo in literis meo nomine salutem adscribe. Mei vice salutabis affinem meum. Num quid tu mandas per me? RES *Vt rectè valeant. Estné quod velis ad tuos perferri me nuncio?* RES. *Multẽ salutẽ omnibus, sed præcipuè patri. Sunt ques per me tuo nomine velis salutatos?* RES. *Omnes qui de me percõtabun-*

tabuntur. Salutẽ quam mihi ab amicis attulisti, illis multo cum fœnore refers. Quorum nomine mihi salutem attulisti, eos omneis mea gratia vicissim salutabis accuratè. In amicis salutandis sis quæso mihi vicarius. Salutassem generum meũ per literas, sed tu mihi apud illum epistolæ vice fueris. Heus heus, quò properas? RES. *Rectà Louanium. Resiste paulisper, est quod tibi mandem.* RES. *Atqui peditis non conuenit sarcina. Quid reiecti?* RES. *Vt Goclenium, Rutgerum, Ioannem Campensem, totumq; eorum tridinguem mihi salutes.* RES. *Si nihil aliud imponis sarcinæ præter salutes, facilè perferam. Atqui ne grauis isthuc facias, precor vt tibi quoque euntis & redeuntis Salus sit comes.*

REDVCEM quomodo salutare oporteat.

Salvum te aduenire gaudemus. Sospitem adesse volupe est. Te nobis redditũ esse voluptati est. Gratulamur tibi felicem reditum. Gratia superis, quòd nobis incolumis redieris. Quò molestiæ fuit nobis tui desyderiũ, hòc redditus conspectus tui iucundior est. Gratulamur & tibi, & nobis, quòd viuus ac valens nobis restitutus sis. Hoc reditu tuus est nobis iucundior, quò minus exspectatus. RES. *Ego vicissim lætor, quòd incolumis vos incolumes offenderim. Quòd te salvum repererim, vehementer gaudeo. Non viderer mihi redisse salvus, nisi vos salvos reperissem. Nunc demum mihi videor sospes, cùm vos incolumes ac pulchrè valentes conspicio.*

PER-

PERCONTANDI FORMA
in primo congressu.
Georgius, Liuinus.

G. *Ex qua tandem corte aut cauea nobis ades?* L. *Quid ita?* G. *Quia male saginatus. Quia macie pelluces totus, ariditate crepitas. Unde prodis?* L. *E collegio Montis acuti.* G. *Ergo ades nobis onustus literis.* L. *Imò pediculis.* G. *Pulchrè comitatus ades nis.* L. *Sanè, nec tutum est nunc viatorem ire incomitatum.* G. *Agnosco sodalitium scholasticũ. Ecquid nouarum rerum adfers è Lutetia?* L. *Illud in primis, quod scio, tibi videbitur incredibile. Lutetia Beta sapit, & Quercus cõcionatur.* G. *Quid tu narras?* L. *Hoc quod audis.* G. *Quid ego audio?* L. *Hoc quod narro.* G. *Monstri simile. Oportet illic fungos & lapides esse auditores, vbi tales concionentur.* L. *Atqui sic res habet. Nec audita narro, sed comperta.* G. *Oportet igitur illic plurimum sapere homines, si sapit Beta & Quercus.* L. *Rectè coniectas.*

Beta sapit) fortassis natatilẽ Betam, & N. de Quercetano sententiarios Parienses, Magistros nostros notat.

ALIA.

G. *Valésne?* L. *Contemplare vultum.* G. *Quin magis lotium imbes? An me putas Medicum? Non rogo, quid valeas, nã facies ipsa loquitur te bellè valere: sed quomodo tibi placeas.* L. *Corpus quidẽ bellè habet, sed animo malè est.* G. *At non valet, qui isthac parte laborat.* L. *Sic res habent meæ. Corpus valet, sed ægrotat crumena.* G. *Facilè isti morbo medebitur mater. Vt valuisti vsq;?* L. *Variè, vt sunt res mortalium.* G. *Satin' rectè vales? Salua ine res? Satin'*

in' salua res? Fuistine semper prospera valetudine?
L. Prosperrima, gratia superis. Ego Dei beneficio
perpetuo bellissimè valui. Semper prospera valetu-
dine sum vsus. Hactenus bona valetudine fui, saluus
incolumi, felici, prospera, secunda, integra, basilica,
athletica, pancratica valetudine. G. Faxint superi,
vt isthuc sit perpetuum ac proprium. Lætus isthuc
audio. Voluptatẽ mihi nuntias. Est isthuc mihi au-
ditu perquàm iucundum. Sermonem istum ex te au-
dire supra modum gaudeo. Isthuc haud minimo au-
dio. Oppidò lætor isthuc audire ex te. Vt idẽ semper
faciat, opto. Vt ad istum modũ quàm diutissimè va-
leas, opto. Tibi gratulor, mihi gaudeo. Gratia su-
peris. Gratiam habeo superis. L. Equidem pulchrè va-
leo, si tu vales. G. Nihil interim molestiæ fuit? L.
Nihil, nisi quòd vestra consuetudine frui non licuit.
G. Quo pacto vales? L. Rectè, pulchrè, bellè, per-
bellè, bellissimè, perpulchrè, feliciter, commodè, mini-
mè malè. Valeo vt volo potius, quàm vt merear, ba-
silicè, pancraticè, athleticè. G. Exspectabam, vt dice-
res etiam, tauricè.

Basilicè, id est, magnificè, splendidè, vt reges qui magnis cum opibus valetudinem.

MALE VALERE.

G. Recténe vales? L. Vellem quidem. Non ad-
modum ex sententia. Equidem vtcunq; vales. Sic se-
cus valeo, vt possum, quando vt volo, non licet. Vt ipse
leo. Haud vt superis visum est. Non optimè sanè. Sic
vt ante hac peius nunquàm. Valeo vt solitus sum.
Valeo vt solent, quibus cum Medicis res est. G. Vt
vales? L. Secus, quàm vellem. G. Qua valetudine es?

L. Haud

L. *Haud sanè commoda, incommoda, perquamin-*
cõmoda, infelici, parum prospera, parum secunda,
mala, aduersa, infausta, imbecilli, dubia, mediocri,
vix mediocri, longè alia quàm vellem, tolerabili,
qualem optem hostibus meis. G. *Rem mihi sanè quã*
acerbam narras. Prohibeãt superi. Auertat Deus.
Bona verba. Hic cupiam te vanum esse. Bòne sis
animo opertet. Forti, infractòque sis animo. Multũ
iuuat animus in re mala bonus. Fulciendus est ani-
mus spe fortunæ secundioris. Quid morbi est? Quod
malignus est? Quis te morbus habet? Quo morbo
teneris? Quid habes morbi? Quis te tenet morbus?
L. *Nescio, & hoc laboro periculosius.* G. *Verum.*
Nam ad sanitatem gradus est, nouisse morbum.
Nullósne consuluisti Medicos? L. *Et quidem per-*
multos. G. *Quid respondent?* L. *Id quod aduoca-*
ti Demiphonis apud Comicum, alius negat, alius ait,
alius deliberandum censet. In hoc consentiunt om-
nes, me miserum esse. G. *Quàm pridem habet te*
hoc mali? Diu est quòd teneris isto morbo? Quãtũ
temporis est, quòd te malum hoc corripuit? L. *Dia-*
plus minus viginti. Fermè mensis est. Iam tertius
est mensis. Mihi quidem secnlum videtur, quòd a-
grotare cœpi. G. *Admittendum censeo, ne morbus fi-*
at familiaris. L. *Iam nimium assuenit.* G. *Num est*
hydrops? L. *Negant.* G. *Num dysenteria?* L. *Non*
arbitror. G. *Num febris?* L. *Opinor febris esse speci-*
em, sed nouam, vt nunc noui subinde morbi exori-
untur ante hac incogniti. G. *At plus satis erat ve-*

terum.

rum. L. *Im visum est naturæ nimium nouerca.* G. *Quoto die recurrit dolor?* L. *Quoto die narras? imò quotidie. Sapius, quàm Euripus.* G. *Papæ, malum abominandum. Vnde contraxisti morbum? Vnde suspicaris hoc esse collectum mali?* L. *Ex inedia.* G. *At non soles vsque adeò superstitiosus esse, vt te ieiunio macerares.* Liv. *Non erat religio, sed inopia.* Geo. *Quænam?* Liv. *Quia non dabatur cibus. E frigore natum arbitror. E putribus ouis meum malum ortum suspicor. E vino plus satis diluto. E crudis malis contracta est stomachi crudities.* G. *Vide ne eximio modico, aut intempestino studio conciliaris hoc malum. aut ex potatione largiore, aut Venere parum moderata. Quin accersis medicum?* L. *Timeo ne citius morbum abigat, quam consumat. Metuo ne pro remedio det venenum.* G. *Diligendus est igitur, cui tuò fidas.* Liv. *Si moriendum est, malo semel mori, quàm tot pharmacis excarnificatus.* Geo. *Fac igitur, vt ipse tibi sis Medicus. Si diffidis homini Medico, precor vt sit tibi Medici vice deus. Sunt qui tecti cuculla Dominicali, aut Fræciscana reualuerunt.* Liv. *Idem fortassis euenisset, si lenonis pallio tecti fuissent. Verum ista diffidenti nihil conducunt.* Geo. *Fide igitur, vt reuiuiscas. Alij morbo leuati sunt, nuncuparis alicui diuo votis.* Liv. *At ego cum diuis non paciscor.* Geo. *Proinde tu vel à Christo, cui fidis, pete sanitatis beneficium.* Liv. *At ego an beneficium sit nescio.* Geo. *An non beneficium est, liberari morbo?* Liv. *Nonnunquam mori*

Euripus parum ætis sæpius in die reciprocans.
Vide prouerb. Euripus homo

felicius

felicius est. Ab illo nihil peto, nisi vt quod scit optimum esse, mihi largiatur. G. Sume quod alnum deciat. L. Iam sua sponte cita est. G. Ciendus est alnus. Monendus est alnus. L. Imò sistendus est magis. Nam plus satis profuit.

ALIA.

G. Fuitne tibi hoc iter faustum & commodum? E. Sic satis: nisi quòd nihil vsquam tutum est à latrombus. G. Hic est belli ludus. L. Est, sed scelerati simus. G. Pedes aduenis, an eques? L. Partim stri itinere, partim vehiculo, partim equo, partim nauigio. G. Quo in statu sunt res Gallicæ? L. Sanè turbulentæ. Maxime bellorum mine sunt. Quid malallaturi sint hostes, nescio certè. Gallis iam ipsi non dicendis malu[illegible]. G. Vnde proficiscuntur isti bellorum tu[illegible]? L. Vnde, nisi ex ambitione Monarchaꝝ? G. At horum prudentia conueniebat sedari rerum humanarum tempestates. L. Sedant illi quidem, sed vt Auster mare. Persuadent sibi deos esse, suaq; caussa mundum hunc esse conditum. G. Imò princeps reipublicæ gratia constituitur, non respublica principis caussa. L. Imò nõ desunt Theologi, qui frigidam suffundant, & ad hos tumultus classicum canant. G. Istos ego statuerem in prima facie. L. At illi sibi canent post principia. G. Ista publica fatis curanda relinquamus. Tuæ res quo tandem in statu sunt? L. Optimo, felici, mediocri, tolerabili. G. Quo pacto se res habent tuæ? num ex voto? L. Imò supra votum, supra meritum, supra spem. G. Sa-

Monarchæ penes quos soles sumi. à rerum est.

Frigidam suffundant. i. clãculum incitẽt.

Post principia hoc est in tuto

tu[illegible]

sin' ex sententia? Satin' salua omnia? Satisne prospe-
ra omnia? L. Res in peiore statu esse non potest. Peiore
in loco negotium non potest esse. G. Non cepisti igitur
quod captabas? Non contigit præda quam venabaris?
L. Venabar equidem, sed vrata Delia. G. Nihil reli-
quum est spei? L. Spei permultum, sed rei nihil. G. E-
piscopus nihil ostendit spei? L. Tota plaustra, totásq;
spes manes, sed præterea nihil. G. Nihil adhuc misit?
L. Promisit quidem largiter, at ne ternuncium qui-
dem vidi. G. Esse alendus est animus. L. Sed hac
non saginatur venter. Qui spe aluntur, pendent, nisi
vivunt. Geo. Attamen hoc eras ad iter expeditior,
quod nihil [illegible] oneris in zona. L. Fateor atque etiam
tutior. Nulla enim sunt arma [illegible] aduersus la-
trones. Sed ego malim [illegible] periculum. G.
Nihil ne tibi ademptum est in [illegible] hinc? Quæ-
so quid eripias nudo? Alys citius periculum erat à
me. Licuit mihi vacuo viatori per totum iter tanere
& esurire. Nunquid vis? G. Quo nunc hinc abis? L.
Recta domum, salutaturus penates tandiu nõ visos.
G. Precor vt illic offendas omnia læta. L. Vtinam ita
velint superi. Nihil interim extitit noui domi no-
stræ? G. Nihil, nisi quod reperies auctam familiam.
Nã tua Catulla peperit tibi catulũ absenti. Tua gal-
lina peperit tibi ouũ. L. Benè nuncias. Grata nuncias.
At ego tibi pro isto nuncio polliceor Euangelium. G
Quodnam? secundum Matthæum? L. Non, sed se-
cundum Homerum. En, accipe. G Tibi serua tuum
euange-

Deiin. Dimo
ventionis
dea. Tota
plus. Ita
Græci olim
amant.
Ternuncius
quem Plin. tri
uncũ vocat,
nuncius
est, in vilissi-
tis proverbiis
versus, est
quarta pars
assis.
In zona, illic
milites gestã
bit pecuniã,
vacuo viat.

Attuimest
vulgato di
cto luscn.
Camelus va
cuus coram
intrare vix
tor.
Nam ea Ca
tulla, locus
est in pœni-
nomia. E-
uuno locus
est ex ambi
guo.
Nam euan
gelium dici
tur nuntius
quod datur
pro lætitia
nuncianti.

UNIV.
LIB.
CAMB.

euangelium. Mihi saxorum satis est domi. L. Ne sperne munusculum. Aetites est, qui grauida admotus in nixu, maturat partum. G. Quid ais? Est mihi sanè gratissimum. Dispiciam vnde possim hoc dignum pensare. L. Abundè pensatum puta, si boni consulueris. G. Imò nihil accidere potuit magis in tempore. Nam vxori meæ iampridem et vterus. L. Illud igitur abs te stipulabor, ut ... ulum addederit, me susceptorem asciscas ..., ac tum indetur puero nomen. L. Q... bene. ... G. Imò nobis omnibus.

Aetites, lapidis genus ab aquila nomen habẽs. Plin. li. 37. cap. 11.

Stipulabor. Stipulatur quam promissum accipit, Nam paciscitur & qui promittit & cui promittitur.

PERS...

Mauricius, C...

M. Redisti nobis obsi... procerior. C... At equidem ... prude... doctior. Mau... Imberbis alter... redisti b... Contraxisti ru... bi absens nõnihil seny. Quid ... bit pallor? qui... macies? quid frons caperata ... fortuna, sic ... corporis habitus. Mauri. N... aduersa? C. Nu... quam mihi quidem aliàs secunda, sed nunquã quã... nunc reflauit odiosius. M. Doleo vicem tuam. Do... mihi tua calamitas. Sed quid istuc mali est? C. ... uersæ pecuniæ naufragium feci. Mau. In mari? C. Non, sed in littore nondum nauem ingressus. M. ... binam? C. In littore Britannico. Mau. Bene habe... quòd ipse nobis vivus enatasti. Præstat pecuniam ... cturam facere, quàm vitæ. Leuius est pecuniæ dispe... dium, quàm famæ. Cy. Vita famaq; incolumi, pe... pecunia. M. Vita sarciri nullo pacto potest, fama...

Reflauit. Metaphora ab aduersis ventis.

grè potest, pecunia facilè alicunde sarcietur. Qui malum, hoc accidit? C. Nescio, nisi quòd sic erat in fatis meis. Sic visum est superis. Sic libuit genio meo malo. M. Vides igitur doctrinam ac virtutem tutissimas esse divitias, quæ nec eripi possunt, nec gravant circumferentem. C. Pulchræ tu quidem philosopharis, sed interim ego ringor.

Ringor, difficultor animo.

ALIA.

Claudius, Balbus.

C. Gratulor tibi reduci Balbe. Ba. Et ego tibi superstiti Claudi. C. Gratulor tibi in patriam reverso. B. Imò gratulare magis è Gallia profugo. C. quid ita? B. Quia illic bellis ferventomnia. C. Quid Musis cum Marte? B. Atqui illic ne musis quidem parcitur. C. Tu igitur felicitèr effugis es. B. At non sine periculo. C. Totus alius novus redisti. Ba. Qui sic? C. Ex Hollando versus es in Gallum. B. Quid? an capus eram, cùm hinc abirem? Claud. Vestis indicat te mutatum ex Batavo in Gallum. Bal. Hanc metamorphosin malim, quàm in Gallinam. Sed ut cucullo non facit monachum, ita nec vestis Gallum Claud. Iámne calles Gallicè? B. Sic satis. C. Quo pacto didicisti? Bal. A magistris haudquaquam mutis. Claud. Quibus? B. A mulierculis quouis turture loquacioribus. C. In tali ludo facile discimus loqui. Sanè sine probè sermonem Gallicum? B. Imò & Latinum sono Gallicè. C. Nunquàm igitur scribes bona carmina. B. Cur ita? C. Quia peryt tibi syllabarum quantitas.

An capus? Iocus est in bigum vulgus.

Metamorphosis, transformatio cucul. vulgi.

Bona.

B. Mihi satis est qualitas. C. Quid, ésne Lutetiâ immunis à pestilentia? B. Non est, sed perpetua non est: aliquando remittit sese, mox recrudescit, nonnunquã intermittitur, deindè recipit sese. C. Non sat erat malorum, vbi bellum est? B. Erat, nisi seems esset visum superis. C. Annonæ caritatem isthic esse oportet. B. Imo penuriam. Omnium rerum illic inopia est, præterquàm sceleratorum militum. Bonorum virorum illic est vnica vilitas. C. Quid accidit Gallis, vt bellum suscipiant cum Aquila? B. Quia monet illos exemplum scarabei, qui non cessit aquilæ. In bello nemo sibi non videtur Hercules. C. Non te remorabor diutius. Alias latius nauabimur, cùm erit vtrique commodum. Nunc alio me vocant negotiola quædam.

Allusit ad hoc quod vulgus Gallorum perpetuam pronunciat accentus

Imperatorũ insignia.

DOMESTICA confabulatio. Personæ.
Petrus, Mida puer, Iodocus.

P. Heus heus puer, nemon' huc prodit? M. Hicvis pinor effringet fores. Familiarem oportet esse. O lepidum caput. Quid affers mi Petre? P. Me ipsum. M. Næ tu rem haud magni pręty huc attulisti. P. Atqui magno constiti patri meo. Mida. Credo, plusquam redimi possis. Pet. Ceterum Iodocus ésne domi? M. Incertus sum, sed visam. Pe. Quin tu potius abi, & roga ipsum, an velit nunc esse domi. M. Atqui tu potius, ipse tibipsi Mercurius. Pet. Heus Iodocus ne's domi? Io. Non sum. P. Impudens, non ego audio te loquentem? I. Imò tu impudentior. Nuper ancillæ tuæ credidi te non esse domi, & tu non credis

Mercurius, angelus, i. nuntius. Nuper ancillę Allusio est ad id quod Cicero refert de Ennio & Nauę.

mihi ipsi? Æquum dicis par pari referatum. I. Equidem vt non omnibus dormio, ita non omnibus sum domi: tibi posthac semper ero. P. Sed tu mihi videre cochleæ vitam agere. I. Quî sic? P. Quia perpetuo domi latitas, nec vsquã prorepis. Non secus atq; clausus sutor, iugiter domo desides. Tu tibi domi situ contrahis. I. Est quod agã domi, foris nihil est negotij. Et si quid esset, tamen hoc cœlũ me dies aliquod à publico cohibuisset. P. At nũc sudũ est, & inuitat ad deambulãdũ, vide vt blãditur. I. Si prodeambulare lubet, nõ recuso. P. Planè videtur hoc vtendum cœlo. I. Assciscendus est vnus aut alter cõgerro. P. Fiet, modo dicas quos velis. I. Quid si Hugonem. P. Haud multum interest inter Hugonem & nugonẽ. I. Age placet. P. Quid si Alardũ? I. Homo mutus mutus est. Quod auribus diminutũ est, lingua pẽsat. P. Si videtur, Ne mutũ adiũgemus. I. Siquidẽ dabitur illius copia, nũquã erit fabularũ inopia. Placẽt confabulones, superest vt locũ dispicias amœnũ. P. Ego verò tibi locum ostendã, vbi nec nemoris vmbrã, nec pratorũ smaragdinum viroretum, nec fontium vitreas scatebras desiderabis. Digus dignã Musis sedẽ. I. Magnificè polliceris. P. Nimirum assides libris. Immodico studio teipsum macerans. I. Malim studio macrescere quàm amore. P. At non ideò viuimus vt studeamus, sed ideò studemus, vt sapienter viuamus. I. Mihi verò vel immori chartis dulce est. P. Equidem immoriri probo, immori nõ probo. Ecquid voluptati fuit hæc deambulatio? I. Me

Non secus. Plautinum est. Est quod agam. Alius sum est ad carnem Hometi.

quidem vehementer oblectauit.

ALIA.

Ægidius, Leonardus.

Æ. Quò noster Leonardus? L. Ad te ibam. Æ. Istud quidem facis insolens. L. Quam ob rem? Æ. Quia iam annus est, quod nos non inuiseris. L. Malo in hanc peccare partem, vt desiderer, quam vt obtundã. Æ. Imò boni amici nulla est apud me satietas. Imò quò crebrius venies, hoc mihi venies gratior. L. Quid interim agitur domi tuæ? Æ. Multa sed nè, quæ nolim. L. Non miror. Sed iãne peperit vxor? Æ. Iamdudum, & quidem gemellos. L. Quid ego audio? Æ. Sic res habet, atque illi iam denuo tument vterus. L. Isthoc pacto solet augeri familia. Æ. Sic vtinã sic fortuna augeret pecuniã, vt vxor familiam. L. Iámne elocãsti filiam? Æ. Nondum. L. Vi ne parum tutum sit virginem tam grandem detinere domi. Querendus est gener aliquis. Æ. Nihil opus. Iam proci complures illam ambiunt sponsam. L. Quid igitur supereſt, nisi tu è multis deligas, qui tibi maximè sit accommodus? Æ. Omnes eiusmodi sunt, vt nesciam, quem cui præferam: sed abhorret à nuptiis filia. L. Quid ais? Atqui ni fallor, iamdudum nubilis est. Iamdudum est apta viro, matura connubio. Iampridem est tempestiua viro. Æ. Quid ni, annum egressa iam decimum septimum. Mater annis duodeuiginti. Annum iam agẽs vndeuigesimum. Annos nata decem & octo. L. Cur abhorret

gitur à matrimonio? Ae. Ait se velle Christo nu-
bere. L. Sanè multas habet ille sponsas. An malo ge-
nio nupsit, quæ caste viuit cum marito? Ae. Mihi
quidē non videtur. L. Quis Deus hūc affectū afflauit
filiæ. Ae. Nescio, sed abduci ab hoc proposito nullis
rationibus potest. L. Vide ne sint incātatores, qui il-
ligent & alectēt. Ae. Noui ego istos plagiarios. Se-
dulo arceo hoc hominum genus ab ædibus meis. L.
Quid igitur est in animo? Morē geres animo puellæ?
Ae. Equidē obluctabor, quoad licebit. Nihil nō ex-
periar, quo mutē illius sententiam. Quòd si pertendet,
ne cœpit, nō pugnabo cū illius animo, ne fortè videar
θεομαχεῖν, vel potius μονομαχεῖν. L. Religiosè tu
quidem loqueris. Sed etiam atque etiam fac explores
virginis constantiam, ne post facti pœniteat, cum mu-
tare non erit integrum. Ae. Equidem adnitar pro
mea virili. L. Quid rerū gerunt filij? Ae. Natu ma-
ximus iamdudū maritus est breui pater futurus. Mi
nimū ablegaui Lutetiam. Nā hic nihil aliud quàm
ludebat. L. Quid eò? Ae. Vt magister nobis redeat
cultior quàm exierat. L. bona verba. Ae. Medius iā
cœpit initiari sacris. L. precor vt bene vertat omnibus

Plagiarios) Plagium fur genus: vnde de plagiarijs dicuntur, qui abducunt ab aliena mancipia aut liberos theomachein. i. cum deo pugnare Monomachein. i. cum monachis pugnare. Allusum est ad vocē monomachein, quod est singulari certamine congredi.

ALIA.

Mopsus. Dromo.

M. Quid fit? Quid agitur Drome? D. Sedetur. M. Video. Sed quomodo se res habent tuæ? D. Vt solent eis, quibus superi sunt parum propitij. Mop. Isthuc minus asserias Deus. Quid agis? D. Equidem eti-

tum ago. Id quod vides, nimirum nihil. M. Præstat. tiosum esse, quàm nihil agere. Ego te fortassis occupa. tum seriis negotijs interpello. D. Imo maximè vacu. um. Iam enim me cœperat otij tædium, & congerro nem desyderabam. M. Fortassis impedio, interrump. interturbo tua negotia. D. Imo tædium etij discuti. M. Da veniã, si te parũ in tempore interpellaui. D. Imo ipso in tempore aduenis. Opportunè te huc attu. listi. Optatus ades. Interuentus tuus est mihi vel. menter gratus. M. Fortassis aliquid seriæ rei inte. vos agitur, cui nolim esse impedimento. D. Imo lupus. quod aiunt, ades in fabula. Nam de te sermo era. M. Facile crediderim, nam mihi huc venienti mi. tinniebat auris. D. Vtrasˆ M. Læua. Vnde conijcio, ni. hil magnificè de me fuisse prædicatum. D. Imo nihi. non honorificum. M. Vanum igitur fuerit oporte. sed quid est bonæ rei? D. Aiunt te venatorem ef. factum. M. Imò iam intra casses meos est præda, qu. venabar. D. Quænam? M. Lepida puella, quam pere. die ducturus sum, vosq; oro, vt meas nuptias vest. præsentia dignemini honestare. DR. Quenam e. sponsa? Mopsus. Aloysia Chremetis filia. Dromo. E. gregium spectatorem formarum. Tuus oculus adlibu. illa nigro capillitio, simis naribus, ore prælargo, ven. tre prominulo? Mopsus. Desinite. Mihi eam duxi. non vobis. Non sat est, quòd suo regi pulchra el. regina? Ita demum illa mihi placebit, si vobis nõ ad. modum placeat.

Præstat otio sum esse. Hoc pli. inquit Iul. Attilius eruditissime simul & lazeruß. dixit.

Imo lupus, prouerbialiter cum intruenit de quo fit mentio.

Auris tinn. vulgo dicũt cum aures tinniunt de nobis verba fieri. Nõ abludit ad hoc quod est apud Theocritũ, auctor Plin. li. 28. cap. 2. Intra casses. Allusum est Ouidiano illi, Incidit in casses præda petita meos.

Suo regi) vide de prouer. Suum cuique pulchrum.

ALIA.

Syrus. Gera.

Sy. Opto tibi multam felicitatem. Ge. Et ego tibi
nduplicatum opto, quicquid optas mihi. S. Quid agis
i? G. Confabulor. S. Quid? Confabulare solus? Ge. Vt
ides. S. Fortasse tecum: proinde tibi videndum, vt cũ
omine probo fabuleris. Ge. Imò cum lepidissimo con-
errone confabulor. S. Quo? G. Apuleio. S. Istud qui-
dẽm nũquam non facis. Sed amant alterna Camœnæ.
Tu perpetuò studes. Ge. Non est vlla studiorum satie-
tas. S. Verùm, sed est tamẽ modus quidam. Non omit-
tenda quidem sunt studia, sed tamen intermittenda
nonnunquam. Non abijcienda sunt, sed relaxanda.
Nihil suaue quod perpetuum. Voluptates commẽdat
rarior vsus. Tu nihil aliud quàm studes. Perpetuò stu-
des. Continenter incumbes litteris. Indesinenter inhæ-
res chartis. Studes noctes ac dies. Nunquam non stu-
des. Assiduus es in studio. Iugiter intentus es libris.
Nullũ facis studendi finem, neq; modum. Nullam stu-
dijs tuis requiem intermisces. Nunquam studẽdi la-
borem nec intermittis, nec remittis. G. Age, tuo more
facis. Rides me vt soles. Nunc ludis tu quidem me.
Falsè me rides. Satyricum agis. Naso me suspendis ad-
unco. Non me fallit tuum scomma. Nunc plane ioco
mecũ agis. Sum tibi risui. Rideor abs te. Pro delecta-
mento me habes. Nunc me ludos deliciasq; facis. Eadẽ
opera assue mihi auriculas asini. Ipsi todices puluere
situq; obducti loquũtur, quàm sum impudicus in stu-

Sed amant, Hemsterhusius bucolicum.

voluptas. Horatianum est.

Rides me. Obserua copiam.

dio. S. Emoriar ni loquor ex animo. Dissereã, si quid fingo. Ne viuã, si quid simulo. Loquor idquod sentio. Quod res est, dico. Serio loquor. Ex animo loquor. Nõ secus sentio, quàm loquor.

CVR NON VISIS.

G. Quid causæ est, quòd tam diu nos non inuiseris? Quid rei est, quòd nos tam rarò visis? Quid accidit, quòd tanto tempore nos non adieris? Quare tam rarus es salutator? Quid sibi vult, quòd nos tam diu nõ conueneris? Quid obstitit, quò minus visas nos frequentius? Quid impedimento fuit, quò minus tam diu feceris nobis tui videndi copiam?

NON LICVIT PER OCcupationes.

S. Non licuit per otium. Volui quidem, ac non licuit mihi per mea negotia. Hactenus nõ sinebant negotia, vt te viserem. Non patiebantur vndæ negotiorũ, quibus inuoluebar, vt te salutarem. Occupatior fui, quàm vt potuerim. Tam variis, distringebar curis, vt mihi non fuerit liberum adire te. Vix ipsi mihi fuit copia mei; sic me totum molesta quadã negotia possidebant. Negotijs meis imputabis, non mihi. Non defuit voluntas, sed vetuit necessitas. Hactenus non vacauit. Hactenus non contigit otium. Hactenus nõ fuit vacuum. Non licuit per valetudinem. Non licuit per tempestatem. G. Equidem accipio tuã excusationem, sed hac lege, ne sæpius vtaris. Excusatio tua iusta est, quàm vellem: si quidem valetudo fuit in causa. Hac lege mihi purgatus eris, si quod cessatum est of-

Vnde negotiorum, vt vndæ curarum apud Catul. pro immensis curis & negotijs.

ficio

io sarcias: si superiorem cessationē crebra visitatione
enses. S. Tu nihil moraris istiusmodi officia nimium
ulgaria. Amicitia nostra firmior est, quàm vt sit of-
ceys istis vulgaribus alēda. Satis crebrò visit, qui tō-
nter amat. G. Male sit istis curis, quæ te nobis ad-
nunt. Quid imprecer istis negotijs, quæ talē amicum
bis inuidēt? Pessimè sit istis febri, quæ nos tam grauī
esiderio torsit tui. Malè pereat ista febris, te quidem
columi.

MANDANDI AC POLLICENDI.

Iacobus, Sapidus.

Ia. Quæso vt hæc res tibi cordi sit. Etiam atq; etiam
rogo, vt hoc negotium tibi sit curæ. Hac in re velim,
vt totum Sapidum exeras. Si me amas, causam hanc
tractibis diligenter. Hac in re quæso, vt adnigiles.
Curabis hanc rem diligenter. Si verè is es, quem sem-
per esse te mihi persuasi, fac vt sentiam hac in causa,
quanti me facias. Sa. Desine, ego tibi hoc effectum
reddam, & quidem propediem. Euentum præstare
non possum: illud polliceor, mihi nec fidem, nec stu-
dium defuturum. Curabo diligentius, quàm si mea
res ageretur: quanquam meam esse duco, quæ sit ami-
ci. Fac vt in me quiduis desideres citius, quàm fidem
ac diligentiam. Tu fac in vtrāq; dormias aurem, ego
tibi hoc confectum dabo. Tu quietus esto, ad me re-
cipio prouinciam omnem. Gaudeo mihi datam occa-
sionem, qua declarem animum in te meum. Equidem
oratione nihil polliceor, sed re præstabo, quicquid est
amici sinceri, & ex animo bene volentis. Nolim te

lactare vana sse: Illud efficiam, vt dicas hoc negu
mandatum amico.

SVCCESSVS.

Sa. Res successit opinione melius. Fortuna votis v
trinsq; fauit. Si fortuna tibi nupsisset, nō potuisset e
obsequentior. Res tua & ventis, & amne secūdo pr
cessit. Vicit etiam vota nostra fortuna fauentis affla
tus. Opinor te litasse Rhamnusiæ, cui sic ex sentētia ce
dunt omnia. Plus impetraui quàm fuissem ausus vo
tare. Ventis per omnia secundis hic cursus nobis pe
ractus est. Res omnis cecidit ex sententia. Pulchrè no
bis cecidit hæc alea. Opinor volasse nocturnam, adeo fe
liciter exijt nobis parum sapienter institutum.

Et ventis Metaphora a nauigantibus.

Rhamnu. Fortunę cognomentum à loco, quemadmodum dicimus Paphiā & Cypridem. Litat autem non quisquis sacrificat, sed cuius sacram Deo placuit. volas. noc. vide prouerb. Nocturna volant.

GRATIARVM actio.

Ia. Equidē gratiam & habeo, & habiturus sum,
quoad viuam, maximam. Pro isto tuo in me officio pa-
res agere gratias vix possim, referre nequaquam. Vi-
deo quantum debeam tuo in me studio, nihil miror,
neq; enim tu quicquā noui fecisti, & hoc magis debe
De isthoc tuo in me officio, amo te mi Sapide vt pa
est, maxime. Quod hac in caussa præstiteris amicum
minimè aulicum, & habetur à me gratia, & semper
habebitur. Quod meum negotium tibi cordi fuerit,
amo te, & habeo gratiam. Isthoc officio gratiam inisti
apud me maximam. Per gratum est quod causam meā
egeris bona fide. Ex omnibus officijs, quæ tu plurima
in me contulisti, hoc est longè gratissimum. Referre
gratiam parem nequaquam possum: agere accuratius,
inter nos supervacaneum sit: quod vnum possim, ha-

Aulicū illi enim sua solēt curare non amicorum.

bebo,

...bo, dum vixero: Isthoc beneficio fateor tibi me mag-
...pere deuinctum esse. Hoc nomine plus tibi debeo,
...ùm vt vnquàm soluendo esse queam. Hoc beneficio
...ctius me tibi deuinxisti, quàm vt possim dissoluere.
...ligatiorem me tibi reddidisti, quàm vt nomẽ meũ
...o diario possim vnquam expungere. Hoc officio me
...tuum reddidisti, vt nullum mancipium aquè sit in
...bus heri sui. Hac re me tibi deuinctiorem riddidisti
...ùm vt vnquam æs alienum possim resoluere. Plu-
...nis nominibus tibi debeo, sed non alio plus quàm
...c. Pro mediocribus beneficijs agenda sunt gratiæ,
...c maius est, quàm vt cõueniat verbis gratias agere.

Diario Diarium codicilli sive commentariolis rerum ætatũ in singulos dies

RESPONSIO.

...Sa. Auser mihi ista. Maior est nostra necessitudo
...quàm vt vel tu mihi, vel ego tibi pro vllo officio de-
...cã gratias agere. Non contuli hoc in te beneficium,
...d retuli. Mihi quidem abundè relatã gratiam ar-
...tror, si gratum est quod feci sedulo. Non est cur
...ibi gratias agas, si pro tot tuis in me beneficijs non
...ulgaribus hoc officiolum rependi. Equidem nihil
...udis mereor, ingratissimus habendus, si defuissem
...mico. Quicquid est in rebus meis, quicquid mea cu-
...præstari potest, hoc tam tuum esse ducito, quàm
...t quod est maximè tuum, videor mihi beneficium
...ccepisse, quòd nostrum officium boni consulis. Pro
...entillo officio mihi tam accuratè gratias agis, quasi
...õ multo maiora tibi debeam. Sibi benefacit, qui be-
...facit amico. Qui bene meretur de amico, non dat

bene-

beneficium, sed fœnerat. Si ex animo probas offici
in te meum, fac vtare sæpius. Ita credam tibi grat
esse quod feci, si quoties desiderabis operam meam,
reges, sed imperes quod voles.

ALIA IN CONGRESSV.

Arnoldus, Cornelius.

A. Salue multũ Corneli, iam toto seculo desid
te. C. Salue & tu sodalis exoptatissime. Ar. Iam
sperabamus reditũ tuũ. Vbi tam diu peregrinatus
C. Apud inferos. A. Nõ admodũ veri dissimile
cis, adeo nobis redisti squalidus, maciletus, ac palli
C. Imò ab Hierosolymis adsum tibi, non è profun
manibus. A. Quis Deus, aut quis ventus te illuc a
git? C. Quæ res adegit alios innumeros? A. Stulti
ni fallor. C. Igitur hoc comunity non in me solũ com
tet. A. Quid illic venabare? C. Vt miser essem. A.
stuc licebat domi. Est ne illic, quod tu putes spec
dignũ? C. Vt ingenuè fatear tibi, propemodum nih
Ostenduntur quædã monumenta vetustatis, quor
mihi nihil non videbatur cõmentitiũ, & excog
tum ad illiciendos simplices, & credulos. Imo nec
arbitror illis certo scire, quo loco sita fuerit olim
erosolyma. A. Quid igitur vidisti? C. Magnam v
barbatiem. A. Nihilo sanctior redis? C. Imò mu
partibus deterior. A. Nũmatior ergo. C. Imò nud
Leberide. A. An non pœnitet igitur tam longin
peregrinationis frustrà susceptæ? C. Nec pudet, quia
multos habeo stultitiæ meæ sodales: nec pœnitet,
frustrà id mihi sit pœnitere. A. Nihil ergo fructus re

Non e presũ dis manib. Allunt ad primum Euripidis Tragœdiæ, cuius Hecuba Vbi sic loquitur Polidorus, A diũ protectus e profundes manib. ab inferis

Vudios Leberide. vide Chiliad.

s difficili peregrinatione? C. Multũ. A. Quid tan-
m? C. Quia posthac vitã suauius. A. An quia in-
dũ est meminisse laborũ actorũ? C. Est istinc qui-
n nonnihil, sed non in hoc sunt omnia. A. Estne
ud præmiũ? C. Est sanè. A. Quod? effare. C. Mag-
voluptate, quoties libebit, & ipse me afficiam, &
os mentiendo, quoties itinerarium meum recitabo
conciliabilis, aut in comitijs. Ar. Profectò non tu
procul aberras à scopo. Co. Deinde non minus capiam
voluptatis, cùm alios audiam mentientes de rebus,
quas nec audierunt vsquam, nec viderunt. Idque
faciunt tanta confidentia, vt cùm narrent Siculis
terris vanissima, tamen sibi etiam persuadeant se vera
loqui. A. Mira voluptas. Nõ omnio tibi periit oleum
& opera, quod aiunt. C. Imo hoc arbitror aliquãto cõ
stantius, quã quod faciunt isti, qui paulo pecuniæ con-
ducti proficiscuntur in militiã, omnium scelerũ scibo-
la. A. Sed illiberalis est voluptas, ex mẽdacijs volup-
tatem capere. C. Verũ hic aliquanto liberalius, quàm
detrectatione vel delectare, vel delectari, aut alia tẽ-
pus & rem perdere. Ar. Cogor equidẽ pedibus in tuã
te sententiam. Co. Verum est, & alius fructus. Ar.
Quis? Cor. Si quis erit amicus egregiè cordatus, affinis
aut insanientem admonebo domi maneat, vt naufra-
gent electi naufragio, monere nauigaturos, quid pe-
culi sit virandum. A. Vtinã mihi memineris affinis
es in tempore. Cor. Quidni? num similis morbus reque-
me corripuit? Nã assumit & te huius malo cõsortẽ.

Ar.

Meminisse laborum, vide proverbium, Acti labores.

Siculis ger. vide Chil. Oleum & opera. vide Chiliades.

Pallas Alluſit ad Homerũ, qui ſæpe Palladem facit huic aut illi ſuggerentẽ quid facto ſit opus.

Ar. Viſi Romam & Compoſtellam. C. Deũ immo
lem quanto mihi ſolatio eſt, te contigiſſe fruitiri
ſocium. Quæ Pallas iſtuc tibi miſit in mentem?
Non Pallas, ſed ipſa Moria, præſertim tùm domi
berem vxore integra adhuc ætate, liberos aliquot
familiam, quæ pẽdebat ex me, & opera mea quot
ana alitur. C. Opertuit fuiſſe ſeria rei quippiã, quo
à chariſſimis tuis diſtraxerit. Narra obſecro. A.
det dicere. C. Non apud me, qui, vt ſcis, eodem te
malo. A. Compotabamus aliquot vicini. Vbi vini
calluerat animus, erat qui prædicabat, ſibi eſſe in a
mo ſalutare diuum Iacobum: erat alter qui diuũ
trũ: illico non defuit vnus aut alter, qui ſponderet
comites fore. Tandem viſum eſt, vt omnes irent ſim
Ego, ne viderer parum comimodus compotor, pollic
ſum & ipſe. Mox agitari cæptũ, vtro potius iremus,
Romam, an Compoſtellam, factum eſt ſenatuſconſu
vt bonis auſpicijs vtroq; poſtridie proficiſcemur ã
C. O graue decretum, dignius quod vino inſcribere
quam ari. Ar. Ac mox ingens obambulat pa
quã vbi ſuo quiſque ordine ebibiſſet, votum facti
inuiolabile C. Noua religio, ſed num omnibus cõ
reditus incolumis? A. Omnibus, præterquam tri
quorum vnus in profectione moriens, mandauit
bis vt ſuis verbis ſalutem diceremus Petro & Io
bo: alter periit Romæ, iuſſitque vt ſuo nomine ſa
taremus vxorem ac liberos: tertium reliquimus
rentiæ, valetu linis plane deplorate. Opinor iam

l superos. C. Adeòne pius erat? A. Imo nugator
imus. C. Vnde igitur isthuc suspicare? A. Quia
habebat indulgentijs largissimis distentã. C. Au-
sed iter est longum in cælũ, nec satis, vt audio,
...um Hieronymum. P. Emoriar nisi idem facturus ...em in codice meo. B. Quin & in meo lario stabit ...reus inter diuos selectos. P. Stabit in meo vel gem- ...eus, si suppetat animo facultas. B. Ponetur & in bi- ...liotheca Hieronymo proximus. P. Addetur & mea. ...Imò si grati volent esse, idem faciant omnes, qui co- ...unt & amãt linguas ac bonas literas, præsertim sa- ...ras. P. Dignus est videlicet. Sed nihil te mouet scru- ...ulus, quòd nondum relatus est in numerum diuorũ ...uctoritate Romani pontificis? B. Quis canonizauit (sic enim vocant) diuum Hieronymum? quis Pau- ...um? quis Virginem matrem? Vtrorũ memoria san- ...tior apud pios omnes, horũ quos insignis pietas, quos ...ingeny vitaque monumenta commendant affectibus ...mnium: an Catarinæ Senensis, quam in diuarum ...umerum retulisse fertur Pius, eius nominis secun- ...dus, in gratiam ordinis & vrbis? P. Vera prædicas. ...lle demũ verus cultus est, qui sponte cælo dignis me- ...itis defunctorum exhibetur, quorum beneficia per- ...etuò sentiuntur. B. Quid igitur, putas tu huius viri ...ortem deplorandum? Diu vixit, si quid ea res fa- ...it ad fælicitatem hominis. Reliquit nũquam inter- ...oritura virtutis suæ monumenta. Benefactis conse- ...rauit nomen suum immortalitati: Nunc exemptus ...alis cælo fruitur, & cum Hieronymo cõfabulatur. P. At multa passus est in vita. B. Sed plura passus ...st diuus Hieronymus. Felicitas est, ob bona pati à ...alis. P. Fateor certè, ob optima à pessimis multa

per-

Larrarium, locus vbi reponebantur dij penates, hoc est, domestici. Et apud veteres selecti dij dicebãtur præcipui, ij fuerant numero pauci.

Canonizare barbari dicũt pro eo quod est in numerũ diuorũ diferre: quod in Canone vocato, recẽsẽtur aliquot diuorũ diuarumque nomina.

perpessus est Hieronymus. P. Quod olim fecit [illegible]
per Scribas & Pharisæos in dominũ Iesum, hoc [illegible]
nunc facit per Pharisaicos quosdam in optimos qu[illegible]
viros, ac de genere mortalium suis vigilijs bene m[illegible]
rentes. Nunc ille metit optimam messem pro semen[illegible]
quã fecit. Interim nostræ partes erunt, illius memo[illegible]
habere sacrosanctam, illius nomen ferre laudibus, [illegible]
subinde illũ salutare verbis huiusmodi: O sancta a[illegible]
ma, sis felix linguis, sis felix linguarum cultoribu[illegible]
faueto linguis sanctis, perdito malas linguas infesti[illegible]
veneno gehennæ. P. Ita faciam, ac sedulo prædica[illegible]
cæterus, vt idem faciant. At non dubito multos fu[illegible]
ros, qui precatiunculam aliquam desiderent, quand[illegible]
quidem hoc receptum, quæ sanctissimi heroes, mem[illegible]
riam celebrent. B. Hoc dicis, quòd isti collectam q[illegible]
pellant? P. Scilicet. B. Hanc paraueram & ante m[illegible]
tẽ. P. Recita quæso. B. Amator humani generis Deu[illegible]
qui donum linguarum quo quondam Apostolos tu[illegible]
ad Euangelij prædicationem per spiritum tuum sa[illegible]
ctum cœlitus instruxeras, per electum famulum tu[illegible]
Ioannem Reuchlinum mundo renouasti, da vt omn[illegible]
bus linguis omnes vbique prædicent gloriam filij t[illegible]
Iesu, vt confundas linguas pseudoprophetarũ, qui[illegible]
iurati substruunt impiam turrim Babel, tuam glo[illegible]
obscurare conantes, dum suam student attollere. q[illegible]
vni tibi debeatur omnis gloria cum Iesu filio tuo d[illegible]
mino nostro, & spiritu sancto in æterna secula, A[illegible]
men. P. Elegans perfectò & pia precatio, desper[illegible]

...dicetur. Et hũc occurſum mihi fe-
...rem tam lætã ex te didicerim. B. Iſto
...fruere, ac vale. P. Vale tu quoq;. B. Vale-
...ſed non coquus.

...alebo, ſed non coquus. Quum candidatur quidã, qui coqui fie
...habebatur, coram Cicerone ab alio quopiã ſuffragiũ peres
...Cic. cauillãs, Ego quoque inquit tibi fauebo, locus autẽ eſt
...ſione ambigua, quoque, & coce, quod ad pronũciationem
...Vnde liquet olim aliũ fuiſſe ſonũ harum literarũ q &c.
...nũc eſt Quod ſi fuiſſet diuerſus, nõ eſſet iocus ex voce plu-
...ficãte, Nũc litera c, aliud ſonat precedẽs a, o, u, quã e, i,
...idẽ fit in Græcis, quũ eius varietatis nulli veteres grã-
...matici meminerint, quod equidẽ ſciã. Et Fabius in primo libro
...habet q, & k, redũdare: nõ redundarent autẽ, ſi quid aliud ſo-
...ret, quam c, niſi quod c apponitur aſpiratio, quã reiiciũt q &
...Ceterũ u adiũcta ĩ q, euaneſcit, alioqui cotidie & quotidie nõ
...differẽt ſcriptura, verũ etiã ſono, quod ſecus eſſe licet ex
...verbis colligere, capite de ortographia. Porro locus Ci-
...onis, ad quẽ hic alluditur, refertur apud Quin. li. 6. c. de riſu.

PROCI, ET PVELLÆ.

P. Salue crudelis, ſalue ferrea, ſalue adamantina.
...Salue tandẽ & tu Pamphile, quoties & quantũ
...les, & quocũq; libet nomine. Sed interim mihi vi-
...eo oblitus nominis mei, Maria vocor. P. At Mar-
...m dici oportuit. M. Quid ita quæſo? Quid mihi cũ
...arte? P. Quia quemadmodum illi Deo pro ludo eſt,
...mines interficere, ita & tibi, niſi quod tu Marte
...delior occidis etiã amantẽ. M. Bona verba. Vbinã
...ges iſta mortaliũ, quos ego occidi? Vbi ſanguis in-
...ſtum? P. Vtinã cadauer vides exanime, ſi modò
...vides. M. Quid ego audio? Mortuus loqueris, &
...ambulas? Vtinã mihi nunquàm occurrant vmbræ
...midabiliores. P. Ludis tu quidẽ, tamẽ interim mi-

M. ſerum

ſerum exanimas, & crudelius occidis, quàm
deres telo. Nũc longo cruciatu excarnifices
Eho dic, quot grauidæ ad tuũ occurſum abortie
P. Atqui pallor arguit exãguẽ magis, quàm
vmbra. M. Atqui iſte pallor tinctus eſt viola. Su
les, vt ceraſiũ matureſcẽs, aut vua purpuraſcẽs.
tis procaciter rides miſerũ. M. Atqui ſi mihi nõ
du, admoue ſpeculũ. P. Non optarim aliud ſpecul
nec arbitror eſſe clarius vllum, quã in quo nũc me
templor. M. Quod ſpeculũ mihi narras? P. Oculos
M. Argutator, vt ſemper tui ſimilis es. Sed vnd
ces eſſe exanimẽ te? An cibũ capiũt vmbræ? P.
piunt, ſed inſipidũ, qualem ego. M. Quibus igitur
ſcuntur? P. Maluis, porris, & lupinis. M. Atqui
nõ abſtines à capis & perdicibus. P. Verũ, ſed inte
nihilo plus ſapiunt palato meo, quàm ſi maluis ve
rer, aut betis abſque pipere, vino & aceto. M. O te
ſerum, & tamẽ interim obeſulus es. An & lo
tur exanimes? P. Sic vt ego, voce perquam exili.
Atqui nuper, quũ audirẽ te conuitiantẽ riuali
vox nõ erat admodũ exilis. Sed obſecro te, num
ambulant vmbræ? num veſtiuntur? num dormi
P. Etiã coëunt, ſed ſuo more. M. Na tu ſuauis
ter es. P. Sed quid dices, ſi argumẽtis Achilleis
cam, & me eſſe mortuũ, & te eſſe homicidã? M.
ſit omen Pamphile, ſed aggredere ſophiſma. P.
mũ illud mihi donabis opinor, mortẽ nihil aliud
quàm abductionẽ animæ à corpore. M. Largior. P.

Achilleũ, argumentũ fortiſsimũ, & irrefragabile eſt apud Ariſtotelem lib. de phyſico auditu.

vt ne reposcas, quod dederis. M. Non fiet. P. Tum
infeliceris eũ, qui alteri admit animam, homi-
cida esse. M. Accedo. P. Cõcedes & illud, quod à gra-
vissimis auctoribus dictũ, tot seculorũ suffragijs com-
batum est, animã hominis nõ illic esse vbi animat,
vbi amat. M. Isthuc explana crassius, nõ enim sa-
assequor, quid velis. P. Et hoc sum infelicior, quod
me non aquè sentis atque ego. M. Fac vt sentiam.
Eadẽ opera fac vt sentiat adamas. M. Equidẽ puel-
sum, nõ lapis. P. Verũ sed adamante durior. M. Sed
ge colligere. P. Qui corripiũtur afflatu diuino, nec
diunt, nec videt, nec olfaciunt, nec sentiunt, etiam
cidas. M. Audiui sanè. P. Quid coniectas esse in
sa? M. Dic tu philosophe. P. Nimirum quoniam
mus est in cælis, vbi habet quod vehemẽter amat,
abest à corpore. M. Quid tum postea? P. Quid
n, dura? Illud consequitur, & me esse mortuum,
te esse homicidã. M. Vbi est igitur anima tua? P.
vbi amat. M. Quis autem ademit tibi animam?
id suspiras? Dic liberè, dices impunè. P. Crude-
ma quædam puella, quàm ego tamen ne non tuus
dem odisse possum. M. Humanum ingenium. Sed
illi vicissim non adimis suam animam, par pari,
d aiunt, referens? P. Nihil me felicius, si quidẽ li-
t facere permutationem, sic vt illius animus vicis-
demigret in pectus meũ, quemadmodũ meus ani-
s totus demigrauit in corpus illius. M. At licétne
n tecum vicissim sophistam agere? P. Sophistriam.

M. Num fieri potest, vt idem corpus sit an
exanime? P. Non, eodem quidem tempore. M
abest anima, tum mortuum est corpus. P. Est. M
animat, nisi quũ adest. P. Esto sanè. M. Qui sit ig
vt cũ ibi sit, vbi amat, animet tamen corpus vnd
migrauit? Quòd si animat, etiã cùm amat alibi,
modo vocatur exanime corpus, quod animatum
P. Argutare tu quidem satis sophisticè, sed me
bus pedicis non capies. Anima quæ moderatur
cunq; corpus animatis, impropriè dicitur anima,
reuera sint tenues quædam animæ reliquæ, nõ
quàm odor rosarum manet in manu, etiam ros
mota. M. Difficile, vt video, vulpẽ capere laqu
illud respondè: Nonne agit, qui occidit? P. Ma
M. Et patitur qui occidit? P. Scilicet. M. Qui fi
tur vt cùm qui amat, agat: quæ amatur, patiatur
cidere dicetur, quæ amatur, cùm amãs potius
seipsum? P. Imò contrà, qui amat patitur, qua
tur agit: M. Isthuc nunquam euinces apud Are
gitas grammaticos. P. At euincam apud Ar
ctyones dialecticos. M. Verùm ne graueris &
respondere. Volens amas, an nolens? P. Volens. M.
igitur liberũ sit nõ amare, videtur homicida sui q
quis amat, præterq; ius accusat puellam. P. A
puella nõ ideo occidit quòd amatur, sed quòd n
mat mutuũ. Occidit autẽ, quisquis seruare pote
seruat. M. Quid si iuuenis amet incõcessa, hoc est,
rẽ alienã, aut virginẽ Vestalem, nũ illa amabit

Athenis Areopagitę iudicabant de capitalibus: vnde ridicule flectit vocẽ apud grammaticos.

Amphyction conciliũ erat quod apud Thermopylas cogi solebat, ad quod

tua

...ferne amantem? P. Sed hic iuuenis amat, ...amore fas pium q; est, atq; etiã æquum & bonũ, ...amen occidatur. Quod si leue est homicidij crimẽ, ...neficij ream peragam. M. Isthuc prohibeant su- ...An Circen quampiã ex me facies? P. Aliquid ...ista crudelius. Nam porcus aut vrsus esse malim, ...id quod nũc sum exanimis. M. Quo tãdem ve- ...ci genere perdo homines? P. Fascino. M. An igi- ...ut, vt posthac abs te deflectã noxios oculos? P. Be- ...verba. Imo magis adflecte. M. Si mihi sunt oculi ...inatores, qui fit, vt nõ cõtabescãt & cæteri, quos ...ueor? Itaque suspicor, fascinum istud esse in tuis ...lis, nõ in meis. P. Non sat tibi erat iugulare Pam- ...lum, ni insultes insuper? M. O lepidum mortuum. ...quando parabuntur exequiæ? P. Opinione tua ce- ...ius, ni tu succurras. M. Egon' rem tantam possum? ...Potes vel mortuum ad vitam reuocare, idq; mi- ...no negotio. M. Si quis mihi porrigat panacem.

xiij. populi erãt uenisse sub Amphyctione Deucalionis filio Iones, Dores, Peræbij, Boetij, Magnetes, Achei, Molienses, Dolopes, Aenianes, Delphi. Phocenses. Sic & Dialecticorum vsitæ sunt sectæ.

...Nihil opus herbis, tantum redama. Quid autem ...ilius, imò quid æquius? Non aliter absolueris ab ...micidij crimine. M. Apud quod tribunal pera- ...rea? Areopagiturum? P. Non, sed apud tribu- ...Veneris. M. Aiunt Deam esse placabilem. P. Imo ...illius ira perinde formidabilis. M. Habet fulmen?

Panaces, herba quæ medetur omnibus morbis vnde & nomen habet.

...Non. M. Habet tridentẽ? P. Nequaquam. M. Ha- ...hastam? P. Minimè, sed est Deæ maris. M. Non ...migo. P. Sed habet puerum. M. Non est formidabi- ...atus. P. Vindicem ac peruicacẽ. M. Quid is mihi

Fulmẽ est telum Iouis, tridens Neptuni, hasta Palladis.

faciet? P. Quid faciet? Prohibeāt omnes ſuperſ
lim enim illi malū eminari, cui bene volo. M.
effare, nulla mihi ſuperſtitio eſt. P. Dicam ergo.
ſpreueris amantem, nō omnino mutua indigne
re, niſi fallor, ille fortaſſe iuſſu matris im
peſſimo veneno tinctum iaculum, vt in ſordidum
quem depereas, qui te tamen nō redamet. M. Su
cium narras abominādū. Ego ſanè vel mori pre
rim, quàm perditè amare deformē, nec amore m
reſpondētem. P. Atqui nuper huius mali fuit ex
plum inſigniter editum in puellam quādam. M.
locorū? P. Aurelia. M. Quot anni ſunt? P. Quot
Vix ſunt menſes decem. M. Puellæ quod erat nom
Quid hæres? P. Nihil, noui tanquam te. M. Quin
tur edis nomen? P. Quia non placet omen. Vtinā
quouis nomine dicta fuiſſet. Idem habebat nomē q
tu. M. Pater quis erat? P. Viuit adhuc inter iuv
ſultos poæcipui nominis, re ſplendida. M. Adde
men. P. Mauricius. M. Cognomē. P. Aglaius. M.
uítne mater? P. Nuper reliquit ſuperos. M. Quo m
bo periit? P. Quo morbo rogas? mœrore. Et pater
metſi vir cū primis fortis, periclitabatur. M. Lic
ſcire matris quoq; nomē? P. Maximè, Sophronā n
nō nouit. Sed quid ſibi vult iſta percontatio? An
putas apologū comminiſci? M. Egon' de te ſuſpica
hoc? Hæc ſuſpicio pronior eſt in ſexū noſtrū. Sed n
ra, quid acciderit puellæ. P. Puella erat honeſta
nata, vt dixi, re lauta, forma perquam eleganti; q
multi

Apologū fabulam, rē vanam.

...digna principe marito. Huius nuptias ambie-
...proem quidã illi non diſſimilis. M. Quo nomine?
...Nã mihi offendor nomine, Pamphilus & ille di-
...P. Illa nihil non tentantẽ percinacißimè ſprevit.
...uenis dolere contabuit. Nec ita multò poſt, illa de-
...ire cæpit in quendam ſimium verius, quàm homi-
...m. M. Quid ais? P. Adeò perditè, vt ſatis dici nõ
...eat. M. Tam elegans puella tam deformem? P. Ver-
...e acuminato, raro capillitio, eoq; lacero & impexo, Alopecia, defluuium capillorum.
...rfure ac lẽdibus oppleto, pleramq; cranij cutem nu-
...uerat alopecia, oculis refugis, naribus ſimis ac ſur-
...m hiantibus, ore ſparſo, dentibus putridis, balbutiẽ-
...gua, mento ſcabioſo, ſcapulas deformabat gibbus,
...ter prominulus, crura vara. M. Therſiten quempiã
...ihi depingis. P. Imò aiunt illi non fuiſſe niſi vnam
...riculam. M. Altera perierat illi fortaſſe in bello.
...Imò in pace. M. Quis hoc auſus eſt? P. Dionyſius car-
...fex. M. Fortaſſe formæ infelicitatem penſabat res
...pla domi. P. Imò decoxerat, ac plus quàm animam
...bebat. Cum hoc marito tam inſignis puella nũc de-
...s atatẽ, ac ſubinde vapulat. M. Quem miſeram nar-
...s. P. Sed veram, Sic viſum eſt Nemeſi iuuenis ſpreti Nemeſis Dea vindex inſolentiæ.
...otumeliam vlciſci. M. Ego citius optarim extingui
...lamine, quàm talem ferre maritum. P. Ergo ne pro-
...ca Nemeſim, & amantem redama. M. Siquidem
...ud ſatis eſt, redamo. P. Sed optarim iſtum amorem
...e perpetuum ac proprium, coniugem ambio non a-
...eam. M. Neque me id fugit: ſed diu deliberandi m

est in eo, quod semel captũ resindi nõ p
me quidem nimium diu deliberatũ est. M
ne tibi imponat amor, nõ optimus consulto
cum esse ferunt. P. Sed oculatus est, qui ex in
scitur. Non ideo mihi talis videris quòd amen
ideo te amo, quòd talem te conspexerim. M. At
ne nõ satis me perspecta habeas, si calceum indu
tum demùm sentires, qua parte te vrgeret. P. Iam
est alea, quanquã ego multis augurijs colligo rem
lius cessuram. M. Etiam augures? P. Sum. M. Qui
igitur augurijs colligis? An volauit noctua? P.
volat stultis. M. An à dextris aduolauit iugum
lumbarum? P. Nihil istiusmodi. Sed mihi iam
aliquot perspecta est probitas tuorũ parentum: tu
mum auis est non pessima, è bonis prognatam esse. N
que me clàm est, quàm salubribus monitis, quam
ctis exemplis apud hos sis instituta. Et plus est
institui, quàm bene nasci. Habes alterum augurium
Ad hæc meis maioribus non omninò malis, ni fall
iam olim cum tuis amicitia non vulgaris interce
quin & nos inter nos à teneris, quod aiũt, vngu
lis noti simus, nec male cõuenit genys nostris. Iã
inter nos, res, dignitas, nobilitas, inter vtriusq; p
tes penè paria sunt. Demũ, quod est in amicitia pr
pium, tui mores mihi videntur nõ pessimè quadr
ad meũ ingeniũ. Potest enim per se præclarũ esse,
tamẽ non sit aptũ. Quàm mei vicissim tuo cõgru
nescio. Hæ videlicet aues meæ lux, mihi promitt

Calceum. Alludit ad dictũ Pau. Æmilij repudiata vxore, facere aleam, facere periculum.

...ter felix, perpetuum ac lætum ducendum q...
...modo ne tuus animus mali ominis cæ...
...cinat. M. Quam catilenam optas? P. Ego
...sum tuus: tu fuccine, fiam tua. M. Breue
...idem cantiuncula, sed longum habet epiphonema.
...Quid refert quàm longum, modo lætum? M. Adeo
...es inuisus, vt nolim te cõmittere, cuius in poste-
...pœniteat. P. Desine malè ominari. M. Portasse a-
...tibi videbor, vbi morbus aut ætas hanc formã im-
...uauerit. P. Nec hoc corpus o bona, semper erit æque
...culentum: sed ego non contemplor tantum istud
...diq florens & elegãs domicilium, hospitem magis
...damo. M. Quem hospitem? P. Animum istum tuũ,
...ius decor semper cum ætate ereſcet. M. Næ tu plus
...quàm lynceus es, si istum perspicis per tot tectoria. P.
...Animũ animo perspicio. Ad hæc in cõmunibus li-
...eris subinde repubescemus. M. Sed interim perit vir-
...initas. P. Verum. Sed eho, dic mihi si tibi esset elegãs
...omariũ, optares illic nihil vnquàm gigni præter flo-
...es: an malles delapsis floribus videre arbores maturis
...omis grauidas. M. Vt argutatur. P. Saltem illud re-
...onde, vtrum est elegãtius spectatum, vitis humi ia-
...ens & cõputrescens, an amplexa palum aut vlmũ,
...amq; purpureis vuis degrauans? M. Respõde tu mihi
...icissim, vtrum spectaculũ amœnius, rosa nitens &
...lstea in suo frutice, an decerpta digitis, & paulatim
...arcescens? P. Ego rosam existimo feliciorem, quæ
...arcesit in hominis manu, delectãs interim & ocu-

Mali ominis videlicet si recuset. Epiphonema quod in fine acclamatur. Facile est dicere volo, volo, sed hic duobus verbis contrahitur indissolubile vinculum.

los & nares, quàm quæ seneſcit in frutice[illegible]
futurũ erat, vt marceſceret: quemadmodum [illegible]
eſt vinũ quod bibitur antè quàm acesçat. Qu[illegible]
non ſtatim marceſcit flos puellæ, ſi nupſerit: [illegible]
deo multas, quæ ante nuptias pallebant, langu[illegible]
ac velut extabeſcebant, ex cõgreſſu viri ſic enitu[illegible]
vt tum demum florere cœperint. M. Attamen ſa[illegible]
rabilis ac plauſibilis apud omnes eſt virginitas P.[illegible]
legãs quidem res puella virgo, ſed quid iuxta natu[illegible]
prodigioſius anu virgine? Niſi matri tuæ defluxi[illegible]
flos ille, nos iſtum florem non haberemus. Quòd ſi, [illegible]
ſpero, nũ ſterile fuerit noſtrũ coniugiũ, pro vna virg[illegible]
me multas dabimus. M. Attamen aiũt, rem deo gr[illegible]
riſſimã eſſe caſtitatem. P. Et ideo caſtã puellã mihi [illegible]
pio nubere, vt cũ illa caſtè viuã. Magis erit anima[illegible]
quàm corporũ coniugium. Gignemus reip. Gigne[illegible]
Chriſto. Quãtulum aberit hoc matrimoniũ à virgi[illegible]
tate? Et fortaſſe olim ſic conuiuemus, quemadmodu[illegible]
vixit cum Maria Ioſeph. Nõ enim ſtatim perueni[illegible]
ad ſummũ. M. Quid ego audio? Violanda virginita[illegible]
vt diſcatur? P. Quid ni? Quemadmodũ paulatim bi[illegible]
bendo vinum parcius, diſcimus eſſe abſtemij. Vter tã[illegible]
videtur eſſe temperãtior, qui in medijs delicijs acũ[illegible]
bens abſtinet, an qui ſemotus ab his, quæ prouocãt in[illegible]
temperantiã? M. Arbitror eũ fortius temperantem,[illegible]
quem parata copia nõ poteſt corrũpere. P. Vtri verius[illegible]
debetur laus caſtitatis, eine qui ſemet execat, an qui[illegible]
membris integris tamen abſtinet à Venere? M. Equi-[illegible]
dem

Abſtemij, qui non bibunt vinum, quaſi dicat abſque vino.

posterioris meo calculo tribuerim laudem castita-
priori dementiã. P. At qui voto astrictis adiurant
matrimonium, nónne quodãmodo enecãt sese? M. Vi-
detur. P. Iam non est virtus non coire. M. An nõ est?
Sic accipe. Si per se virtus esset, non coire, vitiũ es-
set coire. Nunc incidit, vt vitium sit, non coire, coire
virtus. M. Quãdo hoc incidit? P. Quoties ab vxore ius
suum petit maritus, præsertim si prolis amore quærit
complexum. M. Quid si lasciuiat, non est fas negare? P.
Fas est monere, vel rogare potius blandius, vt tempe-
ret, pernegare instanti fas nõ est. Quanquam hac qui-
dem in parte raras audio querelas maritorum de suis
vxoribus. M. At dulcis est libertas. P. Imò grauis est
tortina virginitas. Ego tibi rex ero, tu mihi regina
imperabimus familiæ nostro arbitratu. An tibi vi-
detur ista esse seruitus? M. Vulgus coniugium capi-
strum vocat. P. Sed ipsi vero capistro digni sunt, qui sic
sentiant. Dic mihi quæso, an nõ animus tuus est allig
atus corpori? M. Videtur. P. Non aliter quàm auicula
rete. Et tamen consule illum, an cupiat esse liber.
Negabit, opinor. Quam ob rem? Quia libenter est al-
ligatum. M. Res est vtring; modica. P. Tanto tutior. Ea
demi augebis parsimonia, quæ nõ sine caussa dicta
magnum vectigal, ego foris industria. M. Innume-
curas secum adferunt liberi. Pa. Sed idem innu-
meras voluptates, ac sæpenumero multo cum fœ-
reponunt parentibus officium. Ma. Misera q
tam res est orbitas. Pa. An nunc orba non

L

Quid autem optius in re dubia male ominari
mihi, verum malles nunquã nasci, an nasci moritura?
M. Equidem mallem nasci morituras? P. Sic nasci
est orbitas, quæ prolem nec habuit, nec habitura est,
quemadmodũ feliciores sunt, qui vixerũt, quàm qui
nec nati sunt, nec nascentur vnquã. M. Qui sunt isti
qui non sunt, nec erunt? P. Quanquã qui recusat sem
casus humanos, quibus omnes ex æquo sumus obnexi,
siue plebei simus, siue reges, is è vita migret oportet.
& tamen quicquid acciderit, tu non feres nisi dimi-
diũ, ego maiorem portionem in me transferam. Ita
quid acciderit læti, gemina fiet voluptas: si quid mali
societas adimet dimidium ægritudinis. Mihi vero, si
fata volent, dulce fuerit, vel immori tuis cõplexibus.
M. Facilius ferunt homines, quod iuxta cõmunes na-
turæ leges accidit, sed video, quanto plus molestiarũ
adferunt nonnullis parentibus liberorũ mores, quam
mortes. P. Istius rei ne quid accidat, maxima ex parte
in nobis situm est. M. Quî sic. P. Quoniam fere boni
nascuntur ex bonis, quod ad indolem attinet. Neq;
nim è columbis nascuntur miluij. Dabimus igitur o-
peram, vt ipsi boni simus. Deindè curabimus liberos
nostros ab ipso statim lacte sanctis præceptis, & opi-
nionibus imbuendos. Plurimũ refert, quid infunda-
rudi testulæ. Ad hæc curabimus, vt domi habeant
exemplũ vitæ, quod imitentur. M. Difficile est quod
narras. P. Nec mirum, quia pulchrum est, atque id
hoc ipsum tu quoq; difficilis es. At tãto studijs atro-

Qui fũt isti, iocatur in hoc quod ridicule dixerat iuuenis, cum qui non sunt nec futuri sunt, plus aut minus felices dici non possunt.

oribus

ribus hic exitemur. M. Habebis sequacem materiã, vide, ve me formes singulq. P. Sed interim pronũtia tria verba. M. Nihil facilius, sed verba simul atq; semel evolarint, nõ revolant. Dabo consiliũ vtriq; cõmodius. Ages cũ tuis ac meis parentibus, vt vtrorũq; voluntate res transigatur. P. Ambire mẽ iubes, an potes tribus verbis rem certam reddere. M. An nõ possim nescio, mei iuris, non sum. Nec sine maiorum auctoritate olim coibãt cõiugia. Verũ vtcunq; est, arbitror auspicatius fore nostrũ coniugiũ, si parentũ auctoritate coëat. Et vestrũ est ambire, nobis decorũ non est. Gaudet enim rapi virginitas, etiã si nonnunquam vehementius amemus. P. Non pigebit ambire, modò ne me frustretur tuũ vnius suffragiũ. M. Nõ frustrabitur, bono animo esto mi Pãphile. P. Tu mihi hic religiosior es, quàm velle. M. Imò tu tuũ ipsius suffragiũ apud te prius expende. Nec affectũ istum tuum adhibeas in consiliũ, sed rationẽ. Quod affectus decernit, temporariũ est: quod autem dictat ratio, perpetuò solet placere. P. Nã tu pulchrè philosopharis, itaq; parêre certũ est tuis consilijs. M. Nõ pœnituerit obsequij. Sed heus tu, incidit interim scrupulus, qui meũ animũ malè habet. P. Valeant scrupuli. M. Vin' me nubere mortuo? P. Nequaquã, sed reuixero. M. Amouisti scrupulũ. Bene vale mi Pãphile. P. Isthuc tu cura. M. Precor tibi latam noctem. Quid suspiras? P. Latam noctem ais? Vtinam largiare quod precaris. M. Ne quid præproperè, adhuc tua messis in herba est.

Tua messis in herba est, ait Oui. A segete ductũ, quę primum herbescit, deinde fert aristas, tandẽ flauescit ad messem. Nihil ne tui: ambigue dictum. Nã si sit ge-

nit inus a tu, petit osculũ, si a tuũ petit aliud. At ille secus interpretatur ꝙ ille seensrat Ouid. viterius nil habet ille mei. Pastillus, est sphærula ex odorib. cõfecta, quam multi circumferunt. Hor. Pastillos Rufus olet. Frigoramus abhorrens a nuptiis. Eubulus bonus cõsultor.

est. P. Nihil ne tui mecum auferam? M. Hum
lum, qui tibi cor exhilaret. P. Adde saltem o
M. Cupio tibi virginitatem integram & illib
tradere. P. An osculum aliquid decerpit virgi
ti? M. Vis igitur & alijs quoque largiar oscula
Nequaquam, mihi seruari volo mea oscula. M.
bi seruo. Quanquam est aliud, quur in præsentia
ausim dare osculum. P. Quid isthuc? M. Ais tu
animum penè totũ demigrasse in corpus meum, in
quàm minimum supereſſe: vereor itaque ne in os
hoc ipsum quod in te supereſt, transiliat in me, tu
ità totus fias exanimis. Accipe igitur dextrã mu
amoris symbolum, ac bene vale. Tu gnauiter rem
re. Ego interim Christum comprecabor, vt quod a
tur, vtriq; nostrum velit esse felix ac faustum.

VIRGO MISOGAMVS.

Eubulus, Catharina.

E. Gaudeo tandem finitã esse cœnam, vt liceat
frui deambulatione, qua nihil amœnius. C. Et me
tædebat sessionis. E. Quàm vernat, quàm arridet v
diq; mundus. Hæc nimirum est illius adolescentiæ
sic est. E. At cur tuũ ver non æquè arridet. C. Q
ob rem? E. Quia subtristis es. C. An videor alio v
tu quàm soleo? E. Vt ostendã te tibi? C. Maximè.
Vides hãc rosam sub imminẽtem noctem foliis cõtr
ctioribus? C. Video. Quid tũ postea? E. Talis est v
tus (vus. C. Bella collatio. E. Si mihi parũ credis, in h
fonticulo contẽplare teipsam, quid sibi tãdem volet

...ter tantũ iſta tũ crebra ſuſpiria? C. Deſine per-
...quod tua nõ refert ſcire. E. Imò mea refert me
...ò, qui non poſſum eſſe hilaris, niſi te quoq; videam
...lvem. Ecce autem iterũ ſuſpiriũ, huic quam ex imo
...ſtare ductũ. C. Eſt quod angat animum, ſed effari
...eſt tutũ. E. Mihi non dices, qui te chariorem habeo
...rem propria? Mea Catarina, ne verêre, quicquid eſt
...i tuto depones his auribus. C. Vt tuto dicam, vereor
...ne fruſtra dicã nõ auxiliaturo. E. Quî ſcis? ſi non re
...ſa, fortaſſis cõſilio, cõſolandoq; iuuero. C. Nõ poſſum
...loqui. E. Quid iſthuc eſt rei: odiſti me? C. Sic odi,
...vt mihi minus charus ſit meus germanus: & tamen
...animus non fert, vt eloquar. Eu. Fateberis igitur, ſi
...diuinauero? Quid tergiuerſaris? Promitte, alioqui non
...mittam vrgere. C. Agè promitto. Eu. Prorſus ego
...non video quid tibi deſit ad ſummam felicitatem. C.
...Vtinam vera prædicares. Eu. Primum adeſt ipſe flos
...tatis. Non ni fallor, agis annum iam decimum ſe-
...timum. Ca. Sic eſt. Eu. Nondum igitur, opinor, de-
...territat te metus ſenectæ. Ca. Nihil minus. E. Adeſt
...forma nulla parte non felix, eſt & iſtud præcipuum
...ni donum. C. De forma qualis qualis eſt, nec glorior
...nec queror. Eu. Tum color & habitudo corporis in-
...dicat te eſſe proſpera valetudine, niſi quid eſt mor-
...bi occultioris. Cath. Nihil iſtiuſmodi, gratia Deo.
...Eu. Fama eſt integra. Ca. Ita confido. Eu. Adeſt
...ingenium iſto dignum corpore feliciſſimum, & qua-
...le mihi optem ad liberales diſciplinas. Ca. Si quod

eſt

Tuto depones. Deponit magiſtratum, qui ſe abdicat magiſtratu: deponit pignus, qui rem ſui ſeruandã tradit alienæ fidei. Sic Horatius. Quicquid habes, age depone tutis auribꝰ.

est, dei munus est. E. Nec deest morum ami-
tio, quam in felicissimis etiã formis non rara
ramus. C. Optarem equidẽ mores me dignos. E.
torum animos degeris generis infelicitas: tibi pa
sunt & bene nati, & probi, & re lauta, & t
mãtissimi. C. Hinc nihil queror. E. Quid multis
mihi ex omnibus puellis, quas habet hæc regio,
delegerim aliã sponsam, quàm te, si quod sydus
prosperũ affulgeret. C. Nec ego delegerẽ alium sp
sum, si placeret vllum coniugiũ. E. Et tamen ma
quiddam esse debet, quod sic discrutiat animum
C. Est omninò nõ leue. E. Non ægrè feres, si diuine
C. Iam pollicita sum. E. Expertus noui, quanta
sit amor. Agè fatere nunc, promisisti. C. Amor el
causa, sed nõ eius generis, cuius tu suspicare. E. Q
genus tu mihi narras? C. Diuina. E. Equidem
sumpsi omnẽ diuinationem meam. Et tamen no
mittam hanc manum, donec extorsero quid sit. C.
violentus es. E. Depone in sinum meũ, quicquid
hoc est curæ. C. Quando sic vrges, dicam. Iam in
teneris annis me mirus quidam affectus habebat.
Quis obsecro? C. Vt adiungerer collegio sacrarũ
ginum. E. Vt fieres monacha? C. Sic habet. E. H
pro thesauro carbones. C. Quid ais Eubule? E. N
mea lux, tussiebam. Sed perge dicere. C. Huic a
meo semper pertinacissimè restitêre parentes. E.
dio. C. Ego contra precibus, blanditijs, lachrymis
pugnabam parentum pietatem. Eub. Res mira.

In sinũ. i. secreto cõmitte tacituro.

Pro thesau. Quum aliud inuenitur, quã expectabatur.

T

Eadem cum ego nullum facerem finem orandi, obse-
randi, obtestandi, lachrymãdi, polliciti sunt, vbi per-
ueniſſem ad annum decimũ ſeptimũ, ſeſe obtempera-
turos voluntati meæ, ſi modo tũ idẽ præſtaret animus.
Venit is annus, manet idẽ animus, parẽtes tamẽ con-
tra promiſſum pernegãt, hoc eſt quod deſeruiat ani-
mum meũ. Aperui morbũ meum, tu nũc Medicum
age, ſiquid potes. E. Primũ illud dabo cõſiliũ ſuauiſ-
ſima virgo, vt moderaris affectibus tuis, & ſi id non
obtiget, quod vis, id velis, quod poßis. C. Emoriar, niſi
quod volo, aſſequor. E. Et vnde cepiſti iſtũ fatalem af-
fectum? C. Olim admodũ puella ducta ſum in quod-
dam virginũ collegium, circunducebamur, oſtẽdebã-
tur omnia, placebãt virgines vultibus nitentibus, vi-
debantur angelæ, in templo nitebant omnia, atq; etiã
fragrabant, nitebant horti cultißimi. Quid multis?
nihil non arridebat, quocunq; vertebam oculos. Ac-
cedebant ad hæc blãdißima virginum colloquia. Vnã
atq; alteram illic reperi, quicùm olim infantula luſi-
tare cõſueui. Ex eo tempore cœpit animus ardere eius
vitæ deſiderio. E. Non ſum improbaturus ſacrarum
virginum inſtitutum: quãquã non omnia conducũt
omnibus: ſed habita tui ingenij ratione, quẽ mihi vi-
deor ex vultu, moribusq; tuis collegiſſe, ſuaſerim, vt
nubas marito tui ſimili, tuaq; domi nouum inſtituas
collegiũ cuius maritus agat patrẽ, tu matrẽ. C. Emo-
riar citius, quàm virginitatis propoſitum deſeram. E.
Res eſt egregia virginitas, ſi pura ſit: ſed nihil neceſſe

est, vt hac gratia dedas te in collegiũ, vnde non
postea eximi. Licet apud parentes virginitatem
tuam. C. Licet, at nõ perinde tutò. E. Imò vt ego au-
tror, aliquanto tutius, quàm apud illos crassos, se-
cibo distentos monachos. Nec enim castrati sunt, ne-
sis insciens. Patres vocantur, ac frequenter effi-
vt hoc nomen verè competat in ipsos. Olim nusq
virgines honestius viuebant, quàm apud parẽtes,
alium habebant patrem, quàm Episcopum. Sed obs
dic mihi, quid tibi collegiũ ex omnibus delegisti,
te addicas in seruitutẽ. C. Chrysertium. E. Ag
ædibus paternis vicinum. C. Rectè. E. Atqui pul
noui totum hoc sodalitium, dignum verò, ob quod
trem, ac matrem, & cognatam tibi, honestam
miliam repudies. Nam ille patriarcha iampridem
ætate, & vino, & natura delirus est, nec illi q
quam iam sapit præter vinum. Habet duos sodale
dignos, Ioannẽ & Iodocum, quorum Ioannes, vt
tasse vir malus non est, ita nihil habet vini, pr
barbam, eruditionis ne pilum quidem, prudentia
multo plus. Iodocus adeò stupidus est, vt nisi veste
cra commendaretur, obambularet publicus in cur
fatui cum auriculis, ac tintinabulis. C. Mihi vide
tur boni viri. E. Melius istos noui, quàm tu, mea C
tarina. Isti fortasse sunt tibi patroni apud paren
vt efficiant te proselytam suam. C. Iodocus maxi
fauet. E. O fautorem, sed fac isthic nunc esse vi
doctos ac bonos: cras, erunt indocti, ac mali, & q
sun

Chrysertiũ Fictitium nomẽ est, videtur innuere collegium, quod est Goudæ iuxta Claustrũ, quo nãues excludũtur, aut admittuntur.

Proselytam, Aduentĩ, quæ ex Christi verbis professionem & factam monachorũ incipit

...ng, obtigerint, tibi erũt ferendi. C. Offendunt me in ...dibus paternis crebra conuiuia, nec semper virginea ...unt, quæ illic dicuntur inter coniugatos. Et aliquo- ...nes fit, vt osculum negare non possum. E. Qui vitare ...ndet, quicquid offendit, is è vita migret oportet. Ita ...unt aures assuefaciẽdæ, vt audiant omnia, nec tamẽ ...iss bona transmittant in animum. Parentes, opinor, ...ermittunt tibi cubiculum peculiare. C. Maximè. E. Eò te subducas licebit, si quod cõuiuium acciderit turbulẽtius: & dum illi potant, ac nugantur, tu con- fabulare cũ sponso tuo Christo, ora, psalle, gratias age. Non te inquinabit domus paterna, sed tu reddes eam puriorem. C. Attamen tutius est esse in sodalitio vir- ginum. E. Nõ improbo castum sodalitium, nolim tamẽ te falli falsa imaginatione. Vbi illic versata fueris diquandiu, vbi proprius inspexeris, fortassis nõ per- inde nitebunt omnia, vt ibi quondam nitere vide- bantur. Nec omnes virgines sunt, mihi crede, quæ velum habẽt. C. Bona verba. E. Imò bona verba sunt, quæ vera sunt: Nisi fortasse elogium, quod nos hacte- nus iudicauimus esse Virgini matri propriũ, ad plu- res transyt, vt dicantur & à partu virgines. C. Ab- hominor. E. Quin insuper, nec alioqui inter illas vir- gines sunt omnia virginea. C. Non? quam ob rem, obsero? E. Quia plures inueniuntur, quæ mores æmulantur Sapphus, quàm quæ referant ingenium. C. Isthuc quod sit, non satis intelligo. E. Atque ideo hæc verba facio, nequando intelligas meæ Catha-

lorum verba furauit. Vela lusum simul ad locum. Matth. 23.

Velum. Flam- mea qua ve- labantur sa- cerdotes, & virgines Ve- stales: nunc Germanice een vvyle. Elogiũ, titu- li meriti, qui solet addi in legatis aut in munere. Ego scribendi ar- bitror elo- gium ab im- putando qui- quam recla- mantibus cẽ- dicibus.

Sapphus genitimus est Græcus, sicut Didus. Huius ingeniũ mire prædicatur, sed mores infamantur, quod fuerit tribas, id enim recte significatũ est.

rina. Attamẽ animus eò fertur, atq; hinc colligo hu
ſpiritum à deo proficiſci, quod tot iam annis perſeu
rat, & indies fit acrior. E. Imò mihi hoc nomine ſ
ſpectus eſt iſte tuus ſpiritus, quod ſic repugnant op
parentes. Afflaſſet & illorũ animos deus, ſi pium
ſet, quod moliris. Sed iſtũ ſpiritum hauſiſti ex illa
toribus, quos admodũ puella vidiſti, ex blãdis vi
nũ colloquijs, ex affectu erga veteres ſodales, ex
tu ſacro, ex ceremonijs ſanè quã ſpecioſis, ex impr
hortatibus ſtultorũ monachorũ, & qui in hoc te
nantur, vt largius potent. Sciũt patrem eſſe libera
ac benignum, aut illum habebunt conuiuam, ſed
lege, vt ſecum adferat vinũ quod decẽ ſtrenuis po
ribus ſat ſit: aut ipſi potabunt apud illum. Quare ti
fuerim auctor, ne quid noui tentes inuitis parẽtibu
in quorũ poteſtate nos deus eſſe voluit. C. In hoc neg
tio pium eſt contemnere patrẽ & matrem. E. Chri
cauſa pium eſt alicubi negligere patrem, & matre
neq; enim piè faciat, qui Chriſtianus patrẽ Ethnic
cuius omne vitæ præſidium pendeat, filio, deſerat,
natq; perire fame. Si nondum eſſes profeſſa Chriſtũ
baptiſmo, & parentes vetarent te baptizari, piè fac
res, ſi Chriſtum præferres impijs parentibus: aut ſi nõ
parẽtes adigerent ad impietatem aut turpitudinem
cõtemnenda eſſet illorum auctoritas. Sed quid hoc a
collegium? Et domi Chriſtum habes. Natura dicta
Deus approbat, Paulus hortatur, leges humanæ ſan
ciũt, vt ſuj obediant parẽtibus: & tu te ſubduces a
aucto

...ritate parẽtũ optimorũ, vt pro vero patre, te de-
...u factitio, & pro vera matre, tibi asciscas alienam:
...t potius, vt pro parẽtibus tibi dominos, ac dominas
...iscas? Nã parẽtibus ita es obnoxia, vt tamen te li-
...ũ esse velint. Vnde & liberi vocantur filij fami-
...u, quod absint à cõditione seruorũ. Nunc te pro li-
...na tẽdis vltro seruam reddere. Christiana clemẽtia
...axima ex parte submouit omnẽ illam veterũ serui-
...tẽ, nisi quòd in paucis regionibus adhuc residet ve-
...gia. At inuẽtum est sub prætextu religionis nouũ
...eruitutis genus, vt nunc sane in plerisq; monasterijs
...inatur. Nihil ibi licebit, nisi ex præscripto: quicquid
...uenerit, tibi, illis accrescet: si quò pedẽ moueru, re-
...raberis è fuga, perinde quasi parentem veneno neca-
...ris. Quỏ sit euidentior seruitus, commutant vestẽ,
...uã dedere parentes: & ad exemplum priscum eorũ,
...ui olim seruos essent mercati, cõmutant nomẽ in ba-
...tismo inditũ, ac pro Petro, siue Ioanne, vocant Frã-
...iscum, aut Dominicum, aut Thomam. Petrus dedit
...omẽ Christo, & Dominico initiandus vocatur Tho-
...mas. Si militaris seruus abijciat vestẽ à domino datã,
...idetur abdicasse dominũ: & nos applaudimus illi,
...ui vestẽ accipit, quã Christus omniũ dominus nõ de-
...dit: & ob hanc mutatã grauius punitur, quã si cen-
...ies abijciat vestem imperatoris ac domini sui, quæ est
...entu innocentia. C. Atqui hoc ipsum aiunt eximij
...ri, si quis se sponte dedit in hanc seruitutẽ. E. Ista
...ero doctrina pharisaica est. Paulus contra docet, vt

Nescit seruitutẽ nobilis illa merito dicta Frĩcia. In VVestphalia & in nonnullis Germaniæ partibus adhuc est seruorum genus. Venetiæ venduntur Mauri Mauræ non aliter quam boues.

qui liber vocatus sit, ne velit fieri seruus, sed potius operam det, vt fiat liber. Atque hoc infelicior est seruitus, quod pluribus dominis tibi seruiendũ sit, quàm plarũq; stultis & improbis, quàm incertis, ac subinde nouis. Illud mihi respõde. Emancipãt te leges à parentum? C. Nequaquã. E. Licétne igitur tibi emere aut vendere fundum inuitis parentibus? C. Minimè. E. Vnde igitur tibi ius, vt teipsam dedas nescio quibus, inuitis parentibus? An non tu illis charissima, maximeq; propria es possessio? C. In negotio pietatis cessant naturæ leges. E. Negotiũ pietatis potissimum agitur in baptismo: hic tantum agitur de vestimenta mutanda, deq; genere vitæ, quod per se neq; bonũ est neq; malum. Iam illud mihi considera, quantũ commoditatum simul amittas cũ libertate. Nunc tibi liberũ est in tuo cubiculo legere, orare, psallere, quantum & quando gratum est animo tuo. Quòd si tædet cubiculi, licet audire cantiones ecclesiasticas, adesse sacris, audire sacras conciones: & si quam videris matronam, aut virginẽ egregiè probam, ex eius colloquio fieri meliorem: si quem virum insigni probitate præditum, ex eo discere, quod te reddat meliorem: licebit & concionatorem deligere, qui purissimè Christũ doceat. Has res omneis, ex quibus præcipuum est profectus ad veram pietatẽ, amittis semel addicta collegio. C. Sed interim non ero monacha. E. Adhuc te monẽ nomina? Rem ipsam expendito. Illi iactant obedientiam. Num ea laus tibi deerit, si obedias parentibus

Emancipant, hoc est manu mittũt, libere viuere sinũt.

tuis

quibus Deus iubet obediri? si episcopo tuo, &
tori tuo? Num paupertatis, quum in parentũ ma-
nes sint omnia? Quanquã olim in sacris virginibus
cipuè laudabatur à sanctis viris liberalitas in pau
res, eam præstare non poterant, si nihil possidebant.
ro castitati tuæ nihil decedet etiã si vinas apud
rites. Quid igitur supereſt? Velũ, linea vestis ex in-
ma versa in extimam, ceremoniæ quædam, quæ per
nihil faciunt ad pietatẽ, neq; quenquam cõmendãt
lis Christi, qui spectat animi puritatem. C. Nouæ
ditas. E. Sed verissima. Quũ nõ sis emãcipata à iu-
parẽtũ, quũ tibi ius nõ sit vendẽdi vestẽ aut agrũ,
mudo tibi ius facis dedẽdi te in seruitutẽ alienã?
Iuparẽtũ, vt aiunt, nõ impedit ingressum religio-
is. E. In baptismo nónne professa es religionẽ? C. Sum.
. Nónne religiosi sunt, quicunq; sequuntur præce-
a Christi? C. Maximè. E. Qua est igitur ista noua
eligio, quæ facit irritũ, quod & naturæ lex sanxit,
vetus lex docuit, & Euãgelica lex comprobauit,
apostolica doctrina confirmauit? Isthuc decretum
en est à deo proditum, sed in monachorum senatu
ertum. Sic definiunt quidã & matrimonium esse
tum, quod inscijs, aut etiam inuitis parentibus in-
puerũ & puellam per verba de præsenti, sic enim
liquuntur, contractum est. Atqui isthuc dogma
ec naturæ sensus approbat, nec veterum leges, nec
oses ipse, nec euangelica, aut apostolica doctrina. C.
n igitur putas mihi nõ esse fas nubere Christo, nisi

comprobantibus parentibus? E. Iam, inquam, nuptũ Christo, & illi nupsimus omnes. Quæ bis nubit eadem viro? Tantũ agitur de loco, de veste, de ceremoniis: has res non arbitror esse contemnendũ ijs parentibus. Et videndũ est, ne dum paras nubere Christo, nubas alijs. C. At isti prædicãt nihil esse sanctius quam hæc cõtemnere parẽtes. E. Ab istis igitur doctoribus exige, vt proferãt aliquem è sacris libris locum, qui hoc doceat: quod si nõ poterunt, iubeto eos ebibere calicem vini Belnensis, hoc poterunt. Ab impijs parẽtibus ad Christũ confugere pietatis est. Sed à pijs ad monachum, hoc est, quod nõ raro vsu venit, à probis ad improbos, quæ, rogo, pietas est? Quanquam & olim Christũ à paganismo cõuersus idolatris parẽtibus debebat obsequiũ, quatenus citra pietatis iacturam fieri poterat. C. Damnas igitur hoc totũ vitæ institutum? E. Nequaquam. Verũ quemadmodũ nemini suadeam velim, vt quæ se in hoc vitæ genus coniecerit, luctetur emergere: ita nõ dubitem hortari puellas omnes, præsertim indolis generosæ, ne se temere eo præcipitẽt, vnde post sese non possint explicare, præsertim quũ in ipsis collegijs sæpe grauius periclitetur virginitas, quam domi præstare valeas, quicquid ibi præstatur. C. Vrget quidem multis ac magnis argumentis, tamen hic affectus meus eximi non potest. E. Si non persuadeo, quod tamen optarim, saltẽ illud fac memineris: Eubulum monuisse. Interim pro meo in te amore precor vt tuus iste affectus felicior sit meo consilio.

Nubas alijs. Hoc dicit propter collegia virginũ quæ nõ viuũt iuxta regulã in quibus nonnunquã proh dolor vna nubit multis.

Belnensis. Belua oppidum in ducatu Burgũdię, vnde vina laudatissima.

Eubu-

Eubulus, Catarina.

E. Tales ianitrices mihi semper optarim. C. Et ego
mper tales pulsatores. E. Sed vale Catarina. C. Quid
audio? Valebo prius quàm saluea? Eu. Non huc
ni, vt te viderem lachrymantem? Quid sibi vult,
od protinus, me conspecto, lachrymis suffusi sunt o-
liis? C. Quò fugis, mane, mane, inquã, sumam alium
ulteum, & respondebimus affatim. E. Quas aues hic vi-
? C. Est illius collegij patriarcha. Nẽ subducito te,
perpotarunt, accumbe paulisper, illo digresso confa-
labimur nostro more. E. Agè obtẽperabo tibi, quæ
ibi noluisti. Nunc soli sumus, narra totã fabulam,
alim enim ex te cognoscere. Ca. Ex tot amicis, quos
utabã sapere plurimum, nunc sentio nullum fuisse,
i mihi prudentius ac senilius consilium dederit,
nam tu omniũ natu minimus. E. Dic, quomodo ex-
ugnasti parentũ affectũ? C. Primum improbis horta-
ibus monachorum, ac monacharum, deinde etiã meis
precibus ac blãdimentis labefactus est matris animus:
ater nullo pacto quibat perpelli. Tandem omnibus
admotis machinis, & hic victus, & oppressus est po-
ius, quàm assensit. Id factũ est inter pocula: minita-
batur homini malum exitium, si Christo suã sponsam
ernegaret. Eu. O improbitatem stolidorum. Quid fit
deinde? C. Seruor triduo domi clàm: interim semper
aderant mulieres aliquot eius collegij, quas illi cõuer-
sas vocant, hortatibus suis addentes animum, vt per-
sisterem in sancto proposito, ac solicitè cauentes, ne

qua cognatarum aut ſodalium adiret me, quæ mentem videretur mutatura. Interim adornabantur veſtes, aliaque quæ ad conuiuium attinebant. Eu. Tibi quid interim erat animi? Num vacillabas? C. Nō, ſed paſſa ſum quiddam tam horrendum, vt malim emori decies, quam iterum perpeti. Eu. Quæſo, quid iſthuc erat? C. Non poſſum effari. Eu. Quod mihi dixeris, amico tuo dixeris. C. Promittis ſilentium? Eu. Id præſtaturus eram, etiam ſi nullas fuiſſes ſtipulata. Quæ verò me nondum noris. C. Apparuit mihi ſpectrum horribili ſpecie. E. Is nimirum erat genius tuus malus, qui te eò inſtigabat. C. Prorſus opinor fuiſſe cacodæmonem. E. Dic mihi quæ ſpecies erat? Eſtne talis, qualis pingitur? Roſtro adunco, longis cornibus, harpyarum vnguibus, prælonga cauda? C. Tu ludis. At ego malim mihi terrā dehiſcere, quàm denuo tale videre ſpectrum. E. Interim aderant illæ mulieres hortatrices? Ca. Non, nec vnquam illis indicaui, tametſi valde ſciſcitātibus, quid eſſet mali, quum me totam exanimatā offenderent. E. Vis tibi dicam, quid fuerit? C. Si quidem potes. E. Illæ mulieres incantauerāne, vel potius excantarant tibi cerebrum. Sed interim tu perſiſtebas in ea ſententia? C. Maximè, nam aiebāt id multis accidere, qui ſe conſecrant Chriſto: verum ſi primo illo congreſſu ſuperetur tentator, poſt tranquilla fore omnia. Eu. Qua pompa producta es? Ca. Adornant me toto mundo meo, demittunt capillos: itaque non aliter quàm nuptura ſponſo. Eu. Craſſo

mene-

nacho, hem, male sit huic tussi. Ca. Ex ædibus pa-
nis clara luce deducor ad collegium, multis ad spe-
aculum concurrentibus. E. O scitos histriones, vt no-
nt agere suas fabulas simplici popello. Quot dies e-
sti in illo sancto virginum collegio? Ca. Ferme duo-
ecim. Eu. Sed qua res verterat animum tuum tam
rtinacem? C. Non dicam quid sit, sed aliquid magni
it. Post sex ab ingressu dies accerso matrem, obte-
ns, obsecrans, si me viuam vellet, vt me eximeret
illo collegio. Illa reluctatur animo meo, & horta-
r ad constantiam. Post accerso patrem. Ille etiam
iurgat, addens se ægrè vicisse suos affectus, vt vi-
sim nunc vincerem animum meum, nec hoc dede-
e conciliarem sibi, quòd resiliissem ab instituto. Tan-
em vbi video me nihil profitere, respondeo parenti-
u, me si ita iubeãt, in gratiam illorum morituram.
iam hoc mihi certum esse, nisi maturè eximerer: hoc
udito reduxerunt domum. E. Bene habet, quòd ma-
rè resilieris, priusquam seruitutem æternam esses
rofessa. Sed nondum audio, quæ res mutarit animum
uum tam subitò. C. Hoc nemo mortalium ex me scit
actenus; nec tu scies. E. Quid si diuinem? C. Nec di-
inabis, sat scio: & si diuines, non dicam. E. Tametsi
oniecto. Verùm interim periit sumptus. C. Plus quàm
quadraginta coronati. Eu. O comessatores nuptiales.
Gaudeo tamen periisse pecuniam te nobis incolumi:
posthac ausculta melioribus consilijs. Ca. Ita faciam,
& cum piscatore, ista sapiam.

Crasso monacho, hoc dicit auerius & fingit tussim.

Comos Deus est luxus. Inde komazein & Latine comessari quod est genialiter & cum luxu viuere. Nõ enim dicitur a comedendo. Isa. cap. 6. de prouer. Piscatorius sapit, vbi quis suo malo doctus sapit.

Eulalia,

Eulalia. Xantippe.

E. Salue multum exoptatissima mihi Xantippe.

Eulalia probe ac suauiter loquens.

X. Salue tantundem mihi charissima Eulalia. Vide re mihi solito formosior. E. Itáne statim me scomm excipis? X. Non profectò, sed ita mihi videris. E. I tasse noua vestis commendat formam. X. Rectè con ctas. Nihil iamdiu vidi elegantius. Suspicor pannu esse Britannicum. E. Lana Británica est, tinctura V neta. Xa. Mollities byssum superat. Quàm verò bla dus purpuræ color? Vnde tibi tam egregium munu E. Vnde decet honestas matronas accipere, nisi à ma ritis suis? Xan. O te felicem, cui talis contigit spons At ego vellem me nupsisse fungo, quũ meo nubere Nicolao. E. Quid ita quæso te? tam citò male conuen inter vos? X. Nec vnquam conueniet cum tali. Vid quam sim pannosa, sic patitur vxorem suam incedere differeã, nisi sæpe pudet me prodire in publicum, qu video quàm cultæ sint aliæ, quæ multo pauperiorib nupsere maritis. E. Matronarum ornatus non est i vestibus, aut reliquo corporis cultu, quemadmodu docet diuus Petrus Apostolus (nam id audiui nupe in cõcione) sed in castis ac pudicis moribus, & in or namentis animi. Meretrices coluntur oculis multi rum. Nos satis cultæ sumus, si placeamus vni marito X. Sed interim ille bonus vir, tam in vxorem parcus strenuè prodigit dotem, quam ex me nõ mediocrem accepit. E. Quibus rebus? Xan. Quibus ipsi visum fue rit, vino, scortis, alea Eu. Bona verba. Xan. Atqui sic

Fũgos appellamus homines stultos ac nihili.

1. Pet. 3.

ret

s habet. Deinde cùm mihi temulentus ad multam
ctem redit domũ, diu expectatus, deſtertit noctem
tã nonnunquam & lectum conuomens, vt ne quid
ldã. E. St, teipſam dehoneſtas, cùm dehoneſtas mari-
um. Xa. Emoriar, niſi mallem dormire cum ſcropha,
ùam cum tali marito. E. Non tu tum illum excipis
rgio? X. Ita vt dignus eſt ſentit me non eſſe mutã.
E. Quid ille contra? Xa. Initio reclamabat ſæuiſſimè,
redens fore vt me ſæuis verbis protelaret. Eu. Nun-
uamne rixa incruduit vſq; ad verbera? Xan. Semel
utuxat eò incaluerat vtrinq; cõtentio, vt minimum
es abfuerit à pugna. E. Quid ego audio? X. Librabat
uſtem ſæuis interim clamoribus intonãs, ac dira mi-
itans. E. Nõ ibi metuebas tu? Xan. Imò vicißim ego
orripiebam tripodem, ſi contigiſſet me digito, ſenſiſſet
ihi non deeſſe manus. E. Nouũ clypei genus. Deerat
olus lãcea vice. X. Senſiſſet ſibi cũ viragine rem eſſe.
E. Ah mea Xantippe non ita decet. Xa. Quid decet?
i ille me non habet pro vxore, nec illiũ habitura ſum
ro marito. E. At Paulus docet, vxores oportere ſub-
itas eſſe viris cum omni reuerentia. Et Petrus nobis
exemplũ proponit Saræ, quæ maritum ſuum Abrahã
dominum appellabat. X. Audiui iſta. Sed idem Pau-
lus docet, vt viri diligant vxores ſuas, ſicut Chriſtus
dilexit ſponſam ſuam eccleſiam. Meminerit ille offi-
ij ſui, ego meminero mei. E. Sed tamen vbi res in eũ
ſtatum deuenerit, vt alteri cedendũ ſit, æquũ eſt vx-
orem marito cedere. Xan. Si modo ille maritus eſt ap-

St. interie-
ctio, eſt imme-
ens ſilentiũ,
ſic enim do-
cti legentiũ
cenſent illud
ex Phormio-
ne Terentij.
Non es ob-
ſecro quem
ſemper te eſ-
ſe dicebas?
Ch St. So-
phr. Quid
has metuis
fores? Quo
loco pro St,
depraua tum
eſt, eſt.

Epheſ. 5.
Coloſ 3.
1. Pet. 3.

pellan-

pellandus, qui me habet pro ancilla. Eu. Sed dic
Xantippe, post desyt minitari verbera? X. Desyt,
sapuit, alioqui vapulasset. E. Sed tu non desyst
ri cum illo? X. Nec desinam. E. Quid ille inter
Quid? nonnunquã dormit, somniũ hominis, int
nihil aliud quàm ridet: aliquoties arripit testu
in qua vix tres habet fides, eã quãtum potest pul
mihi vociferanti obstrepit. E. Ea res male vrit
sic vt dici vix possit. Aliquãdo vix tempero
nibus. Eu. Mea Xantippe, permittis mihi, vt libe
loquar apud te? X. Permitto. Eu. Idem ius erit tu
pud me. Hoc certè postulat nostra necessitudo, ab
penè incunabulis inter nos inita. X. Vera narra
vlla sodalium vnquã charior fuit animo meo. E.
lis qualis est tuus maritus, illud cogita, nõ esse im
mutandi. Olim immedicabilibus dissidijs remed
extremũ erat diuortiũ: nunc hoc in totum adem
est, vsq; ad extremũ vitæ diem ille tuus sit mar
oportet, & tu illius vxor. X. Superi male faxint,
ius hoc nobis ademerunt. E. Bona verba, sic visum
Christo. X. Vix credo. E. Sic habet. Nunc nihil sup
est, nisi vt vterq; ad alterius mores & ingeniũ a
modãdo sese, concordiæ studeatis. Xa. An ego p
illũ refingere? E. Nõ minimum momenti est in vx
bus, quales sunt mariti. X. Pulchrè conuenit tibi
tuo? E. Nunc trãquilla omnia. X. Ergo turbariũ
nihil erat initio? E. Nihil vnquã tempestatis, sed
men, vt fit inter homines, nõnũquã nubecula qu
obu

beriebantur, quæ poterant gignere tempestatem, nisi cõmoditate morũ fuisset occursum. Habet suos quisq; mores, & est sua cuiq; sententia: & si verum fateri volumus, sunt sua cuiq; vitia, quæ si vsquam, certè in matrimonio nouisse oportet, nõ odisse. X. Rectè mones. E. Fit autem frequẽter, vt dissiliat beneuolentia mutua inter maritũ & vxorem, antequam alter alteri satis notus sit. Id est in primis cauendum, semel enim orta simultate, ægrè sarcitur gratia, præsertim si res ad atrocia cõuicia processerit. Quæ glutino cõmittuntur, si statim cõcutias, facile distrahuntur: cæterũ vbi iuncto glutino, semel cohæserint, nihil firmius. Proinde in initio nihil nõ faciendum, vt inter vxorem & maritũ coalescat, cõfirmeturq; beneuolẽtia. Id maximè fit obsequio, morũq; cõmoditate. Nã beneuolentia quæ sola formæ gratia conciliatur, fermè temporaria est. X. Sed narra nobis obsecro, quibus artibus pertraxeris maritũ ad tuos mores. E. Dicã in hoc vt imiteris. X. Si queã. E. Facillimũ erit, si velis, nec adhuc seruũ est. Nã & ille iuuenis est, & tu puella, ac nondũ annus opinor expletus est à nuptijs. X. Vera prædicas. E. Dicam igitur, sed tacitura. Xa. Maximè. Eu. Illa prima mihi cura fuit, vt in omnibus essem iucunda marito, ne quid esset quod illius animum offenderet, obseruabam affectum ac sensum illius, obseruabã & tẽpora, & quibus rebus deliniretur, quibus irritaretur, quemadmodum facere solent ij, qui elephãtos ac leones curant, aut similia animantia, quæ vi cogi nõ possunt.

Quæ si vequã: Alluſit ad verſiculũ prouerbialẽ. Mores amici noueris, non oderis. Antequã alter alteri. Hoc Plutarchus in præceptis cõnubialibus.

possunt. Xan. Tale animal mihi domi est. E. Qui
unt elephantos, non gestant vestem cãdidam: nec
niceam, qui tauros, quòd his coloribus compert
ea animantia efferari. Quemadmodũ & tigre
panorum sonitu sic aguntur in rabiem, vt seips
lanient. Et qui tractant equos, habent voces, h
popismata & palpum, aliaq; quibus ferocientes
gent. Quantò magis decet nos his artibus vti
maritos, quibuscum nobis, velimus, nolimus, pa
nem vitam est tectum ac lectus communis? Xa
quod cæpisti. E. His animaduersis, attemperabam
illi, cauens ne quid offensæ nasceretur. X. Quinam
poteras? E. Primùm in cura rerum domesticarum
peculiaris est prouincia matronarum, aduigila
non solùm cauens, ne quid esset prætermissum, ve
etiam vt omnia cõgruerent ad illius sensum, ja
etiam minutissimis. Xan. Quibus? E. Putà, sim
hoc aut illo cibo peculiariter delectetur, si cibus
at hoc aut illo modo coctus, si lectus hoc aut illo
stratus. X. At quo pacto attemperares te ei qui
nõ esset, aut esset ebrius? E. Mane, istuc ibam. Si q
do maritus videbatur admodũ tristis, nec esset a
landi tempus, nequaquã videbam ac nugabar, q
admodũ nõnullæ mulieres solent, sed sumebã o
vultũ submœstum ac solicitum. Quemadmodũ
speculum, si probum est, semper reddit imagine
tuentis: ita decet matremfamilias ad affectũ
cõgruere, ne sit alacris illo mœrẽte, aut hilaris il

Voces. Ad vocẽ hominis equi reduntur mitiores. Popismi sonitus est propemodũ imitans ventris crepitũ, qui fit ore & manibus apte cõplosis non sine humore. Auct. Pli. Fulgetras adorare papismate, gentiũ olim consensus erat: vnde illud Aristo. De palpo Horat. Cui mule si palpere, recalcitrat. Palpari autem est vola leniter percutere tergum equi ferocientis.

ſteo. Quod ſi quando cõmotior erat, aut blando ſer-
ne leniebam, aut ſilentio cõcedebam iracũdiæ, do-
ea refrigerata tempus ſe daret vel purgandi, vel
monendi. Idem faciebam, ſi quando plus æquo potus
ibat domum, nec id temporis, niſi iucũda loquebar
tantùm blanditys pertrahebã ad lectũ. X. Infe-
vero vxorũ conditio, ſi iratus, ebrys, & quicquid
et patrantibus maritis, tãtùm obſequẽtur. E. Quaſi
ro hoc non ſit mutuum obſequium. Coguntur &
multa ferre in moribus noſtris. Eſt tamen tempus
um in ſe ſeria fas eſt vxori monere virũ, ſi quid eſt
cuius momenti: nam ad leuia præſtat conniuere. X.
od tandem? E. Quum erit animo vacuo, nec com-
tu, nec ſolicitus, nec potus, tum abſq; teſtibus blãde
nẽdus, vel rogãdus potius, vt in hoc, aut illo melius
ſulat rei, aut famæ, aut valetudini ſuæ. Atq; hæc
admonitio leporibus ac facetijs erit condienda.
nnũquã præfatione ab illo ſtipulari ſoleo, ne mihi
enſeret, ſi quid ſtulta mulier admonerẽ, quod ad
us honorem, aut valetudinem, aut ſalutẽ facere vi-
etur. Vbi monuiſſem quæ volebã, amputaui ſermo-
illum, & ad alia iucundiora deflectebam. Eſt
m ferè hoc noſtrũ vitium mea Xantippe, vt ſemel
ſe loqui, finẽ facere nequeamus. X. Aiunt. E. Il-
in primis cauebam, ne præſentibus alys, maritum
ngarem, aut ne quid querelarum domo efferrem.
ilius ſarcitur, ſi quid inter duos commiſſum eſt.
od ſi quid extiterit eius generis, vt nec ferri poſ-

Cõniuere, id eſt, quaſi clau ſis oculis diſſimulãre re videre quod vides.

sit, nec vxoris admonitione sanari, ciuilius est, vt
xor querelam deferat ad parentes & cognatos ma
quàm ad suos, & ita querelã temperet, ne vide
odisse maritum, sed vitiũ potius mariti. Nec tam
futiat omnia, vt hic quoq; tacitus agnoscat, &
vxoris ciuilitatem. X. Philosophum esse oportet,
ista præstet. E. Imò talibus factis maritos ad sim
uilitatem inuitabimus. X. Sunt quos nulla ciui
corrigas. E. Equidem non arbitror, sed fu esse. Pr
illud cogita, maritus ferendus est, qualis qualis
Præstabilius igitur est ferre vel sui similem, vel p
commodiorem factum nostra ciuilitate, quam
senitia peiorem indies. Quid si proferam marit
si nobi ciuilitate correxerũt sponsas suas? Quanto
gis decet nos idem præstare aduersus maritos? X.
rabus igitur exemplum meo marito dissimillimum
Est mihi familiaritas cũ homine quodam nobili
cto, singularíq; morum dexteritate. Is duxerat
lam virginem, annos natam decem & septem,
parentum ædibus perpetuò educatam, vt nobile
gaudent habitare rure, ob venatum & aucupiũ
dem volebat ille: quò facilius illam ad suos mores
geret: cœpit eam instituere literis ac musica, pa
timq; assuefacere, vt redderet ea, quæ audisset in
tione, cæterisq; rebus formare, quæ post essent vsu
turæ. Hæc quoniam erant noua puellæ, quæ domi
fuerat in summo ocio, & inter famulorũ coetu
suisq; educata, cœperunt esse tædio. Detrectabat

Reddit qui soluit, reddit & discipulus, quum ea quæ audita. Nam qui docet aut discit, quàm mutuum accedit.

qui

...nium, & quũ maritus vrgeret, illa sine fine flebat, ...nunquam & in terrã abyciebat sese, occipitiũ illi- ...ens solo, quasi mortẽ optans. Earũ rerum cum nullus ...et finis, maritus dissimulato stomacho, inuitabat v- ...orem, vt animi relaxãdi gratia vnà proficisceretur ...s ad edes soceri. Ibi lubens obtemperabat vxor. Eo ...um ventũ esset, maritus reliquit vxorẽ apud ma- ...em & sorores, ipse cum socero predibat venatũ. Ibi ...bnotis testibus denarrat socero, se speraſſe iucũdam ...itu sociam, nunc habere perpetuo lachrymantem ac ...se distrutiantem, nec vllis monitis sanabilem: orat, ...e sibi adsit in medendo filiæ morbo. Socer respõdet, se ...mel illi tradidisse filiam: quòd si non obtemperaret ...erbis, vteretur suo iure, & verberibus eam emenda- ...et. Tum gener: Noui, inquit, ius meum, sed malim ...m tua vel arte, vel auctoritate sanari, quàm ad hoc ...extremum remediũ venire. Socer pollicitus est se cu- ...raturum. Post vnum atq; alterum diem captat tem- ...us ac locum, vt solus esset cum filia: vbi vultu ad se- ...ueritatem composito, incipit commemorare, quàm illa ...set infelici forma, quàm non amabilibus moribus, ...quàm sæpe metuisset, ne nullũ illi posset inuenire ma- ...ritum. At ego meo maximo labore, inquit, tibi in- ...ueni tibi, quale nulla non optaret pro quarumuis se- ...x. Et tamẽ tu non agnoscis quæ pro te fecerim, nec ...intelligẽs te talem habere maritum, qui nisi esset ho- ...nestissimus, vix te dignaretur habere in ancillarum ...numero, rebellas illi. Ne longum faciam, sic incanduit

Stomachus pro ira frequentissime apud Latine loquentes.

Semel nõ refertur ad his, sed declarat totũ filiæ ius traditũ spõso

patris oratio, vt vix videretur manibus tempera
Est enim vir ingenio mirè vafro, qui citra perso
omnẽ posset quamuis agere comœdiam. Ibi puella pe
tim metu, partim veritate commota, accidit ad pa
genua, rogans vt præteritorum vellet obliuiſci, ſe
posterum memorem fore officij sui. Ignouit pater, p
licitus se quoq; fore patrem amantiſsimũ, ſi quid
liceretur, præstaret. X. Quid deinde? E. Puella dim
ſa à colloquio parentis, redit in cubiculum, offe
maritũ solum, accidit illi ad genua, & ait: Ma
hactenus non noui neq; te, neq; meipſam, poſthac
debis me aliam factam, tantùm obliuiſcere ſuper
Hanc vocem maritus excepit oſculo, & omnia p
citus est, ſi illa perſisteret eo animo. X. Quid? per
tit? E. Vſque ad mortem, neque quicquam erat
humile, quod illa non alacris ac volens obiret
marito. Tantus amor inter eos nctus est & confir
tus. Poſt annos aliquot puella crebrò ſibi gratulat
quòd contigiſſet tali marito nubere, qui niſi contig
ſet, eram, inquit, omnium mulierum perditiſsima
Talium maritorum non minus rara est copia, qu
alborum coruorum. E. Iam ſi moleſtum non eſt, re
ram tibi quiddam de marito cõmoditate vxoris
recto, quod nuper accidit in hac ipſa ciuitate. X. N
hil est quod agam, & perquã grata mihi est tua
fabulatio. E. Eſt vir quidam non poſtreme nobili
tis: is, vt ſolet hoc hominum genus, ple
batur, ruri incidit in puellam quandam paupe

Nam perſonati hiſtriones agebant fabulas. Perſona autẽ eſt facies appoſititia.

mulierculæ filiam: in eam cœpit deperire, homo iam
enectioris ætatis. Atq; huius gratia frequẽter per-
ctabat foris. Prætextus erat venatio. Vxor huius,
ulier insigni probitate, nescio quid suspicans, perue-
igauit furta mariti sui, & eo profecto nescio quo,
dijt casam illam rusticanam, expiscata est de toto ne-
am, vbi dormiret, vnde biberet, quid esset apparatus
omnium. Nihil erat ibi supellectilis, sed mera pauper-
as. Abijt matrona domum, ac mox redijt, secum ad-
ucens lectum cõmodum & apparatum, vasa aliquot
rgentea, addidit pecuniam, admonens vt si quando
edret ille, tractarent eum ciuilius, dissimulans inte-
im sese vxorem esse, ac sororem esse simulãs. Post dies
liquot redit eò furtim maritus, videt auctam supel-
ectilem, & apparatum lautiorẽ. Rogat, vnde is nitor
nsolitus: aiunt matronam quandam honestã illi co-
natam hac aduexisse, ac mandasse vt honestius post-
ac acciperetur. Ilico tetigit animum illius suspicio,
xoris hoc esse factum. Reuersus domum, rogat, num
llic fuisset: illa non negat; rogauit & quo tandẽ con-
ilio misisset eò supellectilem. Mi vir, inquit, assuetus
s vitæ commodiori. Videbam illic te durius accipi,
utabam esse officij mei, vt quando ita tibi cordi est,
auctius illic habereris. O matronam nimium bonã.
go citius pro lecto substrauissem illi fasciculum vr-
icarum, ac tribulorum. Sed audi finem. Vir per-
ecta tanta probitate, tantáque mansuetudine con-
ugis suæ, nunquam deinde vsus est furtiuo concubi-

tu, sed domi semet oblectauit cum sua. Scio tibi no
esse Gilbertum Batauum. X. Noui. E. Is, vt seu fure
Vergẽri ætate, inclinata ad senium. *ti ætate duxit vxorem iam prouectiorem ac verg*
ætate. X. Dotem fortasse duxit, nõ vxorem. E. Su
Sic ea vox absolute vsus est Sue. *Is fastidies vxoru, adamabat mulierculam, cum*
se subinde oblectabat foris. Raro domi prandebat
Inuolassem in capillos. Sic pugnant mulieres, sic Terent. *cœnabat. Quid tu hic eras factura? X. Quid? Eg*
adamatæ inuolassem in capillos, & maritum exeu
tem ad illam perfudissem lotio, vt sic vnctus ire
Alioqui inuolare nõ nunquam fonat furari Catul. *conuiuium. E. At quanto hæc prudentius. Inuita*
mulierculam domũ suam, comiter accipiebat. Ita m
Huc redde pallium mihi meum quod inuolasti. *ritum quoq; sine veneficijs domũ pertraxit. Et si qu*
Perfa. 10. Id accidit Socratis: & olim lotis vnctisque ibant ad conuiuium. *do foris cœnabat cum illa, misit cò missum aliqu*
elegantiorem, iubens, vt suauiter viuerent. X. E
malim mori, quàm esse lena mei mariti. E. Ver
interim rem ipsam expende. Nonne hoc multo sa
erat, quàm si sæuitia sua prorsus alienasset maritum
at totam ætatem in iurgijs exegisset? X. Fateor min
esse mali, sed ego non possem. E. Vnum adijciam, a
quo ita discedam ab exemplis. Hic vicinus noster, v
probus & integer, sed paulo iracundior, quodam
pulsauerat vxorem suam, fœminam laudatissima
Eam se recipit in intimum cœnaculum, atq; illic lachry
mans, atq; singultiens decoquebat animi ægritudin
Aliquanto post per occasionem eodem ingressus est m
rius, reperit vxorem flentem. Quid, inquit, hic la
chrymis ac singultu? pueorum more? Tum illa pru
denter: Quid, inquit, an non hoc satius, vt hic de
plorem

lorem malum meũ, quàm si in via vociferer, quem-
dmodum solent aliæ mulieres? Hoc dicto tam vxo-
o fractus ac victus hominis animus, data dextra pol
citus est vxori se posthac nunquam in illam conie-
turum manus, nec fecit. X. Ego idem impetraui à
eo diuersa ratione. E. Sed interim est inter vos bel-
um perpetuum. X. Quid igitur velles me facere? E.
Primum mussanda est tibi omnis iniuria mariti, &
nionem illius officijs, comitate, mansuetudine paula-
im est conciliandus: aut vinces tandẽ, aut certe mul-
o commodiore veteris, quàm nunc veteris. X. Ille fe-
atur est, quàm vt vllis officijs mansuescat. E. Eia,
e dixeris. Nulla est fera tam immanis, quin officijs
ecuretur, ne desperes in homine. Fac periculum me-
es aliquot, me accusa, nisi senseris consilium hoc tibi
uisse bono. Sunt etiam vitia quædam ad quæ tibi
conniuendum est. Illud ante omnia tibi cauendum
censeo, ne quid rixæ moueas in cubiculo, aut in lecto,
sed iurandũ est, vt illic omnia sint festiua ac iucũda.
Etenim si is locus qui diluendis offensis, sarciendæq;
gratiæ consecratus est, lite aut ægritudine quapiam
profanetur, iam sublatum est omne remedium bene-
uolentiæ reconciliandæ. Sunt enim fœminæ quædam
tam morosæ, vt in ipso etiam coitu quærantur ac ri-
xentur, eamq; voluptatem, quæ diluere solet ex ani-
mis virorum, si quid inerat molesti morum fastidio
reddant insuauem, pharmacum ipsum vitiantes,
quũ licuisset mederi offensis. X. Istud mihi frequenter

Mutanda dissimulida, vel tacite ferẽda.

Sacra profanari dicũtur: lectulus autẽ locus est dicatus reconciliandæ benevolentiæ. Hæc est sententia Plut. in præceptis cõiugalibus.

accidit. E. Atqui tametsi semper est cauendũ vxori ne qua re molestia sit viro, tamen id maximè studere debet, vt in eo congressu se viro præbeat modu[m] omnibus commodam & iucundã. X. Viro: mihi cum bene res est. E. Mitte male loqui: fere nostra culpa viri mali sunt. Sed vt ad rẽ redeã. Qui versantur in poëticis fabulis poëtarum, narrãt Venerem (eam faciendam cẽnubij præsidem) habere cestum arte Vulcani confectum, in eo contextum esse quicquid est amatorij medicamenti, eo se cingit, quoties congressura est cum marito. X. Fabulam audio. E. Verùm, sed audi, quid sibi velit fabula. X. Dic. E. Illud docet, vxorem omnem curam adhibere oportere, vt in congressu coniugali iucunda sit marito, quò recalescat ac redintegretur amor ille maritalis, & discutiatur ex animo, si quid erat offensionis aut tedij. X. Sed vnde nobis cestus ille? E. Nihil opus veneficijs aut incantamentis. Nullũ incantamentum efficacius quàm morũ probitas cũ suauitate cõiuncta. X. Ego tali marito blandiri non possum. Eu. At hoc tua refert, vt desinat esse talis. Circes artibus posses maritũ vertere in suem aut vitulum, faceres? X. Nescio. E. Nescis? An malles habere suem maritũ, quàm hominẽ? X. Equidem malim hominẽ. E. Age, quid si Circes artibus posses ex temulento reddere sobrium, ex prodigo frugalem, ex cessatore diligentem, nonne faceres? X. Planè facerẽ: sed vnde mihi istæ artes? E. Atqui istas artes habes in te, si modò velis adhibere. Tuus, velis nolis, sit oportet

Cestum. i. cingulum.

Quò meliorem eum reddideris, hoc magis consulueris
ibi. Tu tantum oculos habes defixos in illius vitia,
ag tibi exaggerant odium, & hac ansa tãtùm arri-
is illum, qua teneri nõ potest. Illa potius contempla-
e, quæ sunt bona in illo, & hac ansa prehende illã,
ua teneri potest. Antequã illi nuberes, tempus erat
rpendendi quid haberes malorum. Oportebat enim
on oculis solum, verum etiam auribus maritum de-
gere: nũc medendi tempus est, nõ accusandi. X. Quæ
ulier vnquam auribus cepit maritum? Eu. Oculis
unt quæ nihil aliud spectat, quàm corporis formam:
ribus, quæ diligenter obseruat, quid fama de illo
rodicet. X. Pulchrè manes, sed serò. E. At nõ serum
t studere corrigendo marito. Ad eã rem conducet,
quid pignoris ex te natũ fuerit viro. X. Iam natum
st. E. Quãdo? X. Iam pridem. E. Quot menses sunt? X.
erme septem. E. Quid ego audio? Tu nobis trimestris
ætus iocum renouas? X. Nequaquam. Eu. Ita necesse
st, si tempus à nuptiarum die supputas. X. Imò ante
uptias fuerat mihi cum eo colloquium. Eu. An ex
olloquio nascuntur pueri? Xan. Fortè solam nactus,
epit alludere, titillans axillas ac latera, quò me
ouocaret ad risum. Ego non ferens titillationem,
e resupinabã in lectum, ille incumbens figebat os-
ula, nec satis scio quid egerit præterea: certè paucis
ost diebus vterus cœpit intumescere. Eu. I nunc, &
maritum cõtemne, qui si lusitans gignit liberos, quid
aciet quum serio rem aget? Xa. Suspicor & nunc me

O.v. grauí-

grauidã esse. E. Euge contigit felici fundo bonus cul-
tor. X. Hac in parte plus præstat quàm vellem. E. Iste
querela tibi cum paucis vxoribus est communis. Ego
inter vos interceſſerat pactum cõnubiale. X. Interce-
ſſerat. E. Leuius igitur peccatum est. Estne proles ma-
cula? Xa. Est. E. Illa vos rediget in gratiam, si tu te
paululum temet accommodes. Quid alij prædicant
tuo marito ſodales, & quibus cum habet cõmercium
feris? X. Prædicant eum esse moribus cõmodiſsimum,
mem liberalem, amicum amico. E. Et ista mihi bona
ſpem faciunt, illũ fore qualem volumus. X. At nul-
lus nõ est. E. Sed tu te illi præbeto, qualem dixi
meq. pro Eulalia voca Pseudolaliam, niſi tibi quæ-
talis esse cœperit. Quin & illud cogita, illum adhuc
iuuenem esse, nondum opinor, egreſſum annos vigin-
quatuor, nondum nouit quid ſit esse patrem familias
lam non est tibi cogitandum de diuortio. X. At fre-
quenter cogitaui. E. Verum ea cogitatio ſi quando tu-
bi inciderit in mentem, primum reputa tecum, quæ
nihili res ſit fœmina diuulſa à viro. Summum dece-
matrone est, morigerã esse ſuo coniugi. Ita natura te
paratum est, ita voluit deus, vt mulier tota pendeat
à viro. Tantum cogita id quod res est, maritus est
lius nõ poteſt obtingere. Deinde veniat in metem pu-
ellus ille duobus cõmunis. Quid de illo ſtatues? Ad-
fe es tecum? fraudabis maritũ ſua poſſeſsione. Relin-
ques apud illum ſpoliabis teipſam eo, quo nihil hab-
charius. Poſtremo dic mihi, habẽsne quæ tibi ma-
velim

Eulalia a bene loquẽdo nomen habet pseudolalia a mẽdaci loquacitate.

elint? Xa. Habeo nouercam germanam, præterea so-
nam huic similimam. E. A deo tibi male volunt? X.
uperent extinctã. Eu. Et istæ tibi fac vt in mentem
eniant. Quid enim illis possis facere gratius, quam si
ideãt te diuulsam à marito, viduã, imò pius quàm
iduam viuere? Nam viduis licet alteri nubere. X.
quidem probo tuum consiliũ, sed tædet diutini la-
ris. E. At reputa quantum laborẽ impenderis prius
iam hunc psittacũ docueris quædam humana verba
nare. X. Plurimum profecto. E. Et piget operam su-
em in fingendo marito, qui cum perpetuo suauiter
gu ætatem? Quantum labores sumunt homines, vt
uum sibi cõmodum reddant? & nos pigebit adla-
rare, vt maritis vtamur cõmodioribus? X. Quid fa-
am? E. Iam dixi. Cura vt domi niteant omnia, ne
uid sit molestiæ, quod illũ exigat ex ædibus. Tute il-
cõmẽ præbe, semper interim memor reuerentiæ cu-
sdã, quã vxor debet marito. Absit tristitia, sed ab-
& petulantia: nec putida sis nec lasciua. Sit appa-
tus domi lautus. Nosti palatũ mariti: quod illi suа-
issimũ est, id coquito. Quin etiam iis, quos ille amat,
nem & affabilem te præbeto. Hos frequẽter ad cõ-
uium voca. In conuiuio facio, vt læta plenaq; bi-
itatis fiat omnia. Demq; si quando ille vino lætior
ssibit suam testudinem, tu voce accinito. Sic assi-
ties maritũ manere domi & minues impensas. Sic
im ille cogitabit tædem. Ne ego insigniter insa-
o, qui foris magna rei famæque iactura vicissim

Nouercam ger. non de gente aut sorore sentit, sed germanã dixit veram: nouercarum autem est odisse priuignos.

cum

cum scorto, quum domi habeam vxorem multò lepidiorem, meique amantiorem, apud quam nitidius & lautius accipi liceat. X. An tredii successurum, si tem? E. Me vide. Ad me recipio. Interim & tum tuum aggrediar, admonebo & illum sui ipsi: X. Laudo cõsilium: at vide ne quid huius rei subo ipsi: misceret cœlum terræ. E. Nẽ metue. Ita per bages temperabo sermonem, vt ipse mihi narret, inter vos sit turbarum. Hoc facto, meo more illum blandissime, &, vt spero, tradam eum tibi modiorem. De te per occasionem mentiar, quàm ter de illo sis loquuta. X. Christus bene fortunet, agimus. E. Aderit, modò ne desis tibi.

Miscere cœlum terræ de vehementi perturbatione dictum est prouerbium. Imo. Licet & mare & cœlo confundas, homo sum.

MILITIS ET CARTHVSIANI

M. Salue mi frater. C. Salue & tu germane charissime. M. Vix te agnosco. C. Adeóne consenuisse biennium? M. Non, sed caput rasum, noua ve faciunt, vt mihi videaris aliud quoddam anima Itáne non agnosceres vxorem tuam, si tibi occurro induta noua veste? M. Non, si tali. C. At ego te pr bè agnosco, cui nõ solum vestis mutata est, verum facies, totusq; corporis habitus. Quot coloribus pi es? Nulla auis æquè variat plumas suas. Tum, qu omnia secta, quàm nihil iuxta naturam aut mor communem. Adde tonsum verticem, barbã semir sam, syluam, quæ super labrum superius est, perplex nec aliter hinc & hinc prominentem, quàm solent felibus pili longiores. Nec. vna cicatrix fœdauit vu

m, vt Samius quispiam literatus videri possis, de
uo iocus est prouerbij. M. Sic decet redire è bello. Sed
ic mihi, erat hic tanta bonorum Medicorum inopia?
Quam ob rem? M. Quia nulli commiseris sanandũ
rebrum tuum prius, quàm in hanc seruitutem te
ecipitem dares. C. Itáne videor insanisse? M. Ma-
me. Quid erat necesse hîc te sepeliri ante tempus,
uum esset vnde cõmode viueres in mundo? C. An
ũc non videor tibi in mundo viuere? M. Nõ per Io-
em. C. Dic quã ob rem? M. Quia non licet ambulare,
uò velis. Huic loco velut caueæ includeris. Adde
esurã, vestem prodigiosam, solitudinem, piscium per-
etuum esum, vt mirer teipsum non verti in piscem.
Si verterentur homines in omnia quibus vescun-
r, tu iãpridem porcus esses. Nam sutilla soles delecta-
. M. Non dubito quin iamdudũ pœniteat te insti-
uti: paucos enim cõperio, quos non capiat pœnitudo.
. Hoc illis vsu venit, qui se in hoc vitæ genus velut
puteum præcipitant: ego descendi sensim & con-
alto, peius explorato meipso, perspectaq́ tota huius
ite ratione, iam annos natus viginti octo, qua ætate
hi quisq; notus esse potest. Quod ad locum attinet, tu
noque loco angusto concluderis, si totius mundi con-
ideres amplitudinem. Nec refert quàm spacioſus sit
ecus, modo nihil desit ad vitæ commoditatem. Mul-
i raro, aut nunquam exeunt ciuit. tem, in qua nati
unt: qui si vetarentur exire, magnopere sibi displice-
ent, & incesseret illis mira libido relinquenda ciui-

Samius literatus, in cicatricosos proverbiũ. Vide Chiliades.

Sepeliri ante tẽpus. Alludit huc quod dicuntur mũdo mortui.

tatis

tatis: hic affectus vulgaris est, qua ego careo. Imag
nor hìc totum esse mundum, & hæc tabula mihi t
tum terrarum orbem repræsentat, quẽ ego cogitat
ne iucundius simul & tutius perãbulo, quam
nauigauit ad nouas insulas. M. Hîc tu propemod
dicis verum. C. Rasurã damnare non potes, qui vo
tondearis, vtiq; commoditatis gratiâ. Mihi rasura
nihil aliud, certè reddit caput purius ac fortasse so
brius. Venetiæ quàm multi patricij totum etiã ta
radunt? Quid autem habet prodigiosum vestis? N
ne tegit corpus? Ad duplicem vsum adhibetur v
stis, vt depellatur iniuria cœli, eaq; velet, quæ pu
iubet tegi. An nõ hos vsus præbet hæc vestis? Sed q
fendit color, quis color magis decet oẽs Christian
quàm is, qui datus est omnibus in baptismo? Dictu
est tibi quoq;, Accipe vestem cãdidã. Hæc itaq; v
admonet me, quid promiserim in baptismo, nimirũ
innocentiæ perpetuũ studiũ. Porrò solitudinem, si v
cas turbæ fugã, hoc exemplũ est nõ nostrũ, sed vet
prophetarum, atq; etiã philosophorũ Ethnicorum, q
quibuscunq; bonæ mentis cura fuit, imò poëtæ, astr
logi, ac similibus artibus diditi: quoties aliquid m
gni ac supra vulgus hominũ moliũtur, secessum qu
rere solent. Quur autem voces hãc solitudinem? Vn
amiculi cõfabulatio pellit solitudinis tædiũ. Hìc
beo sodales or[illegible]ũ rerũ plus quàm sedecim. Ad
interuisunt, amici crebrius quàm vellẽ, aut expedi
& tibi videor in solitudine viuere? M. An nõ sen

...r licet cum his confabulari. C. Nec semper expedit.
...tq; hoc iucundior est cõfabulatio, quod voluptatis
...riã augeat interrupta copia. M. Non pessimè con-
...stas. Nã mihi quoq; suauiores sunt carnes reuoluto
...sche post quadragesimã. C. Nec interim tamen, quũ
...axime videor solus, desunt mihi confabulones lon-
...e festiuiores ac suauiores istis vulgaribus congerro-
...bus. M. Vbi sunt? C. Vides hîc codicem Euangeli-
...um: in hoc mecum fabulatur ille, qui olim additus
...rundus comes in via duobus discipulis proficiscen-
...ibus in Emaũtem, efficit, vt nõ sentirent itineris la-
...bem, sed sentirent dulcissimũ cordis ardorem, inhi-
...ente mellitis illius sermonibus. In hoc mihi loquitur
...alm: in hoc Esaias, cæteriq; prophetæ. Hîc mecum
...fabulatur dulcissimus ille Chrysostomus: hîc Basi-
...us: hîc Augustinus: hîc Hieronymus: hîc Cypria-
...us: cæteriq; nõ minus eruditi, quàm facundi doctо-
...res. An ne istos tã amœnos cõfabulones, quos cum
...his conferas? An in tali sodalitio quod mihi nunquã
...non adest, reperias obrepere posse solitudinis tædium?
...M. Mihi frustra loquerentur non intellecturo. C.
...Iam quid refert quibus rebus hoc corpusculum ale-
...tur? cui minima satis sit, si iuxta naturam viuamus.
...Vester noster habitior, tu qui vesceris perdicibus, pha-
...sianis, & capis, an ego qui vino piscibus. M. Si tibi
...esset vxor, vt mihi est, minus haberes succi. C. Et
...ideo sufficit quilibet cibus, & quammaximus exiguus.
...M. Sed interim agitas vitam Iudaicam. C. Bonã

Interrupta copia. Voluptates cõmendat rarior Vsus.

verba:

verba: Christianã si non assequimur, certè sequimur
M. In veste, cibo, pretulis, cæterúq; ceremonijs ponit
fiduciam, neglecto studio pietatis Euangelicæ. C. Qu
alij faciant non est meum iudicare: ego his rebus
quaquam confido, minimumque tribuo, sed in an
puritate & in Christo colloco fiduciã. M. Cur igit
obseruas? C. Vt mihi pax sit cũ fratribus meis, &
cui quoquo modo sim offendiculo. Nolim autem offe
dere quenquã ob huiusmodi res leuiculas, quas nih
est negotij seruare. Vt sumus homines quatuncq; re
recti, minutissimarum etiã rerum similitudo aut di
similitudo conciliat, aut dirimit concordiam. Rasu
caput, aut vestis color, per se quidem nõ commenda
me deo. Sed quid diceret populus, si comã alerem, a
tuam istam vestem sumerem? Reddidi tibi ratione
mei consilij, nunc quæso vt mihi vicissim tui consi
rationẽ reddas, dicasq; vbi cessarint omnes boni Me
dici, quum relicta domi vxore iuuencula & liberi
proficiscereris in militiã, vili salario cõductus ad
gulandos homines, idq; tui quoque capitis periculo
Neq; enim tibi res erat cum fungis aut papaueribus
sed cum armatis viris. Vtrũ vero putas infelicius, si
gulare Christianum hominem ob mercedulam, à qu
nunquam sis lasus, an te ipsum simul, & corpus &
animã in æternum exitium mittere? M. Fas est in
cidere hostem. C. Fortassis est, si impetat patriam tu
am. Tum piũm videri potest, pugnare pro liberis &
vxore, pro parentibus & amicis, pro aris & focis, p
tran-

Fungi fragiles sunt, & papauera solent de collari baculo.

quillitate publica. Quid istuc ad tuã militiam
ercenariã? Ego, si periisses in hoc bello, nõ redemissem
animam tuam vitiosa nuce. M. Non? C. Non, ita me
Christus bene amet. Iam vtrũ existimas durius, obe-
re bono viro, quem nos Priorem vocamus, qui vocet
d preces, ad sacram lectionẽ, ad doctrinam salutarẽ,
d psallendum deo: an obedire barbara cuipiam Cẽtu-
poni, qui sæpe magnis ac nocturnis itineribus vocet
uò lubeat ac reuocet, qui bombardarum ictibus obji-
at, qui iubeat te stare loco, aut occisurũ, aut occiden-
dum. M. Minus narras, quàm res habeat malorũ. C.
si quid ego deflexero à disciplina huius instituti, pœ-
a est admonitio, aut aliud leue quiddam: tibi, si quid
ommittas aduersus leges imperatorias, aut pendendũ
st, aut nudo inter intentatas in te lanceárũ cuspides
undum: Nam plecti capite beneficium est. M. Non
ossum refragari veris. C. Iam cultus iste satis indicat
te non multum nummorũ referre domum. M. Num-
morum mihi iampridem ne pilus quidem fuit, imò
multum aris alieni conflatus. Proinde hùc deflexi, vt
me instruas viatico. C. Vtinam hùc deflexisses, quum
properares in sceleratam istam militiam. Sed vnde
tanta nuditas? M. Rogas vnde? quicquid in salario,
quicquid ex prædationibus, sacrilegijs, rapinis, furtis
parare licuit, id totum absumebatur in vina, scorta,
& aleam. C. O te miserum. Et interim vxorcula,
cuius gratia Deus iussit relinqui patrem & matrem
domi mœrebat deserta cum paruis liberis. Et interea

Pro aris & focis, verba historicis peculiaria. Per aram significant religionem Deorũ, per focũ, rem domesticam. Nam & focus sacer erat Laribus.

tibi videbaris viuere in tantis miserijs, in tantis [illegible]
leribus? M. Hoc fallebat sensum malorũ, quòd inu[illegible]
meros haberem malorum socios. C. Quin illud vetus [illegible]
ne vxor te nõ agnoscat. M. Qui sic? C. Quia sic cice[illegible]
cès pinxerũt tibi nouam faciẽ. In fronte quam f[illegible]
habes? Videtur tibi erectum fuisse cornu. M. Imo [illegible]
nosses gratulareris mihi hanc cicatricem. C. Quam [illegible]
rẽ? M. Minimo minus aberat, quin perierim. C. Qu[illegible]
erat mali? M. Cuidam tendenti rupta est balista ch[illegible]
lybea, cuius fragmentũ insilijt in frontẽ. C. Et in [illegible]
ca cicatricem habes palmo longiorem. M. Hoc vulu[illegible]
accepi in pugna. C. Bellica? M. Non: inter aleam o[illegible]
tum est dißidium. C. Iam & in mento video ufi[illegible]
quid gemmarum. M. Nihil est. C. Suspicor tibi cu[illegible]
tractam scabiem, quam vocant Hispanicam. M. Re[illegible]
diuinas mi frater. Tertium ea laboraui vsque ad vi[illegible]
periculum. C. Vnde hoc mali accidit tibi, vt sic n[illegible]
curuus incedas, quasi esses nonagenarius, aut qu[illegible]
messor quispiam, aut quasi delumbatus esses fuste? M[illegible]
Morbus ita contraxit neruos. C. Næ hîc magnifica[illegible]
passus es Metamorphosin. Antehac eras eques, nun[illegible]
ex Centauro factus es animal semireptile. M. Ha[illegible]
nimirum est alea Martis. C. Imò hæc est insania tu[illegible]
mentis. Quas vero manubias vxori tuæ, liberisq; tu[illegible]
referes domum? lepram? Nam ista scabies nihil alia[illegible]
est, quàm lepræ species: nisi quod ideo non vitatur
quia multorum est communis, præcipuè nobilium: [illegible]
ob hoc ipsum magis debebat vitari. Nunc istũ malu[illegible]

Manubię pecunia ex spolijs redacta.

fricabis ijs, qui tibi debuerãt esse chariſsimi, & ipſe er omnẽ vitam putre cadauer circumferes. M. Quaeſo e frater, vt deſinas, ſatis malorũ eſt, etiam ſi nõ acce- lat obiurgationis moleſtia. C. Quotam autem malorũ partem comemoraui? Iſta corporis dũtaxat ſunt. Iam animam verò qualem reportas, quãta ſcabie putrem, quot vulneribus ſauciam? M. Tam puram refero, quàm eſt cluca Pariſys in via quæ dicitur vulgò Maberti, aut latrina publica. C. Vereor ne multo peius oleat apud deum & angelos eius. M. Sed iam rixæ ſatis eſt, dic aliquid de ſarciẽdo viatico. C. Mihi nihil eſt quod dẽ, experiar quid velit Prior. M. Atqui ſi quid da- retur, eſſent tibi paratæ manus, nunc multæ obſtant difficultates, quando numerandũ eſt aliquid. C. Quid alij faciant, ipſi viderint, mihi nec ad accipiendum, nec ad dandum ſunt manus. Verum de his à prãdio: nunc tempus monet, vt accumbamus.

Pſeudochei, & Philetymi.

Ph. Vnde tibi ſcatet tanta mendaciorum vis? Pſ. Vn- de ſupperunt aranea fila? Ph. Non eſt igitur artis, ſed naturæ? Pſ. A natura profecta ſunt ſemina, ars & vſus auxere facultatẽ. Ph. Non te pudet? Pſ. Non magis quàm coccycem ſuæ cantionis. Ph. At tibi in manu eſt mutare cantionem tuã, & in hoc eſt homini data lingua, vt vera prædicet. Pſ. Imò vt conducibi- lia. At non ſemper expedit vera dicere. Ph. Ita non- nunquã conducit habere manus furaces. Et hoc vitiũ eſſe tuo cognatum teſtatur etiam populare prouer-

Pſeudoch. fu- for mẽdacio- rum. Philẽty- mus amans veritatis.

P.ij. bium.

bium. Pſ. Vtrumq; vitiũ honeſtis nititur auctoribus. Illud habet Vlyſſem tãtopere laudatũ ab Homero, hoc Mercuriũ etiã deum, ſi poëtis credimus. P. Cur igitur vulgus execratur mendaces, fures etiã ſubigunturque crucẽ? Pſ. Nòn ideo quòd mentiãtur, aut furẽtur, ſed quòd inſcitè mentiantur, aut furentur, vel quia præter naturã, vel quia nõ ſatis callentes artẽ. Ph. Eſt ne ſcriptor quiſpiam, qui tradit artem mentiendi? Pſ. Bonam artis partẽ monſtrauere tui rhetores. Ph. Hi quidem tradũt artẽ benedicẽdi. Pſ. Verùm, ſed bona pars bene dicendi eſt ſcitè mentiri. Ph. Quid eſt ſcitè mentiri? Pſ. Vis definiam? Ph. Volo. Pſ. Eſt ita mentiri vt lucro ſit, nec deprehẽdi poſſis. Ph. At quotidie deprehenduntur multi. Pſ. Iſti non ſunt artifices abſoluti. Ph. Es igitur tu abſolutus artifex. Pſ. Propemodũ. Ph. Experire an me poſſis metiendo fallere. Pſ. Et te quoque poſſim vir optimi, ſi libeat. Ph. Dic igitur aliquod mendacium. Pſ. At iam dixi. Num deprehendiſti? Ph. Non. Pſ. Agè fac ſis attentus. Nunc incipiam mentiri. Ph. Sum attentus, dic aliquid. Pſ. At iam iterum mẽtitus ſum, te non deprehendente. Ph. Equidem nihil adhuc audio mendacij. Pſ. Audiſſes, ſi calleres artem. Ph. Proinde commonſtra tu. Pſ. Primùm appellaui te virum optimum. An non iſthuc eſt inſigne mendacium, quum ne bonus quidem ſis: & ſi bonus eſſes, optimus dici non poſſis, quum ſint innumeri te meliores? Ph. Hîc planè fefelleras. Pſ. Iam fac periculum, an poſſis alterum mendacium ex te deprehendere.

re. Ph. Non possum. Ps. Hic desidero ingeniũ, quod libi prastu. Ph. Fateor, ostende tu. Ph. Quum dicerẽ, nunc incipiam mentiri, nónne magnifice mentiebar, cum tot annos assueuerim mentiri, & paulo antè, quàm hoc dicerem essem mentitus? Ph. Mirum prodigium. Ps. Sed nunc saltem monitus arrige aures, vt deprehendas mentientem. Ph. Arrexi, dic. Ps. Imò meum dictum est, & tu meum mẽdacium es imitatus. Ph. Tu mihi persuadebis, quod nec aures habeam, nec auribus. Ps. Quum homini sint aures immobiles, vt nec attolli possint, nec demitti, mentiebat te arrecturum aures. Ph. Talibus mendatijs plena est omnis hominũ vita. Ps. Non talibus tantum ô bone. Nam hæc ludicra sunt, sunt quæ rem adferant. Ph. Turpius est lucrum ex mendacio quàm ex lotio. Ps. Verum est, inquam, sed ijs, qui mentiendi nesciunt artẽ. Ph. Quàm igitur tu calles artem? Ps. Non æquum est, vt te gratis doceam: numera, & audies. Ph. Non emo malas artes. Ps. Donas igitur gratis fundum tuum? Ph. Non sit insanio. Ps. At ego ex hac arte mea certiores capio fructus, quàm tu ex tuo fundo. Ph. Manebit tibi ars tua, tantum profer specimen, vt intelligam non omnino vanum esse quod dicis. Ps. Accipe igitur specimen. Multis multorum negotijs memet admisceo, emo, vendo, recipio, sumo, mutuo accipio depositum. Ph. Quid tum postea? Ps. Atque hîc potissimum capio eos, à quibus non facile deprehendar. Ph. Quos? Ps. stupidos, obliuiosos, incogitantes, longe semotos, &

Specimen, id est gustã, vel exemplum.

mortuos. Ph. Certũ est mortuos neminẽ redarguere. P. Si quid cui vendo in diem, diligenter annoto in libellis rationẽ. Ph. Quid deinde? Ps. Vbi reddenda pecunia, plus impuro mercium emptori, quam accepi. Is si incogitans est, aut obliuiosus, mihi certum est lucrum. Ph. Quid si deprehendat? P. Profero librum rationalem. Ph. Quid si is doceat, & euincat, se non accepisse quod imputas? P. Reclamo quantũ possum. Nihil in hac arte prorsus inutilis est pudor. Deniq; extrema ancora est, vt aliquid commentiscar. Ph. Quid, palam deprehẽsus? Ps. Nihil est facilius, errauit famulus, ego ipse lapsus sum memoria. Scitum est multas simul miscere rationes, hic facilius est imponere. Exẽpli causa. Sunt quedam dispuncta quod soluta sit pecunia: sunt alia, pro quibus nihil numeratum est. Hæc in posteriores codicillis misceo sic, vt nihil dispũgam. Vbi supputatur contendimus, & vinco plerunq;, vel periurio. Est & hoc artis: ferè rationem ineo cum accinctus ad iter, & imparatis. Nam mea mihi semper parata sunt. Deponitur aliquid apud me, seruo clàm apud me, nec reddo. Longum est prius quàm resciscat ille, ad quem res remissa est. Tandem si non licebit inficiari, dico mihi periisse, aut contendo me misisse. quod nemo misi, incuso aurigas. Postremò si vitare non possum, quin reddã, reddo accisum. Ph. Bella verò ars. P. Nonnunquam eodem nomine bis accipio pecuniã, si licet. Primum domi, deinde illic, quo proficiscor: & nusquam non sum. Interim tempus inducit obliuionem, con-

confunduntur rationes, aliquis moritur, aut ſuſcipit longinquã peregrinationẽ: vt omnia peßime cadant, ſaltem interim vſus ſum aliena pecunia. Nonnullos etiam capto ſpecie benignitatis, vt faueant mentienti, ſed ſemper de alieno: de meo nec matri darem terruncium. Quãquam autem in ſingulis videatur lucrum exiguum, ex multis tamen (multis enim memet, vt dixi, miſceo) naſcitur aeeruus haudquaquã pœnitendus. Porrò ne deprehẽdar, quũ multa ſunt techna, tũ illa præcipua, omneis omniũ epiſtolas, quas poſſum intercipio, reſigno, ac lego. Si quid obſuturum ſuſpicer, primùm ſi reddo, reddo meo tempore. Ad hæc inter longe ſemotos interuallo mendacijs meis ſero ſimultatem. P. Quis iſthinc vſus? P. Geminus: Primùm, ſi non præſtatur, quod alterius nomine promiſi, & quo nomine minus etiã accepi: nã fumos huiuſmodi magno vendo: fingo per illum aut illũ ſtetiſſe, quò minus perfectũ ſit. Ph. Quid ſi neget ille? P. Is procul abeſt, puta Baſilie, ego polliceor dare in Anglia. Deinde fit, vt orta ſimultate neuter alteri credat, ſi quid incuſet. Habes ſpecimẽ artis. Ph. At iſtam artem nos craßiores ſolemus vocare furtum, qui ſicum vocamus ſicũ, & ſcapham ſcapham. Pſ. O hominẽ iuris Cæſarei rudem. Anlicet incendere actionẽ furti ei, qui ſuppreſſit depoſitum, aut qui abiurat mutuum, aut ſimili techna impoſuit? Ph. Oportuit. Pſ. Proinde vide prudentiorem artificum. Ex his plus eſt lucri, aut certe tantundem, & minus eſt periculi. Ph. Malè ſit tibi

Vlysses ab Homero fingitur vafer ac mendax. Mercuriꝰ adfert lucrũ vafer & ipse, ac furax.

cum tuis technis ac mendacijs. Non enim libet dis-
re, vale. Ps. Tu ringere cum tua pannosa veritate, ego
interim suauiter agam cum meis furtis ac mendacijs
dextro Vlysse ac Mercurio.

NAVFRAGIVM.

Antonius, Adolphus.

Ex abrupto incipit colloquiũ more comœdiarũ.

An. Horrenda narras. Est isthuc nauigare? Prohi-
beat deus, ne mihi quicquã vnquã tale veniat in me-
tem. Ad. Imò quod hactenus cõmemoraui, lusus me-
rus est præ his quæ nunc audies. An. Plus satis malo
auditus, inhorresco te memorãte. Ad. Imò mihi in-
cũdi sunt acti labores. Ea nocte quiddã accidit, quod
magna ex parte spem salutis ademit nauclero. An.

Sublustris, quæ nonnihil habebat lucis.

Quid obsecro? Ad. Nox erat sublustris, & in summo
malo stabat quidam à nautis in galea, sic enim vocã
opinor, circũspectãs si quã terrã viderit, huic cœpit as-
sistere sphæra quædã ignea: id nautis tristissimũ osten-

Castorem & Pollucẽ. Vide Plin. li 2. cap 37.

tum est, si quãdo solitarius ignis est: felix quũ gemi-
ni. Hos vetustas credidit Castorẽ & Pollucem. An.
Quid illis cũ nautis, quorũ alter fuit eques, alter pu-
gil? Ad. Sic visum est poëtis. Nauclerus qui clau-

Claudat latus, i. adstet lateri. Sic. Horat. Vt ne tegam spurco latus. Fori sunt tabulata nauis ac veluti tectum.

assidebat, Socie, inquit, (nam eo nomine se mutuo cõ-
pellãt nautæ) vidésne, quod sodalitiũ tibi claudat la-
tus? Video, respondit ille, & precor, vt sit felix. Mox
globus igneus delapsus per funes deuoluit sese vsq; ad
nauclerũ. An. Num ille exanimatus est metu? Ad.
Nautæ assueuêre monstris. Ibi paulisper commoratus,
voluit se per margines totius nauis: inde per medios

feros

ras dilapſus euanuit. Sub meridiem cœpit magis ac magis increudeſcere tempeſtas. Vidiſtine vnquã alpes? An. Vidi. Ad. Illi mõtes verrucæ ſunt ſi conferantur ad vndas maris. Quoties tollebamur in altũ, licuſſe lunã digito contigere: quoties dimittebamur, videbamur debiſcente terra recta ire in Tartara. An. O inſanos qui ſe credũt mari. Ad. Nautis fruſtra luctãtibus cum tempeſtate, tandem nauclerus totus pallens nos adyt. An. Is pallor præſagit aliquod magnũ malum. Ad. Amici, inquit, deſij eſſe dominus nauis quæ vicêre venti, reliquũ eſt vt ſpem noſtrã collocemus in Deo, & quiſque ſe paret ad extrema. An. O horrendi ſcythicam cõcionem. Ad. In primis autem, inquit, exonerãda eſt nauis. Sic iubet neceſſitas, durum telum: præſtat cõſulere vitæ diſpendio rerũ, quàm ſimul cũ rebus interire. Perſuaſit veritas: proiecta ſunt in mare plurima vaſa plena precioſis mercibus. An. Hoc erat verè iacturam facere. Ad. Aderat Italus quidam, qui legatum egerat apud regem Scotiæ, huic erat ſcrinium plenũ vaſis argenteis, anulis, panno, ac veſtimentis ſericis. An. Is nolebat decidere cum mercibus. Ad. Non, ſed cupiebat aut perire cum amicis opibus ſuis, aut ſimul cũ illis ſeruari. Itaq; refragabatur. An. Quid nauclerus. Ad. Per nos, inquit, liceret tibi tantum tuis perire ſolum, ſed aquũ non eſt, vt nos omnes tui ſcrinij cauſa periclitemur, alioqui te vnà cum ſcrinio dabimus in mare præcipitem. An. Orationem horrere nauticam. Ad. Sic Italus quoq; iacturam fecit

Verrucæ i. tubercula. Sic Caro, ni tillor collem verrucã appellauit.

Scythicã cõcionẽ. i. durã. Vide prouer. Durum telũ. Alludit ad illud Plinij. Maximũ telũ neceſsitas. Iactura dãnũ eſt, & iacturam facere dicitur.

Hic erat vera iactura a iacitēdo dicta. Iacidere est paciſci portione rerū, vt reliqua maneant ſalua. Amicis opibus, pro adamantis.

multa mala precans & ſuperis, & inferis, quòd ſ
vitā elemento tā barbaro credidiſſet. An. Agn
vocem Italicā. Ad. Paulo poſt venti nihilo mitu
facti noſtris muneribus, rupere funes, deſiecere v
An. O calamitatem. Ad. Ibi rurſus nos adit na
A. Cōcionaturus? Ad. Salutat, amici, inquit, tē
hortatur vt vnuſquiſq; Deo ſe cōmendet, ac morti
præparet. Rogatus à quibuſdā nauticæ rei nō impe
tis, ad quot horas ſe crederet poſſe tueri nauem, neg
uit ſe poſſe polliceri quicquā, ſed vltra tres horas n
poſſe. Ad. Hæc concio durior etiam erat priore. A
Hæc vbi locutus eſt, iubet incidi funes oēs, ac malu
vſq; ad thecā, cui inſeritur, incidi ſerra, ac ſimul
antennis deuolui in mare. A. Cur hoc? Ad. Quon
ſublato aut lacero velo erat oneri, nō vſui: tota ſpes
rat in clauo. A. Quid interea vectores? Ad. Ibi v
diſſes miſerā rerū faciem, nautæ canentes, ſalue reg
na, implorabāt matrem Virginem, appellātes eā ſtel
maris, reginā cœli, dominā mundi, portum ſalutis,
lyſq; multis titulis illi blādientes, quos nuſquam i
tribuunt ſacræ literæ. An. Quid illi cum mari, qu
nūquàm opinor nauigauit? Ad. Olim Venus agebā
curā nautarū, quia nata credebatur ex marinea qu
niā deſyt curare, ſuffecta eſt huic matri non virgin
Virgo mater. An. Ludis. Ad. Nōnulli procūbente
in tabulas, adorabant mare, quicquid erat olei effun-
dentes in vndas, nō aliter illi blādientes, quàm ſole-
mus irato principi. A. Quid aiebāt? A. O clemētiſſi-

mum.

Vere nauticā Sēper nautæ fingūtur immanes. Quale eſt elementū, tales ſunt & illi. Vocē itali magno ſtomacho barbarā vocant, quicquid eſt peregrinum. Calāmitatē, quod eſt calmorū, traxit ad inſtrumētā nauis. Quicquid erat olei, Ea eſt natura olei, vt lucem adferat ac tranquillet omnia, etiā mare, quo non aliud elemētum implacabilius.

mare, ô generosissimũ mare, ô ditissimũ mare, ô
rmosissimũ mare, miteſce, ſerua. Huiuſmodi multa
ebãt ſurdo mari. An. Ridicula ſuperſtitio. Quid
? Ad. Quidã nihil aliud quã vomebãt, plærique vo-
incupabãt. Aderat Anglus quidã, qui promit-
montes aureos Virgini VV alſamgamicæ, ſi vi-
atigiſſet terrã. Alij multa promittebant ligno
, quod eſſet in tali loco, alij rurſum quod eſſet in
loco. Idẽ factũ eſt de Maria Virgine, quæ regnat
ultis locis, & putant votũ irritum, niſi locũ ex-
. An. Ridiculũ: quaſi diui nõ habitent in cœ-
Ad. Erant qui ſe promitterent fore Carthuſianos.
, qui polliceretur ſe aditurũ diuum Iacobũ
habitat Cõpoſtellæ, nudis pedibus & capite, cor-
tantũ lorica ferreæ tecto, ad hæc cibo emẽdicato.
An. Nemo meminit Chriſtophori? Ad. Vnũ audiui
õſnerisu, qui clara voce, ne nõ exaudiretur, polli-
retur Chriſtophoro, qui eſt Lutetiæ in ſummo templo,
ons verius quã ſtatuæ, cereũ tãtum quãtus eſſet ipſe.
ac quãm vociferãs quantũ poterat, identidem incul-
et, qui forte proximus aſſiſtebat illi notus, cubito
git eũ ac ſubmonuit: Vide quid pollicearis, etiã ſi
ũ omniũ tuarum auctionem facias, nõ fueris ſol-
lo. Tum ille voce iã præſiore, ne videlicet exaudi-
Chriſtophorus: Tace inquit, fatue, an credis me
animo ſententia loqui? Si ſemel contigero terram,
datarus ſum illi cãdelam ſebaceam. An. O craſ-
ingeniũ ſuſpicor fuiſſe Batauum. Ad. Non ſed

Auctionẽ, vẽditionis genus, in quo a licitantibus intenditur pretiũ. Bata. vulgari ioco Bãtaui dicũtur craſſi

erat

erat Zelandus. An. Miror nulli in mentem veni
Paulum apostolum, qui ipse olim nauigarit, & fra
naui desilierit in terrã. Is enim haud ignarus ma
didicit miseris succurrere. Ad. Pauli nulla erat me
tio. An. Precabãtur interim? Ad. Certatim. Al
canebat, Salue regina: alius, Credo in Deũ. Erant q
peculiares quasdã preculas habebant, non dissimi
magicis, aduersus pericula. An. Vt afflictio facit r
ligiosos: rebus secundis nec Deus nec diuus quisqua
nobis venit in mentem. Quid tu interea? Nulli diu
rũ nũcupabas vota? Ad. Nequaquàm. An. Cur it
Ad. Quia nõ paciscor cũ diuis. Quid est enim aliu
quàm cõtractus iuxta formulã? Do, si facias: aut, fa
ciã, si facias: dabo cereũ si enatem: ibo Romã, si serue
An. At implorabas alicuius diui præsidium? Ad
Ne id quidem. An. Quã ob rem autem? Ad. Qui
spatiosum est cœlum. Si cui diuo cõmendaro meam sa
lutem, puta sancto Petro, qui fortasse primus audie
quòd adstet ostio, prius, quàm ille conueniat Deum
prius quàm exponat causam, ego iam periero. An
Quid igitur faciebas? Ad. Recta adibã ipsum patre
dicens. Pater noster qui es in cœlis, Nemo diuorũ ill
citius audit, aut libentius donat quod petitur. An
Sed interea nõ reclamabat tibi conscientia? Non ve
rebaris appellare patrem, quem tot sceleribus offende
ras? Ad. Vt ingenuè dicam, deterrebat nonnihil con
scientia, sed mox recipiebam animum, ita mecum co
gitans: Nullus est pater tam iratus filio, quin si vi
deat

bat enim periclitantem in torrente aut lacu, capillis
reptum ejciat in ripã. Inter omnes nullus se tran-
illins agebat, quàm mulier quædã, cui erat infans
lus in sinu, quẽ lactabat. An. Quid illa? Ad. Sola
ec vociferabatur, nec flebat, nec pollicitabatur, tantũ
mplexa puellũ precabatur tacitè. Interea dum na-
a subinde illideretur vado, nauclerus metuens ne
a solueretur, rudentibus eam cinxit à prora & à
ppi. An. O misera præsidia. Ad. Interim exoritur
ndã sacrificus senex, annos natus sexaginta, nomen
us Adamus, is abiectis vestibus vsq; ad indusiũ,
ectis etiã ocreis & calceis, iussit vt omnes parare-
us nos ad natadũ. Atq; ita stãs in medio nauis, cõ-
natus est nobis ex Gerſone quinq; veritates de vti-
tate cõstendi, hortatus omneis, vt se quisq; præpara-
et & vita, & morti. Aderat & Dominicanus
quidam: his cõfessi sunt qui volebãt. An. Quid tu?
Ad. Ego vidẽs omnia plena tumultus, tacitè cõfes-
us sum Deo, dãnans apud illũ meã iniustitiã, & im-
ãs illius misericordiã. An. Quò migraturus, si sic
riisses? Ad. Hoc cõmittebam iudici Deo. Nec enim
olebã esse mei ipsius iudex: tamen bona quædã spes
terim habebat animũ meũ. Dum hæc aguntur, re-
ad nos nauta lachrymabundus. Paret, inquit, se
quisq; nã nauis non erit nobis vsui ad quartam horæ
rtem. Iã enim locis aliquot cõuulsa hauriebat ma-
. Paulo post nauta renunciat nobis se videre pro-
l turrim sacram, adhortans vt Diui, quisquis esset

eius

eius templi præses, auxilium implorauremus. Protin
bunt omnes, & orant ignotum diuũ. An. Si nomi
cõpellassetis eum, fortassis audisset. Ad. Erat igno
Interim nauclerus quantùm potest eò nauim dir
iã lacerã, iam vndiq; cõbibentem vndas, ac planc
lapsurã, ni rudentibus fuisset succincta. An. Dura
rũ cõditio. Ad. Eò prouecti sumus, vt eius loci in
prospicerent nos periclitãtes, ac procurrentes cater
tim in extremũ littus, sublatis togis & galeris in
ceas impositis, innitabant ad sese, ac iactatis in cel
brachys significabãt se deplorare nostrã fortunã. A
Expecto quod euenerit. Ad. Iã mare totã nauim
cuparat, vt nihilo tutiores essemus futuri in na
quàm in mari. An. Hîc ad sacrã ancorã cõfugien
erat. Ad. Imò ad miserã. Nautæ scaphã exonerant
qua, ac demittũt in mare. In hãc omnes sese conan
cõijcere, nautis magno tumultu reclamãtibus scap
nõ esse capacẽ tantæ multitudinis, arriperet sibi qu
quod posset, ac nataret. Res nõ patiebatur lenta co
lia, alius arripit remũ, alius contũ, alius alueũ, al
situlã, alius tabulã, ac sito quisq; præsidio nitentes,
mittunt se fluctibus. An. Quid interim accidit
mulierculæ, quæ sola non eiulabat? Ad. Illa omni
prima peruenit ad littus. An. Qui potuit? Ad. I
posucramus eã repandæ tabulæ, & sic alligaueram
vt non facilè posset decidere, dedimus illi tabellam
manũ, qua vice remi vteretur: ac bene precãtes ex
suimus in fluctus, conto protrudentes, vt abesset à

ui, vnde erat periculũ. Ille læua tenens infantulum,
dextra remigabat. An. O viraginẽ. Ad. Quũ iã ni-
hil super esset, quidã auulsũ ligneã statuam virginis
matris, iam putrem atq; excauatam à soricibus, eamq;
complexu cœpit natare. An. Scapha peruenit incolu-
mis? Ad. Nulli prius periêre. Porrò triginta sese in eã
coniecerant. An. Quo malo fato id factum est? Ad.
Prius quàm posset se liberare à magna naui, illius va-
statione subuersa est. An. O factũ male. Quid tum?
Ad. Ego, dũ alijs cõsulo, penè perierã. An. Quo pa-
cto? Ad. Quia nihil supererat aptum natationi. An.
Nihil subera fuisset vsui. Ad. In eo rerũ articulo ma-
luissem vile suber, quàm cãdelabrũ aureũ. Circunspi-
cienti tãdem venit in mentem de ima mali parte: eã
gnoniã solus eximere nõ poterã, ascisco sociũ: huic am-
bo innixi, cõmittimus nos mari, sic vt ego dextrũ cor-
nu tenerem, ille læuũ. Dũ sic iactamur, sacrificus ille
cõcionator nauticus, mediũ iniecit se in humeros no-
stros. Erat autẽ ingẽti corpore. Exclamamus, Quis ille
pestis? Is perdet nos oẽs. Ille contrà placidè. Situs, in-
quit, bono animo, sat spatij est, Deus aderit nobis. An.
Fuit ille tã serò cœpit esse natator? Ad. Imò futurus
erat in scapha vnà cũ dominicano. Nã oẽs hoc hono-
rem illi deferebãt: sed quanquã erant inuicem cõfessi in
naui, tamen obliti nescio quid circunstantiarũ, rur-
sus ibi in ora nauis confitentur, & alter alteri manũ
imponit, interim scapha perit, nã hæc mihi narrauit
Adamus. An. Quid actũ est de Dominicano? Ad.

Sorex, vulgo glis dicitur.

Is, vt idem narrabat, implorata diuorũ ope, abie
vestibus nudũ se cõmisit natationi. An. Quos dino
inuocabat? Ad. Dominicum, Thomã, Vincentium
& nescio quem Petrum, sed in primis fidebat Cato
næ Senensi. An. Christus illi non veniebat in men
Ad. Ita narrabat sacrificus. An. Melius enatasset,
non abiecisset sacrã cucullã: ea deposita, qui potuit
lum agnoscere Catarina Senensis? Sed perge narra
de te. Ad. Dũ adhuc volueremur iuxta nauim a
bitrio fluctuũ huc & illuc se voluentem, claum il
sus fregit femur eius qui tenebat læuũ cornu. Sic i
reuulsus est: sacrificus precatus illi requiem æterna
succeßit in locũ illius, adhortãs me, vt magni anim
tuerer cornu meũ, ac strenuè mouerem pedes. Interi
potabamus multũ aquæ salsæ. Adeo Neptunus no
non balneũ tantùm salsum, sed potionem etiã salsa
temperarat, quanquã sacrificus ei rei mõstraret rem
dium. An. Quod obsecro? Ad. Quoties vnda
occurrerat, ille opposuit occipitium, ore clauso. A
strenuũ senem mihi narras. Ad. Vbi iã aliquand
sic natantes nõnihil promouissemus, sacrificus, quon
erat miræ proceritatis, Bono, inquit, es animo, sent
vadũ. Ego non ausus tantum sperare felicitatis, Lo
gius, inquam, absumus à litore, quàm vt vadum s
randum sit. Imò, inquit, sentio pedibus terram. E
inquam, fortaßis è scrinijs aliquod, quod huc deu
uit mare. Imò, inquit, scalptu digitorum planè sent
terram. Cum adhuc aliquandiu nataßemus, ac ri

ſa ſentiret vadum. Tu fac inquit, quod tibi videtur
ctus optimũ, ego tibi cedo madum tuũ, & vado me
redo, ſimulq; expectato fluctuum deceſſu pedibus ſe-
nutus eſt quãto potuit curſu. Rurſus ac detibus vn-
lis, vtraq; manu complexus vtrung genu, obnitebã-
ur fluctui, occultãs ſeſe ſub vndis, quemadmodũ ſo-
li mergi & anates: rurſus abeunte fluctu promica-
bat & currebat. Ego vides hoc illi ſuccedere ſum imi-
atus ſtabãt in arena, qui porrectis inter ſe prælongis
haſtilibus fulciebãt ſeſe aduerſus impetũ vndarũ vi-
ri robuſti, & fluctibus aſſueti, ſic vt vltimus haſtam
poſſet attingeret adnatãti. Ea contacta, omnibus in littus ſe
recipientibus, tutò pertrahebatur in ſiccũ. Hac ope ſer-
uati ſunt aliquot. An. Quot? Ad. Septẽ, verũ ex his
duo ſoluti ſunt tepore, admoti igni. An. Quot erã-
tis in naui? Ad. quinquaginta octo An. O ſeuũ ma-
re, ſaltẽ decimus fuiſſet cõtentũ, quæ ſufficiũt ſacerdo-
tibus. Ex tãto numero tam paucos reddidit? Ad. Ibi
experti ſumus incredibilẽ gẽtis humanitatem, omnia
nobis mira alacritate ſuppeditãtis, hoſpitiũ, ignẽ, cibũ,
veſtes, viaticũ. An. Quæ gens erat? Ad. Hollãdica.
An. Iſta nihil humanius, quũ tamẽ feris nationibus
iuncta ſit. Non repetes opinor poſthac Neptunũ. Ad.
Non, niſi mihi Deus ademerit ſanam mentẽ. An. Et
ego malim audire tales fabulas, quàm experiri.

DIVERSORIA.

Bertulphus, Gulielmus.

B. Cur ita viſum eſt pleriſque biduum aut triduum

commorari Lugduni? Ego semel iter ingressus nõ co-
quiesco, donec peruenero quò constitui. G. Imò ego ad-
miror quenquã illinc auelli posse. B. Quam ob rem tã-
dem? G. Quia illic locus est, vnde non poterant aufu-
gere Vlyssus, illic Sirenes. Nemo domi suæ tractat
melius, quàm illic in pandocheo. B. Quid fit? G. A
mensam semper adstabat aliqua mulier, quæ conui-
uium exhilararet facetijs ac leporibus. Vt est illic mu-
formarum felicitas. Primum adibat materfamilias
quæ salutabat, iubẽs nos hilares esse, & quod appa-
retur boni cõsulere. Huic succedebat filia, mulier el-
gans, moribus ac lingua adeo festiuis, vt posset v
ipsum Catonẽ exhilarare. Nec cõfabulãtur vt cũ ho-
spitibus ignotis, sed veluti cũ olim notis ac familiar-
bus. B. Agnosco Gallicæ gẽtis humanitatẽ. G. Quæ
autem illæ non poterant adesse perpetuò, quòd esse
obeunda munia domestica, reliquiq; conuiuæ consali-
tandi, continenter adstabat puella quædam ad omne
iocos instructa, vna satis erat omniũ iaculis excipien-
dis: hæc sic tenebat fabulam, donec rediret filia. Na
mater erat natu grandior. B. Sed qualis erat tandẽ a
paratus? nam fabulis non expletur venter. G. Profec
lautus, vt ego mirer illos tã vili posse accipere hospite
Rursus peracto cõuiuio, lepidis fabulis alunt homi-
ne quid obrepat tædij. Mihi videbar domi esse, nõ p
regrè. B. Quid in cubiculis? G. Illic nusquam non a
derant aliquot puellæ, ridentes, lasciuientes, lusitãte
vltro rogabãt si quid haberemus vestium sordidar

Pandocheum hospitiũ publicũ, ita dictum. quod in eo omnes promiscue accipiantur.

Cato tetricus & moribus asperis prædicatur ab auctoritate.

lauabãt, ac lotas reddebant. Quid multis? Nihil
usquã vidimus præter puellas ac mulieres, nisi in stabu-
lo: quanquam & hùc frequenter irrumpebãt puellæ.
Abeũtes complectũtur, tantoq; affectu dimittũt ac si
fratres essent omnes, aut propinquæ cognationis. B. Ter
ipsis isti mores decẽt Gallos, mihi magis arridet Ger-
manie mores, vtpote masculi. G. Mihi nunquã contin-
git videre Germaniã, quare te quaso, ne grauare cõ-
memorare, quibus modis accipiãs hospitẽ. B. An vbiq;
isthæc tractãdi ratio, nescio: quod ego vidi narrabo.
Aduenientẽ nemo salutat, ne videantur ambire hos-
pitem. Id enim sordidũ & abiectũ existimãt, & in-
dignũ Germanica seueritate: Vbi diu inclamaueris,
quidam aliquis per feneſtellam æstuarij (nam in his de-
gunt fere vsq; ad solstitium æstiuũ) perfert caput, nõ
aliter quàm è testa prospicit testudo. Is rogãdus est, an
liceat illic diuersari. Si nõ renuit, intelligis dari locũ.
Rogantibus vbi sit stabulum, mota manu common-
strat. Illic licet tibi tuum equum tractare tuo more.
Nullus enim famulus manum admouet. Si celebrius
est diuersorium, vbi famulus commonstrat stabulum,
atq; etiam locũ equo minimè commodum. Nam com-
modiora seruant venturis, præsertim nobilibus. Si
quid causeris statim audis: si non placet, quære aliud
diuersoriũ. Fœnum in vrbibus ægrè ac perparcè præ-
bent, nec multò minoris vẽdunt, quàm ipsam auenã.
Vbi cõsultum est equo, totus commigras in hypocau-
stum, cum ocreis, sarcinis, luto, id est vnum omnibus

commune. G. Apud Gallos designãt cubicula, vbi se exuant, extergãt, calfaciãt, aut quiescãt etiam si libeat. I. Hic nihil tale. In hypocausto exuis ocreas, induis calceos, mutas si voles indusium, vestes pluuiadidas suspendis iuxta hypocaustũ, ipse te admouet vt sicceris. Est & aqua parata, si libeat lauare manus, sed ita munda plerunq;, vt tibi pòst alia quærenda aqua, qua lotionẽ eã abluas. G. Laudo viros nullis deliciis effœminatos. B. Quod si tu appuleris ad horam meridie quartã, nõ cœnabis tamẽ ante nonã, nonnunquã & decimã. G. Quã ob rem? B. Nihil apparãt, ne videãt omnes, vt eade opera ministretur omnibus. Quærunt compendiũ. B. Tenes. Itaq; frequẽter in hypocaustum cõueniunt octoginta aut nonaginta, diues, equites, negociatores, nautæ, aurigæ, agricolæ, pueri, fœminæ, sani, ægroti. G. Isthuc vere cœnobium. B. Alius ibi pectit caput, alius abstergit sudorẽ, alius repurgat perones ac ocreas, alius eructat alliũ. Quid multis? Ibi linguarum ac personarum non minor confusio, quàm olim in turri Babel. Quòd si quẽ inspexerint peregrinæ gentis, quĩ cultu dignitatis nihil præ se ferat, in hunc intenti sunt omnes, defixis oculis contemplantes, quasi nouum aliquod animal genus adductũ sit ex Africa, adeo vt postea quĩ accubuerint, reflexo in tergum vultu, cõtinenter aspiciãt, nec dimoueant oculos, cibi immemores. G. Romæ Lutetiæ ac Venetiæ nemo quicquam miratur. B. Non fas est interim tibi quicquã petere. Vbi iam multa ve

…bara, nec sperãtur plures aduẽturi, prodit famulus …ex, barba cana, tonso capite, vultu torvo, sordido …stitu. G. Tales oportebat Cardinalibus Romanis esse …poculũ. B. Is circumiactu oculu tacitus dinumerat …ut sint in hypocausto: quò plures adesse videt, hoc …lementius accenditur hypocaustũ, etiã si alioqui sol …tio lestus. Hæc apud illos præcipua pars est bonæ tra…ationis, si sudore affluãt omnes. Si quis non assuetus …pori, aperit rimã fenestræ, ne præfocetur, protinus …lit: claudc. Si respõdeas, Non fero, audis; quære igi…ur aliud diuersoriũ. G. Atqui mihi nihil videtur …periculosius, quàm tã multos haurire eũdẽ vapo…ẽ, maximè resoluto corpore: atq; hîc capere cibum, & …mus complures commorari. Iam enim omitto ructus …latus, & vẽtris flatum, halitus putres: multi sunt, …ui morbis occultis laborãt, nec vllus morbus nõ habet …um cõtagium. Certe pleriq; scabiem habẽt Hispani…am, siue, vt quidã vocant, Gallicã: quum sit omnium …ationum cõmunis. Ab his opinor non multò minus …e periculi, quàm à leprosis. Iam tu diuina, quãtum …sriminis sit in pestilẽtia. B. Sunt viri fortes, ista ri…ent ac negligunt. G. Sed interim multorum periculo …rtes sunt. B. Quid facias? Sic assueuerunt, & con…antis est animi, non discedere ab instituto. G. Atqui …ie annos viginti quoque nihil receptius erat apud …rbantos, quàm thermæ publicæ: eæ nũc frigẽt vbiq. …abies enim noua docuit nos abstinere. B. Sed audi …ttera. Post redit ille barbatus Ganymedes, ac lin-

Ironice dixit Ganymedē, quod hic puer delicatus Ioui sit a poculis. Milesia, texta mollia.

teis insternat mensas, quot putat esse satis illi
Sed ô Deũ immortale, quàm nõ Milesijs, canabe
ceres ex antennis detracta: destinauit enim
mensæ conuiuas, vt minimũ octo. Iam quibus
tus mos patrius, accumbunt, vbi cuiq; libitum fuer
Nullum enim discrimen inter pauperem ac diuite
inter herum ac famulũ. G. Hæc est illa vetus æqu
tas, quàm nunc è vita submouit tyrannis. Sic opi
vixisse Christũ cum suis discipulis. B. Postquàm ac
buerũt omnes rursum prodit toruus ille Ganymed
ac denuo denumerat sua sodalitia: mox reuersus
ponit singulis pinacium ligneũ, & cochleare ex t
argento factũ, deinde cyathũ vitreum, aliquanto p
panẽ eum sibi quisq; per ocium repurgat, dum coqu
tur pultes. Ita nonnunquam sedetur ferme hora s
tio. G. Nullus hospitũ interim efflagitat cibũ? B. Nu
lus cui notã regionis ingenium: Tandẽ apponitur
num, Deus bone quàm nõ fumosum. Non aliud o
tebat bibere Sophistas. Tãta est subtilitas & acrim
nia. Quòd si quis hospes, etiam oblata priuatim pe
nia roget, vt aliunde paretur aliud vini genus,
mum dissimulant, sed eo vultu, quasi interfecturi
vrgeas, respõdent: Hîc diuersati sunt tot Comites
Marchiones, neq; quisquam questus est de vino me
non placet, quære tibi aliud diuersorium. Solos en
nobiles suæ gentis habẽt pro hominibus, & horũ i
gnia nunquã nõ ostentant. Iam igitur habent offa
quam obijciant latranti stomacho: mox magna pom

…unt disci. Primus ferme habet offas panis made-
…sorire carniũ, aut si dies est pisculentius, iure le-
…minũ. Deinde aliud ius, pòst aliquid carniũ reco-
…rũ, aut salsamẽtorũ recalfactorũ. Rursus pultis ali-
…id, mox aliquid solidioris cibi, donec probè domito
…macho apponant carnes assas, aut pisces elixos, quos
…pisces omnino contemnere, sed hic parci sunt, &
…bito tollunt. Hoc pacto totum conuiuiũ temperant,
…emadmodũ solent actores fabulariũ, qui scenis ad-
…scent choros, ita isti alternis miscet offas ac pultes.
…uant autẽ, vt extremus actus sit optimus. G. Et hoc
…bui poëtæ. B. Porrò piaculum sit, si quis interim di-
…e, ille hunc discum nemo vescitur. Desidendum est
…ad præscriptum spatium, quod illi clepsydris, vt
…ntur, metiuntur. Tandem prodit ille barbatus, aut
…audacheus ipse vestitu minimum à famulis differẽs,
…rat, ecquid animi nobis sit. Mox adfertur vinum
…liquid generosius. Amant autem eos qui bibũt lar-
…ius, quum nihilo plus soluat ille, qui plurimũ hau-
…sit vini, quàm qui minimũ. G. Mirum gentis inge-
…nium B. Quum nonnunquam sint qui duplo plus ab-
…mant in vino, quàm soluãt pro conuiuio. Sed ante-
…quam finiam hoc cõuiuium, dictu mirum, quis sit ibi
…repitus, ac vocũ tumultus, postquàm omnes cœperũt
…maleſcere potu: quid multis? surda omnia. Admi-
…scet se frequenter ficti moriones, quo genere hominũ,
…quum nullũ sit magis detestandum, tamẽ vix credas,
…quantopere delectetur Germani. Illi cantu, garritu,

clamore, saltatione, pulsu faciunt, vt hypocaustũ v
deatur corruiturũ, neq; quisquã alterũ audiat loqu
tẽ. At interea videtur sibi suauiter viuere, atq; illi
desidendũ est volenti, nolenti, vsq; ad multã nocte
G. Nunc tandẽ absolue conuiuiũ. Nam me quogue
det tam prolixi. B. Faciam. Tandem sublato caseo, q
vix illis placet, nisi putris, ac vermibus scatens, pru
ille barbatus, adferes secum pinaciũ essarium, in q
creta pinxit aliquot circulos, ac semicirculos, id dep
nit in mẽsa, tacitus interim ac tristis, Charontẽ quem
piã diceres. Qui agnoscunt picturã, deponũt pecuni
deinde alius atque alius, donec expleatur pinacium
Deinde notatis qui deposuerunt, supputat tacitus:
nihil desit, annuit capite. G. Quid si supersit? B. Fo
tasse redderet, & faciunt hoc nonnunquam. G. Nem
reclamat iniquæ rationi? B. Nẽmo, qui sapit. Na
protinus audires. Quid tu es hominis? Nihilo pl
solues, quàm alij. G. Liberũ hominum genus nav
B. Quod si quis ex itinere lassus, cupiat mox à ce
petere lectum, iubetur expectare, donec cæteri qu
eant cubitum. G. Videor mihi videre ciuitatem Pl
tonicam. B. Tum suus cuiq; nidus ostenditur, & v
rè nihil aliud quàm cubiculum: tantùm enim ibi le
cti sunt, & præterea nihil quo vtaris aut quod fure
ris. G. Illic mundicies est. B. Eadem quæ in conuiui
lintea fortè lota ante menses sex. Gu. Quid interi
fit de equis? B. Ad eandem disciplinam tractantur
ad quam homines. G. Sed est eadem vbique tracta

B. Alicubi ciuilior est, alicubi durior quàm narrem: verum in genere talis est. G. Quid si ego tibi nunc narrem, quibus modis hospites tractentur in ea parte Italiæ, quam Longobardiã vocãt, rursus in Hibernia, deinde in Anglia, & in Wallia? Nã Anglii partim Gallicos, partim Germanicos mores obtinent, vt ex his duabus gẽtibus misti. Walli se prædicãt esse Toxdoveos Anglos. B. Quæso te vt narres. Nam mihi nunquã cotigit eas adire. G. In præsentia nõ est otiũ. Nam nauta iussit, adessem ad horam tertiã, nisi vellem relinqui, & habet sarcinulam: alias dabitur opportunitas ad satietatem vsque garriendi.

Id est, indigenas, aiunt enim Anglos cæteros ex Gallis, & mox ex Saxonibus esse missos.

ADOLESC. ET SCORTI.

Lucretia, Sophronius.

L. Euge mi lepidissime Sophroni, tãdem nobis redditus es? Nam mihi videris abfuisse seculum. Prima fronte vix te agnoscebam. S. Quam ob rem mea Lucretia? Lu. Quia pro imberbi nobis redisti barbatulus. Quid rei est meum corculum? Nam videre soleo te toruior. S. Cupio tecum seorsim colloqui familiarius. L. Au, an non solæ sumus mea mentula? S. Secedamus in locum secretiorem. L. Agè concedamus in cubiculum interius, si quid libet. S. Nondum hic locus mihi videtur satis secretus. L. Vnde iste nouus pudor? Est mihi musæon, vbi repono mundum meum, locus adeo obscurus, vt vix ego te visura sim, aut tu me. So. Circumspice rimas omnes. Lu. Rima nulla est. So. Nullus est in propinquo, qui nos exaudiat? Lu. Ne

Sophronius cõtinens, tẽperans.

Musæon pro secretiori cubiculo.

musca quidem, me lux. Quid tunc tu? S. Fallen
hic oculos dei? L. Nequaquã, ille perspicit omnia. S. Et
angelorũ? L. Illorum oculos non licet effugere. S. Qui
fit igitur, vt nõ pudeat homines id facere coram vide
dei, ac testibus sanctis angelis, quod puderet facere
cõspectu hominũ? L. Quid hoc nouæ rei est? venisti hu
cõcionaturus? Indue cucullã Franciscanam, conscen
suggestum, & audiamus te barbatule. S. Nec ist
grauarer facere, si te queã ab isto vitæ genere renuce
re nõ solum turpissimo, verum etiã miserrimo. L. Qu
Fundus.i. re- *ob rẽ ô bone? victus alicunde parãdus est. Sua quis*
ditus: nã fru- *alit ars, hoc est nostrum opificium, hic fundus nostr*
ctus annuos *S. Optarim, mea Lucretia, vt excussa paulisper ista a*
reddit fũdus. *nimi temulentia, rem ipsam mecũ consideres. L. Seru*
Vjuamus, *concionem tuam in aliud tempus: nunc viuamus m*
pro gaudea- *Saphroni. S. Tu quæstus gratia facis, quicquid faci*
mus, siue læte *L. Non multũ aberrasti à scopo. S. Nihil decedet tu*
agamus. *lucro, dabo quadruplum, vt auscultes tantùm. L. Di*
quæ voles. S. Primum illud mihi respondе, Habes
quæ tibi malè volunt? L. Non vnam. S. Et quas
vicissim odisti? L. Vt merentur. S. Proinde si possis il
li facere rem gratam, faceréne? L. Citius miscerem
illis toxicum. S. Atqui cogita nũc, an illis quicquam
potueris facere gratius, quàm quòd vident te viuere
hanc vitam dedecorosam, ac miserrimam. Quid au
tem poteras facere molestius ijs, qui tibi bene volunt
L. Sic erat fatum meum. S. Iam quod esse solet omni
um difficillimum ijs, qui deportantur in insulas, aut

relegan-

legantur ad extremos orbis barbaros, hoc tu tibi
apte ſponte ſumpſiſti. L. Quidnam eſt iſtud? S. Ita
ſponte renũciaſti omnibus affectibus, patri, matri,
ſtribus, ſororibus, amitæ, matertera, cæterisq́, quos
ng tibi natura cõiunxit? Nã & illos tui pudet, nec
ſuſtines in illorum venire conſpectum. L. Feliciter
mutaui affectus meos: pro paucis enim nunc habeo
lurimos, quorum tu es vnus, mihi fratris loco ſemper
abitus S. Mitte iocos, ac rẽ ipſam, vt habet expende
rio. Quæ tã multos habet amicos, ea nullam habet a-
icũ, mihi crede Lucretia. Nã qui ad te cõmeant, nõ
abent te pro amica, ſed pro matula potius. Vide quò
ipſam deieceris misera. Chriſtus te tam charam ha-
uit, vt te ſuo ſanguine redemerit, vt te cœleſtis hæ-
reditatis conſortem eſſe voluerit, & tu te facis cloacã
ublicã, ad quam cõmeant quilibet ſordidi, impuri,
ſcabioſi, ſuamq́ue ſpurcitiam in te repurgant. Quòd ſi
unãum eius lepræ contagiũ, quam vocant ſcabiem
Hiſpanicã, attigit te, nõ diu te poteris effugere. Quòd
ſpãt, quid te infelicius, etiam ſi cætera eſſent ſecun-
da, putares & fama, quid aliud eris, quàm vinum
audauer? Matri grauaberis eſſe morigera, nunc ſer-
uiſſe turpiſſimæ. Parentis audire monita tædebat,
hic ſæpe tibi vapulandum eſt ab ebrijs & inſanis
ſcortoribus. Pigebat aliquid operis facere domi, quò
victum quæreres: hîc quos tumultus, quæ pernigi-
lia ſuſtines? L. Vnde nobis hic concionator nouus?
IO. Iam mihi illud fac cogites. Iſte formæ flos,

qui

qui conciliat amatores breui defluxerit. Quid tu
facies misera? Quadsterquiliniũ te fuerit abiectius
fies ex meretrice lena. Nõ omnibus cõtingit ista dig
nitas: & si contingat, quid sceleratius, aut quid di
bolicæ malitiæ vicinius? L. Vera sunt mi Sophro
propemodũ, quæ dicis omnia. Sed vnde tibi ista nu
sanctimonia, qui soleas esse nugator omniũ nugacis
mus? Nemo te vno frequẽtius aut intempestiuius li
commeabat. Audio te fuisse Romæ. S. Fui. L. Atq
inde solent redire deteriores. Quo pacto tibi diuersu
accidit? S. Dicam, quia non eodem animo, modoq; R
miam adij. Cæteri fere ideo eunt Romã, vt redeant d
teriores: & ad eã rem ibi suppetunt affatim occasi
nes: Ego cum probo viro profectus sum, cuius hortat
pro lagena libellum mecũ attuli, Nouũ testamentu
ab Erasmo versum. L. Ab Erasmo? Aiunt illum e
sesquihæreticum. S. Num & huc peruenit illius vi
nomen? L. Nullũ celebrius apud nos. S. Vidistin' h
minẽ? L. Nunquã, sed optarim vidisse, de quo tã mu
ta audiui mala. S. Fortassis à malis. L. Imò à viris re
uerendis. S. A quibus? L. Nõ expedit dicere. S. Qua
ob rem? L. Quia si tu effutires, & res permanaret a
illos, meo quæstui non minima portio decederet.
Ne metue, lapidi dixeris. L. Admoue aurem.
Inepta, quid opus est admota aure, quum simus sol
an ne deus exaudiat? Proh deum immortalem, vi
deo te piam meretricem, quæ mendicos subleues elee
mosyna. L. At ego ex istis mendicis plus capio luc
quã

Admo. au. Est hoc vsu receptum vt res filẽdas etiã si duo soli sint in agro, tamẽ qui loquetur, dicat

tis lenitribus S. spoliant matronas bonas, ...ùm ex vobis aliquibus S. spoliant matronas bonas, ...effundant in meretrices malas. L. Sed perge de li... ...o. S. Faciam, & præstat. Ibi me docuit Paulus, qui ...sset mentiri, quòd nec scorta, nec scortatores regni ...lestis hæreditatem cõsequentur. Hoc vbi legissem, ...cepi cogitare apud me: modicares est, quã expectꝫ ...hæreditate paterna, & tamen malim renuntiari ...rtis omnibus, quàm à patre exhæredari: quãtò ma... ...uendum est, ne me exhæredet pater cælestis? Et ...uersus exhæredantem aut abdicantem patrem, ali... ...præsidiũ porrigunt humanæ leges: aduersus ex... ...edantem deũ, nihil est suffragij. Itaq; mihi proti... ...interdixi omnem scortorum vsum. L. Si quidem ...cõtinere. S. Bonæ continentiæ pars est, ex animo ...tinentem esse velle. Postremò supererat extremũ ma... ...remedium. Vxor. Romæ in Pœnitentiarij sinum to... ...um Augiæ stabulum effudi: is multis prudenter ...tatus ad puritatem animi & corporis, ad sacram ...ionem, ad crebras preces, ad vitæ sobrietatem, pro ...na nihil aliud indixit, quàm vt flexis genibus ad ...mũ dicere dicerem psalmum, Miserere mei deus: ...si mihi supperetet pecunia, darem egenti cuipiam ...rolinũ vnum. Admiranti mihi quod pro tot scor... ...tionibus tãtillũ pœne infligeret, satis facetè respõdit, ...fili, inquit, si verè pœnites, si vitã cõmutas, nihil mo... ...ur pœnæ: sin perges, ipsa libido tãdem abs te plus satis ...narum exiget, etiãsi sacerdos non indicat. Me vi... ...delippum, tremulum, incuruum: at olim talis eram,

vocesubmis... fiore, cum nihil sit opus. Mendi. subleuet. Videtur significasse nescio quæ de monachis mendicitatẽ professis.

Augiæ stab. vide prouerb. in collectis sordibus.

qualem

qualem te hactenus fuisse prædicas. Sic ego respui
Ergo, vt video, perdidi meum Sophroniu. S. Imò lu
crifecisti. Nam ante perierat, nec sibi amicus, nec tib
Is nũc te verè amat, ac tuã sitit salutem. L. Quidi
tur suades mi Sophroni? S. Vt quàm primùm te fu
ducas ab ista vita. Adhuc puella es: quod contra
est labis, potest elui. Aut nube marito, nos aliqua
dotem cõferemus: aut confer te in collegium aliqu
sacrum, quod lapsas recipit: aut cõmutato loco de
te in familiam alicuius honestæ matronæ. Ad hæru
quodlibet offero tibi operam meam. L. Amabo te
Sophroni, circumspicito, sequar tuum consilium. S. Se
interim hinc te submoueto. L. Hui tam cito? S. C
non potius hodie quàm cras, si dilatio damnum h
bet, mora periculum? L. Quo me vertã? S. Colliges on
nem mundum tuum, cum trades mihi vesperi: fam
lus clàm deferet ad fidelem matronã: aliquãtò post
go te producã, veluti deambulandi gratia: apud ea
matronã latitabis meo sumptu, donec tibi prospexer
id fiet breui. L. Age mi Sophroni, trado me totam
tuam fidem. S. Gaudebis olim facto.

Hilarius, Leonardus, Crato, Conuiuæ, Marga-
reta, Carinus, Eubulus, Sbrulius, Parthe-
nius, Mus seruus Hilarij.

Lactuc. sessi-
les quod non
erigant sese,
sed humi spar
gant sese.

H. Leuis apparatus, animus est lautissimus. L. Co
nam sinistro es auspicatus omine. H. Imò absit ome
triste. Sed cur hoc putas? L. Cruenti iambi haud con
gruunt conuiuio. C. Euge certum est adesse Musas, s
fluun

unt termina imprudentibus.
Si rotatiles trochæos manelis, en accipe:
ilis apparatus hic est, animus est lautissimus.
Quanquã & iambi olim ad rixas ac pugnas nati,
dicerũt omni seruire materiæ. O pepones, habe-
pepones in horto nostro natos. En lactucas sessiles,
tenerrimo suo nomini respõdentes. Has delicias
sanus non præferat apris, murænis & attagenis?
silicet in conuiuio poëtico vera loqui, quas tu la-
tucas vocas, betæ sunt. H. Hoc omen auertant superi.
Sic res habet, vide figurã. Tum vbi succus lacteus,
bi milles aculei? H. Facis vt addubitẽ. Heus accerse
hanc famulam. Margareta, Tesiphone, quid tibi venit
mentem, vt pro lactucis nobis apponeres betas? M.
Date opera feci. H. Quid ais venefica? M. Volebam
experiri, an inter tot poëtas esset, qui lactucã digne-
nt à beta: nam scio te non posse dignoscere. Dici-
mihi bona fide, quis animadtiertit esse betas? C.
rato. M. Facilè diuinabam non fuisse poëtam. H.
i quid tale posthæc designarit, ego te pro Marga-
ta vocabo Bliteam. C. Ha ha ha. M. Istæ no-
menclaturæ nec obesiorem me reddunt, nec maci-
lentiorem, sæpe vicies in die mihi commutat nomen:
bi quid cupit eblandiri, vocat me Galateam, Eu-
terpen, Calliopen, Callirhoên, Melissam, Venerem,
Mineruam. Quid non? Vbi quid stomachatur, re-
pente fio Tesiphone, Megara, Alecto, Medusa,
Bauci, aut aliud, quicquid illi suggesserit splen-
dida

Bliteã Alius dit ad gẽmã laudatissimã: & Græci betã appellant, Bliton, vnde bliteos appellamus stultos ac nihili, eo quod beta vilis & insipida herba ẽ. Galatheam à colore lacteo. Euterpen à delectando, musæ nomen est. Calliopen à pulchritudine vocis. Callirhoen, nympha quod pulchre fluat. Melissa, apis opinor fuisse ancillã Chrysippi. Bauci, anus & pauperecula apud Ouidium. Splẽdida bilis alluſit ad illud Ho. Siue aliud nomẽ inſeit quod ſplẽdida bilis .i. inſania.

dida bilis. H. Abi hinc cũ tuis betis Blitea. M. Quor
ſum attinebat huc euocare? H. Vt redires vnde v
neras. M. Vetus dictũ eſt. Procliuius eſt, euocare cac
dæmonem, quàm abigere. C. Ha ha hæ, appoſitè. V
bi res habet Hilari, opus eſt aliquo carmine ma
co, quo illam hinc abigas. H I. Habeo in promp
φεύγετε κανθαρίδες, λύκος ἄγριος ὑμετέρ
M. Quid ais Æſope? C. Caue tibi Hilari, impin
colaphum, ſic abegiſti tuo Græco carmine. O magn
egregium. H. Quid tu credis Crato eſſe hanc? Ego t
carmine abegiſſem decem magnos cacodæmones.
Pili nõ facio tuos verſus Græcanicos. H. Adhibend
eſt igitur, vt video, bõbus magicus, aut ſi nec hic ſ
ficiet, Mercurij caduceũ. C. Mea Margareta, ſeu p
tarũ genus eſſe afflatum, non auſim dicere furioſu
rogo te, vt iſtam rixã in aliud tempus proroges, n
hac cœna, vel mea cauſa ſuauiter tractes. M. Q
mihi cũ iſtius verſiculis? Sæpenumero cùm eſt eun
ad macellum, non habet quod numeret, & inter
cãtillat verſiculos. C. Sic ſunt poëtæ. Sed agè fac ſod
quod dico. M. Equidem faciã in tuam gratiam, q
niam noui te probum, qui nunquàm contriueris
rebrum tuum in eiuſmodi deliramentis, ac demi
quo fato in hunc incideris chorũ. C. Vnde id cõiec
M. Quia naſus obeſior, & oculi nitentes & corp
ſucculentum. Nunc mihi huius naſum contempla
& riſum Sardonium. C. Sed obſecro, meũ ſuauiu
& iſtam miră mihi condones. M. Abeo, nec poſtu

Pheug. &c. hoc carmen Pli. indicat vſurpari ſolere in magicis remedijs .i. Fugite cantharides lupus crudelis vos perſequitur. Cãtharis inſecti genus, venenum habens lethale. Mercu caduceũ. Hac virga dat & adimit ſomnos, hac animas euocat orco, & rurſum quas velit in tartara mittit. Lege Virgiliũ in 4. Æneid.

H. Nunc experiamur, cui hortus ſuppeditet plures
ntētias. L. Quid ni faciat tam diues? Vel hoc roſe-
am mihi ſuggeret quod dicam. Vt breuis eſt roſa ni-
r, ita fugax eſt iuuētus: properas carpere roſam prius
am marceſcat, magis adnitendum eſt, ne ſine fru-
u tibi effluat iuuentus. H. Thema ſatis aptum car-
ni. C. Vt inter arbores ſuus cuiq; fœtus eſt, ita inter
mines ſua cuiq; dotes ſunt. E. Vt terra ſi excolatur,
rias opes gignit in vſus humanos, neglecta ſpinis
vepribus obducitur: ita hominis ingenium ſi ex-
latur optimis ſtudijs, plurimas edit virtutes: ſin
erſus, varijs occupatur vitijs. S. Hortus quotannis
olendus eſt, vt niteat: animus ſemel excultus hone-
ijs ſtudijs, perpetuò floret ac vernat. P. Vt amœnitas
rtorū non auocat animum ab honeſtis ſtudijs, ſed
d hæc inuitat potius: ita quærēdi ſunt luſus ac ioci,
non abſunt à literis. H. Euge video examen ſen-
ntiarum. Nunc ad verſus, ſed antequam id aggre-
diamur, mea ſentētia, fuerit exercitatio neq; inelegās,
nec infrugifera, ſi primam ſentētiam toties reddamus
Gratis verſiculis, quoties reddidimus Latinis. Hic
uſpicabitur Leonardus iam olim familiaris Muſis
Gratanicis. L. Ineptiā ſi iubes. H. Iubeo atq; impero. L.

ὁ κῆπος ἐσὶν ἄνθεσιν γελῶν καλοῖς,
ὁ δὲ νοῦς μαλ' ἀυχμῶν, τοῖς καλοῖς μαθήμασιν
οὐκ ἔστ' κόμψος, οὗτος οὐκ ὀρθῶς φρονεῖ,
περὶ πλείονος ποιῶν τὰ φαῦλ' ἢ κρείττονα.

S. Ego

Ego præsu. Allulit ad Salios sacerdotes Martis, ni fallor, qui saltabĩ in pompa, præsul autẽ, qui saltat primus. Est in quibusdam choreis mos, vt vnus solus auspicetur saltationẽ. Vnde quisquis alijs cunctantibus rem exordit, dicitur incepisse choream.

Ego præsulem egi, succedet qui volet. H. Carin
C. Imo Hilarius. L. Sed video Margaretã interue
re, adfert nescio quid deliciarũ. M. Si id fecerit, me
fellerit mea furia. Quid adfers? M. Sinapi qu
tis vestra bellaria: an nõ pudet hic garrire in mul
nocte, & postea vos poëtæ multa blateratis in lu
citatem fœminarũ? C. Haud malè monet Marga
iã tẽpus est, vt suũ quisq; nidũ adeat, alias in hoc
cherrimo certaminis genere vel solidũ diem cõsu
mus. H. Sed cui addicis præmiũ? C. In præsentia q
mihi ipsi addico. Nullus enim vicit præter vnũ me
Qui vicisti, qui nõ certaueris? C. Vos certastis ac
decertastis. Ego, quod nemo vestrũ potuit, vic M
garetam. C. Hilari, æquũ postulat, auferat calath

Veioues sunt Ioues sinistri & noxij. Sic vocãt poëtæ Ioem. Veiouem. Brut. fulm. Pii. li. 1. c. 43

INQVISITIO DE FIDE.

Auius, Barbatius.

A. Puerorum est cantilena: Saluta libenter. Ve
haud scio, an mihi fas sit tibi dicere salutem. B. E
dem malim qui det salutẽ, quàm qui dicat. Sed q
ob rem istbuc ais Aule? A. Quam ob rem? Qu
scire vis, oles aut sulphur, aut fulmẽ Iouis. B. Sun
Veiones, sunt bruta fulmina, multum etiam ori
dissidentia à fatidicis. Nã, vt suspicor tu de anu
mate sentis. A. Rem coniectas. B. Audiui qui
horrenda tonitrua, fulminis ictum non sensi. A.
sic? B. Quia nihilo peius concoquo, nec irrequi
dormio. A. Sed hoc periculosius solet esse malum,
non sentitur. Verum hæc bruta fulmina, quæ

, ferunt montes & maria. B. Feriunt, sed irritus
bus. Est & fulgur è vitro seu vase æreo. A. Certe
rilat & hoc. B. Verum, sed pueros. Solus Deus ha-
fulmen, quo feriat animã. A. Quid si Deus est in
vicario? B. Vtinam sit. A. Imò multi demirantur
undum non esse quouis carbone atriorẽ. B. Finge
tidem. Atqui tantò magis erat optãda salus per-
placet Euangelica doctrina. A. Optanda qui-
m, at non dicẽda. B. Cur ita? A. Quò pudescat ictus
me, ac resipiscat. B. Si sic nobiscum egisset Deus,
rimus omnes. A. Quam ob rem? B. Quia quum
mimici Dei, cultores idolorum, militantes in
ra satanæ, hoc est modis omnibus excõmunicatis-
, tum ille maximè nobiscum confabulatus est per
um suum, suoq; colloquio nos restituit in vitã, quũ
mortui. A. Ista quidem verè narras. B. Imò
dageretur cum omnibus ægrotis, si Medicus fu-
t alloquium, quoties ingens morbus grauat mise-
m: imo tum maxime conueniebat adesse Medicũ.
A. At ego metuo, ne tu mihi citius affles aliquid
i mali, quàm fiat vt tuo morbo medear. Nonnũquã
venit, vt pro Medico fiat palestrites, qui visit æ-
tũ. B. Ita quidem vsu venit in corporũ morbis, ve-
in animi malis est tibi parata antidotus aduersum
e cõtagiũ. A. Quænam? B. Adamãtinũ propositũ
nõ diuelli à sentẽtia semel defixa. Deinde cur pale-
metuis, vbi res verbis agitur? A. Est aliqd quod
, si modo spes sit profectus. B. Prouerbio dicitur.

Brutæ, quia sine ratione veniunt, nec quicquã portẽdunt. Fatedica prædicũs aliquid. Mõtes & maria. Refert Plinij verba ex eo loco, quem modo citaui.

Palestrites, id est, luctator, nimiũ quum inuisit phreneticum.

Donec ſpirat homo, ſperandũ eſſe. Et iuxta Paul
Charitas neſcit deſperare, quia ſperat omnia. A. N
peßime mones, atq; hac ſpe puto mihi fas eſſe tecũ m
ſcere ſermonem aliquantiſper, ac ſi pateris, Medicu
agam. B. Licet. A. Vulgo ſunt inuiſi percontatores. B
tamen in Medicis probãtur, qui percontantur de ſi
gulis. B. Percontare à cælo vſq; ad terram, ſi libet. A
Experiar, modo fidem des te reſponſurum ex anim
B. Do, modo ſciam qua de re velis percontari. A.
ſymbolo apoſtolorum. B. Audio militare verbum, a
recuſo haberi pro haſte Chriſti, ſi quid hîc fefelle

Deus pater.

A. Credis in Deum patrem omnipotentem, qui c
diderit cælum & terrã? B. Et quicquid cælo terr
continetur, atq; etiam mente, angelicas. A. Quu
Deum dicis, quid ſentis? B. Sentio mentem eſſe qu
dam æternam, quæ nec initium habuerit, nec finem
habitura, qua nihil eſſe poteſt nec maius, nec ſapie
tius, nec melius. A. Iſta quidem ſatis piè. B. Quæ nu
ſuo omnipotenti condidit quicquid eſt rerum viſib
lium: quæ ſapientia mirabili moderatur, ac gube
nat vniuerſa, ſua bonitate paſcit ac ſeruat omnia, a
hominũ genus collapſum gratuitò reſtituit. A. Su
quidem iſta tria præcipua in Deo: Sed quid fruct
capis ex iſtorum cognitione? B. Quum omnipotente
cogito, me totum illi ſubmitto, ad cuius maieſtate
nihil eſt hominũ aut angelorum ſublimitas. Dein
ple ia fiducia credo, quod ab illo factum tradũt ſac
literæ, ſimulq; futurum quicquid ille promiſit: quã
nu

utu quicquid vult, potest, quãtumuis homini videa-
r impossibile. Ita sit vt meis viribus diffisus, totus
illo pendeam, qui potest omnia. Vbi sapientiã illius
tueor: nihil tribuo meæ sapientiæ. Verùm credo om-
a rectissimè iustissimeq; ab eo fieri, etiãsi iuxta sen-
um humanum videantur absurda aut iniqua. Cum
nitatem consydero, video nihil esse in me quod illius
ratuitæ beneficentiæ non debeam: & nullũ arbitror
se tantùm crimen, quod ille nolit ignoscere resipiscẽ-
: neq; quidquam esse, quod ille nõ sit largiturus cum
ducia potenti. A. Num satis esse putas, quod credis
llum esse talẽ? B. Nequãquam, sed syncero affectu to-
am fiduciam ac spem in illum vnum transfero, dete-
stãs satanam omnemq; idololatriam, & quicquid est
tium magicarum. Illum solum adoro, nihil illi nec
referẽs, nec æquans, non angelum, non parentes, non
beros, non vxorem, non principem, non opes, non ho-
ores, non voluptates, paratus & vitam illius caussa
pendere, si iusserit, certus eum nõ posse perire, qui se to-
tum illi tradiderit. A. Nihil igitur colis, nihil times,
nihil amas, nisi vnum Deum? B. Si quid veneror, si
quid metuo, si quid amo præter eum: eius caussa amo,
metuo, colo, omnia ad illius gloriam referens, semper
illi gratias agens, siue læta contingunt, siue tristia: siue
mori datur, siue viuere. A. Sana quidem est hactenus
tua oratio. De secunda persona quid sentis? B. Sci-
scitare. A. Credis Iesum fuisse Deum & hominem? Deus filius.
B. Maximè. A. Quî fieri potuit, vt idem sit Deus

immortalis, & homo mortalis? B. Isthuc illi facile fu
efficere, qui quicquid vult, potest. Et ob diuinam n
turã, quam eãdem habet cum patre, quicquid magn
tudinis, sapientiæ & bonitatis attribuo patri, id a
tribuo & filio: quicquid debeo patri, debeo & fili
nisi quòd ita visum est patri, vt per filiũ conderet
donaret nobis omnia. A. Quur igitur sacræ litera
lium frequentius appellãt dominũ quàm Deũ? B. Qu
Deus auctoritatis, hoc est principatus est nomen, q
patri præcipuè conuenit, qui simpliciter principiũ
omnium, atq; ipsius etiam deitatis fons. Dominus,
demptoris & assertoris vocabulum est. Quanquã
pater redemit per filiũ, & filius Deus est, sed ex D
patre. Solus autẽ pater à nullo est, & in personis diu
nis principem locũ obtinet. A. Ergo & in Iesu col
cas tuam fiduciam. B. Quidni? A. Sed propheta ma
ledictũ dicit qui fidit in homine. B. Sed huic vni ho
mini data est omnis potestas in cælo & in terra, v
nomine eius flectatur omne genu, cœlestiũ, terrestriũ
& inferorũ. Quãquã nec in hoc fiduciæ spei q; meæ fi
crã, vt aiunt, ancorã figerem, ni Deus esset. A. Qua
eum filiũ appellat? B. Ne quis somniet esse creaturam
A. Quur vnicũ? B. Vt discernat naturæ filiũ à fili
adoptiuis, cuius cognominis honorẽ nobis criã impar
tit, vt neminẽ præter hũc aliũ expectemus. A. Quur
eum qui Deus erat, hominem fieri voluit? B. Vt ho
mines homo reconciliaret Deo. A. Credis conceptum
citra virilem operam, opificio spiritus sancti, ac natum

Ne quis somniet &c. Arrius dicit filiũ Dei etiam iuxta perfectissimam naturam fuisse creaturam.

interrupta Virgine Maria, de illius ſubſtãtia ſum-
mortali corpore? B. Maximè. A. Quur ſic naſci
uit? B. Quia ſic decebat naſci Deum, ſic decebat
ſci, qui noſtræ conceptionis ac natiuitatis ſordes pu-
caret. Hominis filius naſci voluit Deus, vt nos in
renaſcentes efficeremur filij Dei. A. Credis illum
erſatũ in terris, ea geſſiſſe miracula, ea docuiſſe, quæ
ndita ſunt in literis Euangelicis? B. Certius quàm
credo eſſe hominem. A. Non ſum inuerſus Apu-
ium, vt ſuſpiceris aſinum latere ſub hominis ſpecie.
id credis hũc eundem eſſe Meſſiam illum, quem de-
linarant figuræ legis, quem promiſerant oracula pro-
hetarũ, quẽ tot ſæculis expectarant Iudæi? B. Nihil
habeo perſuaſius. A. Credis huius doctrinam ac vitã
fficere ad perfectã pietatem? B. Admodũ. A. Cre-
s eundem verè comprehenſum à Iudæis, vinctum,
olaphis & alaphis cæſum, conſputũ, irriſum, flagel-
atum ſub Pontio Pilato, ac demiq; ſuffixum in crucẽ,
tq; inibi mortuũ? B. Maximè. A. Credis illũ ab omni
lege peccati cuiuſcunq; fuiſſe immunem? B. Quid ni?
Agnũ abſq; macula. A. Credis illum ſua ſponte hæc
mnia perpeſſum? B. Imò libẽter, atq; etiam fitienter,
ſed ex voluntate patris. A. Quur pater filium ſuum
nicũ innocẽtem ſibiq; chariſſimum, hæc tam atrocia
pati voluit? B. Vt hac victima nos nocentes ſibi recon-
ciliaret, in illius nomen collocantes fiduciam ac ſpem
noſtram. A. Quur deus paſſus eſt ſic collabi totum
mmanum genus? Et ſi paſſus eſt, non potuit alia via

At qui natu-
ra filius eſt,
gignitur ex
ſubſtãtia pa-
tris. Dei ſub-
ſtantia indi-
uiſibilis eſt,
eandẽ igitur
oportet eſſe
patris & filij:
de diuinis
perſonis lo-
quor.
Apuleius, nã
is mẽtem ho-
minis tegebat
ſub aſinina
ſpecie, quum
multi ſunt,
qui ſub hu-
mana ſpecie
tegunt aſinũ.

ſarciendi ruinam noſtram? B. Hoc mihi perſuaſit non humana ratio, ſed fides, nulla ratione potuiſſe fieri melius, neq; ad ſalutem noſtrã vtilius. A. Quur hoc mortis genus illi potiſſimũ placuit? Quia iuxta mundum erat probroſiſſimum: quia diri lentiq; cruciatus: quia conueniebat illi, qui porrectis in omnem mundi plagam membris, omneis orbis nationes inuitaret ad ſalutẽ, & homines terrenis curis affixos euocaret ad cæleſtia. Deniq; vt nobis referret ſerpentem æneum, quem Moſes ſuſpenderat in ſtipite, vt quicunq; deſpicerent in illum oculos, ſanarentur à vulnere ſerpentũ: fidemq; prophetæ liberaret, qui prædixerat: Dicite in nationibus, regnauit à ligno deus. A. Quur & ſepeliri voluit idq; tã accuratè, oblitus myrrha & vnguentis, incluſus nouo monumẽto è ſolido viuoq; ſaxo excifo, obſignato oſtio, adhibitis etiam cuſtodibus publicis? B. Quò magis conſtaret eſſe verè mortuum. A. Quur non ſtatim reuixit? B. Hac ipſa de cauſa. Etenim ſi mors fuiſſet ambigua, fuiſſet & ambigua reſurrectio, ſed hanc voluit eſſe certiſſimam. A. Credis huius animam deſcendiſſe ad infernos? B. Hanc particulam non fuiſſe quondam additam nec in ſymbolo Romano, nec in ſymbolo Orientacium eccleſiarũ, teſtis eſt Cyprianus, nec recenſetur apud Tertullianum vetuſtiſſimum ſcriptorum: ego tamen & hoc firmiter credo, vel quia congruit cum prophetia pſalmi, Nõ derelinques animã meam in inferno: & rurſus, Domine eduxiſti ab inferno animam meam: vel quia

Viuo ſaxo. An ſaxa naſcãtur & augeſcãt in cer-tum. Viua tamen ſaxa dicuntur, quod nondum ſuo loco ſunt a-mota.

quia Petrus apostolus in epistolæ prioris, de cuius auctore nunquam fuit dubitatum, capite tertio scripsit hunc in modũ: Mortificatus quidem carne, viuificatus autem spiritu, in quo & his qui in carcere erant, spiritu veniens prædicauit. Verũ vt credo descendisse ad inferos, ita nõ credo illic aliquod esse passum: descendit enim, nõ vt illic cruciaretur, sed vt nobis frangeret regnũ satanæ. A. Nihil adhuc impiũ audio: sed mortuus est, vt nos peccato mortuos, reuocaret ad vitam. Cæterũ quur reuixit? B. Tribus potißimum de causis. A. Quibus? C. Primũ, vt nobis certã spem faceret resurrectionis. Deinde, vt sciremus eũ immortalẽ esse, nec vnquam moriturum, in quò præsidia salutis nostræ collocauimus. Postremò, vt nos quoq; per pœnitentiam mortui peccatis, per baptismum vnà cum illo sepulti, per gratiam eius reuocemur ad vitæ nouitatem. A. Credísne, quòd idem corpus, quod mortuum fuit in cruce, quod reuixit in sepulchro, quod visum & contrectatum est discipulis, subuexerit in cœlum? B. Maximè. A. Quur voluit relinquere terras? B. Vt illum omnes spiritualiter amaremus, neq; quisquã in terris sibi Christum propriè vindicaret, sed omnes ex æquo tolleremus animos in cœlum, scientes illic esse caput nostrum. Etenim si nunc homines tantopere sibi placent ob vestis colorem ac figuram, quumquíe sit quidam ostentant sanguinem aut præputium Christi, & lac matris Virginis: quid credis futurum, si mansisset in terris vestitus, comedens, loquens? Quæ

dissidia parassent ista corporis peculiaria? A. Credis illic immortalitate donatum assidere ad dextram patri? B. Quid ni? vt rerum omniũ dominum, & totius regni paterni consortem. Hoc ipse discipulis promiserat futurum, atq; hoc spectaculum exhibuit Stephano martyri suo. A. Cur hoc exhibuit? B. Ne nos vlla in re trepidaremus, gnari quàm potentem patronum ac dominũ habeamus in cœlis. A. Credis illũ eodem corpore rediturum, vt iudicet viuos & mortuos? B. Quam habeo certũ esse hactenus peracta, quæ prophetæ de Christo prædixerant: tam habeo certũ fore quicquid in posterũ voluit nos expectare. Prior aduentus exhibitus est iuxta vaticinia prophetarum, quo venit humilis, vt nos institueret ac seruaret. Exhibebitur & secundus, quo veniet sublimis in gloria patris: ante cuius tribunal sisti cogentur omnes homines cuiuscunque nationis, cuiuscunq; status, siue reges, siue plebeij, siue Græci, siue Scythæ: nec solùm hi, quos aduentus ille deprehendet viuos, verum etiam omnes qui ab initio mũdi vsq; illud tempus mortui fuerint, subitò reuiuiscent, & suo quisq; corpore cõstituet iudicem. Aderunt & angeli beati, tanquam famuli fideles: aderunt & dæmones iudicandi: Tum è sublimi pronunciabit illã ineuitabilem sententiã, qua diabolũ cum his, qui illi adhæserunt, tradet æternis supplicijs, vt postea nulli possit nocere: pios transferet in consortium regni cœlestis, tutos ab omni molestia: quanquam huius aduentus diem nobis ignotum esse voluit,

volui. A. Nihil adhuc audio morbi. Veniamus igitur ad tertiam personam. B. Vt videtur. A. Credis in spiritum sanctum? B. Credo hunc esse verum Deum cùm patre & filio. Credo hoc spiritu afflatos fuisse, qui nobis veteris ac noui Testamenti libros tradiderunt, sine cuius ope nemo peruenit ad salutem. A. Cur appellatur spiritus? B. Quia quemadmodum corpora nostra viuunt halitu, ita tacito sancti spiritus afflatu viuificantur animi nostri. A. An non licet patrem vocare spiritum? B. Quid ni? An non igitur confunduntur personæ? B. Non. Nam pater spiritus dicitur, quod sit incorporeus, id quod omnibus personis est commune iuxta naturã diuinam. Sed tertia persona dicitur spiritus, quòd alicunde spiret, & per animos sese transfundat insensibiliter, velut à terra seu fluuijs spirant auræ. A. Cur personæ secundæ tribuitur nomen filij? C. Ob perfectam naturæ & voluntatis similitudinem. A. Est filius similior patri, quã spiritus sanctus? Ba. Non iuxta naturam diuinam, nisi quod hoc magis refert proprietatem patris, quòd ab ipso quoque procedat spiritus sanctus. A. Quid igitur prohibet spiritum sanctum appellari filium? Ba. Quia cum diuo Hilario nusquam hunc lego genitum, nec huius lego patrem: spiritum & procedentem lego. Au. Cur in symbolo solus pater dicitur Deus? Ba. Quòd hic, vt dixi, simpliciter sit auctor omnium, quæ sunt, ac totius deitatis fons. Au. Dic clarius. Ba. Quoniam nihil nominari potest,

Deus spiritus sanctus.

cuius

cuius origo non manat à patre. Siquidem hoc ipsum quòd filius ac spiritus sanctus deus est, patri acceptũ referunt. Præcipua igitur auctoritas, hoc est originis ratio, est in patre solo, quòd vnus ille à nullo est. In symbolo tamẽ sic accipi potest, vt dei nomen nõ sit personæ propriũ, sed in genere positum, quod mox per patris filij, & spiritus sancti vocabulũ distinguatur in vnũ deum, quæ naturæ vox cõprehendit patrem, filiũ, & spiritũ sanctum, hoc est, tres personas. A. Credis in sanctã ecclesiã? B. Non. A. Quid ais, nõ credis? B. Credo sanctã ecclesiã, quæ est corpus Christi, hoc est, congregatio quædã omniũ per vniuersum orbem, qui consentiunt in fide Euangelica, qui colunt vnũ deũ patrem, qui totam suam fiduciam collocant in eius filio, qui eodem huius spiritu aguntur, à cuius consortio resecatur, quisquis admittit crimen letale. A. Quur horres dicere, Credo in sanctam ecclesiam? B. Quia sic me docuit diuus Cyprianus, in solum deum esse credendũ, in quo simpliciter omnem fiduciã reponimus. Ecclesia verò propriè dicta, quanquam nõ constat nisi ex bonis, tamen ex hominibus constat, qui ex bonis possunt fieri mali, qui falli possũt & fallere. A. Quid sentis de communione sanctorum? B. Hic articulus omnino non attingitur apud Cyprianũ, cùm ille nominatim indicet, quid in quibus ecclesijs plus habeatur aut minus. Sic enim ille connectit. Sequitur namque post hunc sermonem, sanctam ecclesiam, remissionem peccatorum, huius carnis resurrectionem: At

Credere ecclesiam.

Sanctorum cõmunio.

nonnullis

nonnullis videtur hæc pars nõ esse diuersa à superiore, sed explicare & infigere quod modo dictum erat, sanctã ecclesiam: vt nihil aliud sit ecclesia, quàm vnius dei, vnius euãgelij, vnius fidei, vnius spei professio, eiusdem spiritus, eorundem sacramentorũ participatio: breuiter, talis quædam cõmunio bonorum omnium inter omnes pios, qui fuerunt ab initio mundi vsq; ad finem, qualis est membrorũ corporis inter ipsa societas, sic vt aliorum benefacta subueniant alijs, donec viua sunt membra corporis. Cæterùm extra societatem hanc ne propria quidem benefacta conducunt cuiquam ad salutem, nisi reconcilietur sanctæ cõgregationi: & ideo sequitur remissionem peccatorũ, quia extra ecclesiam non est vlla peccatorum remissio, quãtumuis homo maceret se pœnitentia, aut exerceat opera misericordiæ. In ecclesia, inquã, non hæreticorũ, sed sancta, hoc est, spiritu Christi congregata, est remissio peccatorũ per baptismum, & post baptismum, per pœnitẽtiam & claues ecclesiæ datas. A. Ista sunt adhuc sani hominis. Credisne futuram carnis resurrectionem? C. Frustra crederem cætera, si hoc, quod est omnium caput, non crederem. A. Quid sentis quum dicis carnem? B. Corpus humanum humana anima animatum. A. Num vnaquæq; anima recipiet suum corpus, quod exanime reliquerat? B. Idem hoc vnde demigrarat. Et ideo in symbolo Cypriani additum est, huius carnis. A. Quî fieri potest, vt corpus tam toties ex alijs in alia versum, possit idem reuiuiscere?

Remissio peccatorum.

Carnis resurrectio.

B. Qui

Ba. Qui potuit, quicquid vult, ex nihilo creare, a
huic difficile sit, quod ex sua forma mutatũ est, in
pristinam naturam restituere? Non anxiè disput
quibus modis id fiat: mihi satis est, quod qui promi-
sit hoc futurũ, sic verax est, vt mentiri non possit: si
potẽs est, vt quicquid velit, nutu valeat efficere. A.
Quid opus erit tum corpore? B. Vt totus homo gl
tur cũ Christo, qui hic totus afflictus erat pro Chri
A. Quid sibi vult, quod addit: Et vitam æternam
B. Ne quis suspicetur nos sic reuicturos, quemadmo
sub vernum tempus reuiuiscunt ranæ rursus moritu-
ræ. Nam hic duplex mors est, corporis, bonis at mal
omnibus communis, & animi. Mors autem animi,
peccatum est. At post resurrectionem pijs erit æterna
vita, tum corporis, tum animi. Nec enim corpus eri
amplius obnoxium morbis, senio, fami, siti, dolori, la
situdini, morti, aut vlli incommodo, sed spirituale su-
ctum, spiritus arbitrio mouebitur: nec animus dein-
ceps vllis vitijs aut doloribus solicitabitur, sed sine
fine fruetur summo bono, qui est Deus. Contra, impio
mors æterna possidebit tum corporis, tum animi. Nã
& corpus habebunt ad æternos cruciatus immortale,
& animũ peccatorum stimulus semper afflictũ abs
spe veniæ. Au. Credis hæc ex animo, ac serio? B. Sic,
inquam: vt mihi minus certum sit, te mecùm collo-
qui. A. Ego quum essem Romæ, non omneis reperi æ-
què syncere credentes. Ba. Imò si excutias, reperies &
alibi multos, quibus hæc non æquè persuasa sunt.

Au.

Au. Quum in tam multis & arduis consentias nobiscum. Quid obstat quò minus totus sis noster? Ba. Istud ex te audire cupio. Nam ipse mihi videor ortodoxus, etiam si vitam meam nolim præstare, tametsi sedulo conor, vt professioni respondeat. Au. Vnde igitur tantum bellum inter vos & ortodoxos? B. Exquire. Sed heus Medice, si non pœnitet huius proœmij, sumes nobiscum prandiolum, & à prandio per otium percontaberis de singulis, præbebo brachium vtrunq; inspicies incrementa tum crassiora, tum liquidiora. Denig; facies, si videbitur, totius huius pectoris anatomiam, quo certius de me indices. Au. At religio est tecum mensam habere communem. Ba. Atqui id solent Medici, quò melius obseruent, quid affectent aut peccent ægroti? Au. Sed vereor ne videar fauere hæreticis. Ba. Imò nihil est sanctius, quàm fauere hæreticis. Au. Qui sic? Ba. Nonne Paulus optauit anathema fieri pro Iudæis plus quam hæreticis? An non fauet ille, qui studet vt quis ex malo fiat bonus, ex mortuo viuus. Au. Maximè. Ba. Sic igitur faue, nec erit quod metuas. Au. Nunquam audiui ægrotum commodius respondentem. Agè duc me ad prandiũ. Ba. Medicè accipieris, & vt decet apud ægrotum, & sic curabimus corpuscula cibo, vt nihilo scius animus idoneus sit ad disputandum. A. Fiat bonis auibus. Ba. Imò malis piscibus fiet, nisi fortè nunc oblitus es esse diem Veneris. A. Id quidem est præter symbolum nostrum.

Orthodoxus, id est, rectæ opinionis, cui contrariũ est hæretici vocabulum Præstare dicitur, qui suo periculo vitiũ aut corripit aut defendit.

Bon. auib. i. feliciter: alter arripit ioc ẽ ex ambiguo præter sym. Rursus iocus est ex ambiguo.

REPON-

ΠΕΡΙΠΤΟΛΙΟΡΤΙΑ, siue Eusebius, Pampirus, Polygamus, Glycion.

Nã in simbolo apostolorũ nulla mẽtio est de piscibus & dicuntur symbola conuiuiorum. Eusebius, pius Pãpirus, omnia expert⁹. Poligamus, qui sæpe duxit vxorem. Glycion dulcis, siue dulcior.

E. Quas nouas aues hìc ego video? Nisi me fallit animus aut parum prospiciunt oculi, video tres vastos cõgerrones meos considentes, Pampirum, Polygamum, & Glycionem. Certè ipsi sunt. Pa. Quid tibi vis cũ tuis vitreis oculis fascinator? Congredere propius Eusebi. Po. Salue multũ exoptate Eusebi. G. Bene sit tibi mi optime. E. Saluete vos omnes vna salute, pariter mihi charißima capita. Quis deus, aut casus deo felicior, nos coniunxit? Nam nemo nostrum vidit alium annis, opinor, iam quadraginta. Mercurius caduceo suo non potuisset melius nos in vnum contrahere. Quid hic agitis? Pa. Sedemus. E. Video, sed qua de causa? Po. Opperimur currum, qui nos deuehat Antuerpiam. E. Ad mercatum? Po. Scilicet, sed spectatores magis quàm negotiatores: quanquam alijs aliud est negotium. E. Et nobis eadem est iter. Verùm quid obstat, quo minus eatis? Po. Nondum conuenit cum aurigis. E. Difficile genus hominum. Sed vultisne vt illis imponamus? Po. Liberet, si liceret. E. Simulemus, nos velle simul abire pedites. Po. Citius credãt cancros volaturos, quàm nos tam grandes pedibus hoc iter confecturos. G. Vultis rectum verumq; consilium? Po. Maximè. G. Illi potant: id quò faciunt diutius, hoc plus erit periculi, necubi nos deijciant in lutum. Po. Admodũ diluculo venias oportet, si sobrium aurigam vel

No. aues, alludit ad peregrinas aues. Rara auis. Vitreis oculis significat vitrea per spicilla: & fascinatio est in oculis.

G. Quo

G. Eò maturius perueniamus Antuerpiam, nobis quatuor solis currum stipulemur. Contemnendũ sentio tantillum peeuniæ. Hoc damni multis cõmoditatibus pensabitur, sedebimus commodius, ac mutuis fabulis suauissimè transigemus hoc iter. P. Rectè suadet Glycion, vt in vehiculo quoq; iucundus comes pro vehiculo sit. Quin & iuxta Græcorum prouerbium, liberius loquemur, non de plaustro, sed in plaustro. G. Transegi, conscendamus. V ah, nunc mihi libet viuere, posteaquàm ex tãto interuallo videre contigit mihi charissimos olim sodales. E. Ac mihi videor repubescere. P. Quot annos supputatis ex quo Lutetiæ cõuixmus? E. Arbitror haud pauciores quadraginta duobus. P. Tum videbamur omnes æquales. E. Ita fermè eramus aut si quid erat discriminis, perpusillum erat. P. At nunc quanta inæqualitas? Nam Glycion nihil habet senij, & huius auus videri queat Poligamus. E. Profectò sic res habet. Quid rei in causa? P. Quid? aut hic cessauit ac restitit in cursu: aut ille anteuertit. E. Obe non cessant anni: quantumuis cessent homines? P. Dic bona fide Glycion, quot annos numeras? G. Plures quàm ducatos. P. Quot tandem? G. Sexaginta sex. E. O vere τιθωνῦ γῆρας quod aiunt. P. Sed quibus tandem artibus ȝemoratus es senectutẽ? Nam neque canicies adest, neque rugosa cutis, vigent oculi, nitet vtrinque dentium series, color viridis est, corpus succulentum. G. Dicam artes meas, modò tu vicissim narras nobis artes tuas, quibus senectutem

In plaustro. Alludit ad prouerb. E plaustro loqui.

De ton[illegible] seu ter[illegible] senectus. Vide [illegible]

T. acce-

acceleraſti. P. Recipio me facturũ. Dic igitur, quã
contuliſti relicta Lutetia? G. Rectà in patriam. Ille
commemoratus ferè annũ, diſpicere cœpi de deligendo
vitæ genere, quam ego rem non leue momentũ habere
credo ad felicitatem: circumſpiciebam quid cuique ac-
cederet, quid ſecus. P. Miror tibi tantum fuiſſe mõtis
quum Lutetiæ nihil fuerit te nugatius. G. Tum ſuppe-
bat ætas. Et tamen ô bone, non hîc meo Marte rem
omnem geſſi. P. Mirabar. G. Priuſquam quicquã ag-
gredererer, adij quendam è ciuibus natu grandem, ſum-
go rerum vſu prudentiſſimum, totiusq; ciuitatis teſti-
monio probatiſſimum, ac meo quidem iudicio ciuem
feliciſſimum. E. Sapiebas. G. Huius vſus conſilio, duxi
vxorem. P. Pulchrè dotatam? G. Dote mediocri, ſed
planè iuxta prouerbium. τὴν κατ' ἐμαυτὸν τύχην.
Nam & mihi res erat mediocris. Ea res mihi plane
ceſſit ex animi ſententia. P. Quot annos tum eras na-
tus? G. Viginti ferme duos. P. O te felicem. G. Non
tũ hoc fortunæ debeo, ne quid erres. P. Quî ſic? G. Di-
cam. Alij prius diligunt, quàm deligant, ego iudi-
cio delegi quam diligerem: & tamen hanc magis du-
xi ad poſteritatem, quàm ad voluptatẽ. Cum ea vixi
ſuauiſſimè annos non plures octo. P. Reliquit orbum?
G. Imo ſupereſt quadriga liberorum, filij duo, filiæ to-
tidem. P. Priuatus ne viuis, an magiſtratu fungeris?
G. Eſt mihi munus publicum, poterant contingere
maiora: verùm hoc mihi delegi, quod tantum habe-
ret dignitatis, vt me vindicaret à contemptu, cæte-
rum

Id eſt, pro mea ſorte: Vide prouer. Pittaci. Æ-qualem tibi ducito.

rum minime molestis negotijs obnoxium. Ita nec est, quòd quisquam obijciat, me mihi viuere, & est vnde nonnunquam & amicis dem operam. Hoc contentus, nihil vnquam maius ambij. Verùm sic gessi magistratum, vt illi ex mè dignitas accreuerit. Hoc ego pulchrius duco, quàm ex muneris splendore dignitatem mutuò sumere. E. Nihil verius. G. Sic inter ciues meos consensi charus omnibus. E. Isthuc vero difficillimum est, quum non absre dictum sit. Qui nemi-nem habet inimicum, cum nec amicum habere quenquam: & felicitatis semper inuidiam esse comitem. G. Insignem felicitatem comitari solet inuidia: mediocritas tuta est: & hoc mihi perpetuum studium fuit, ne quid mei commodi ex aliorum incommodis compararem. Illam, quam Græci vocant τὸ πρᾶξίαν, quantum licuit amplexus sum. Nullis negotijs ingessi memet, sed præcipuè continui ab his, quæ sine offensa multorum suscipi non poterant. Itaq; si inuandus erit amicus, sic illi benefacio, vt hac de caussa mihi nullum parem inimicum. Et si quid ortum fuerit simultatis alicunde, aut purgatione lenio, aut officijs extinguo, aut dissimulatione patior intermori: à cõtẽtione semper abstineo, quæ si inciderit, malo rei, quam amicitiæ iacturam facere. In cæteris Mitionem quendam ago, nulli lædo os, arrideo omnibus, saluto ac resaluto benigniter, nullius animo repugno, nullius institutum aut factum damno, nemini me præfero, patior suum cuiq; pulchrum esse. Quod taceri velim, nemini credo.

Id est, ὀπηδὴ sue ἀβλα-βείαν negotijs

Aliorũ arcana non ſcrutor: & ſi quid forte mihi [illegible]
effutio. De his qui præſentes non ſunt, aut taceo, aut
amicè loquor, ac ciuiliter. Magna pars ſimultatũ in-
ter homines naſcitur ex linguæ intemperantia. Ab-
nas ſimultates nec excito, nec alo: ſed vbicunq; data
oportunitas, aut extinguo, aut mitigo. His rationibus
hactenus vitaui inuidiam, ac beneuolentiam ciuium
meorum alui. P. Non ſenſiſti grauem cælibatum? G.
Mihi quidem nihil accidit acerbius in vita vnquam
vxoris morte, ac vehementer optaſſem illam mecum
conſeneſcere, liberisq; cõmunibus frui: ſed quando di-
ter viſum eſt ſuperis, iudicaui ſic magis expedire re-
trigq;, neq; cauſam putaui, cur me inani luctu diſcru-
ciarem, præſertim quum is nihil prodeſſet defuncto.
P. Nunquámne inceſſit libido repetendi matrimonij,
præſertim quum iſtud tibi feliciter ceſſiſſet? G. Ince-
ſit, ſed liberorum cauſſa duxeram vxorem, liberũ
cauſſa rurſus non duxi. P. At miſerum eſt cubare ſo-
lum totas noctes. G. Nihil eſt difficile volenti. Tum
cogita quãtas etiam habeat commoditates cælibatus.
Quidam omni ex re decerpunt ſi quid eſt incommodi,
Vide prouer. Optimum nõ naſci.
qualis fuiſſe videtur Crates ille, cuius titulo fertur e-
pigramma vitæ mala colligens. Nimirùm his placet
illud: Optimum non naſci. Mihi magis arridet Me-
trodorus, vndequaq; decerpens ſi quid ineſt boni. Sic
enim fit vita dulcior. Et ego ſic induxi animum, vt
nihil vehementer vel oderim, vel expetam. Ita fit, vt
ſi quid obtingat boni, non efferar, aut inſoleſcam: ſi

quid

quid decedat, non admodum crucier. P. Næ tu philo-
sophus es vel ipso Thalete sapientior siquidem isthuc
potes. G. Si quid ægritudinis obortũ est animo, vt mul
ta fert huiusmodi vita mortalium, protinus ejicio ex
animo, siue sit ira ex offensa, siue quid aliud indignè
factum. P. At sunt quædam iniuriæ quæ vel placi-
dissimo moueant stomachum: tales sunt frequenter &
famulorũ offensa. G. Nihil ego patior residere in ani-
mo meo. Si mederi queã medeor: sin minus: sic cogito:
quid proderit me ringi re nihilo melius habitura?
Quid multis? Patior, vt hoc mox à me impetret ratio,
quod paulò pòst tempus esset impetraturũ. Certè nul-
lus est tãtus animi dolor, quem patiar mecum ire cu-
bitum. E. Nihil mirum, si tu non senescis, qui tali sis
animo. G. Atq; adeò ne quid reticeam apud amicos,
cum primis caui, ne quid flagitij committerem, quod
vel mihi, vel liberis meis probro esse posset. Nihil enim
inquietius animo sibi male cõscio. Quòd si quid cul-
pe admissum est, non eo cubitum prius quàm me Deo
reconciliaro. Veræ tranquillitatis, seu, vt Græcè di-
cam, εὐθυμίας fons est, bene conuenire cũ Deo. Nam
qui sic viuunt, his nec homines magnopere nocere
possunt. E. Num quando te cruciat metus mortis?
G. Nihil magis quàm macerat dies natiuitatis. Scio
moriendum: ista solicitudo fortassis adimat mihi ali-
quot vitæ dies, certè nihil possit adijcere. Itaque to-
tam hanc curam superis committo: ipse nihil aliud
curo, quàm vt benè suauiterq; viuam. Non potest

Id est, animi tranquillitas.

autem ſuauiter, niſi qui benè. P. At ego ſeneſcerē in
dio, ſi tot annos degerem in eadē vrbe, etiam ſi Roma
contingat viuere. G. Habet quidem loci mutatio
luptatis nonnihil: longinquæ verò peregrinationes
prudentiam addunt fortaſſis, ita plurimum habent
periculorum. Mihi videor tutius totum orbem
in tabula geographica, neq; paulo plus videre in
riſs, quàm ſi viginti totos annos ad Vlyſſis exemplū
per omneis terras mariaq; volitarem. Habeo prædio-
lum, quod abeſt ab vrbe non plus quàm duobus mil-
bus paſſuum, ibi nonnunquam ex vrbano fio ruſticus
atque ibi recreatus, redeo nouus hoſpes in vrbem, nec
aliter ſaluto ac ſalutor, quàm ſi renauigaſſem ex in-
ſulis nuper inuentis. E. Non adiuuas valetudinem
pharmacis? G. Nihil mihi rei cum Medicis. Nec in-
cidi venā vnquam, nec deuoraui catapotia, nec haus
petiones. Si quid oboritur laſſitudinis, moderatione
victus, aut ruſticatione propello malum. E. Nihil
ne tibi cum ſtudijs? G. Eſt. Nam in his eſt præcipua
vitæ oblectatio: verùm his oblecto me, non materiæ.
Siquidem vel ad voluptatem ſtudeo, vel ad vtilita-
tem vitæ, non autem ad oſtentationem. A cibo ſump-
to aut paſcor literatus fabulis, aut lectorem adhibeo:
nec vnquam incumbo literis vltra horam: tum ſur-
go, & arrepta teſtudine pauliſper obambulans in cu-
biculo, vel cantillo, vel repeto mecum quid legerim:
& ſi in promptu eſt cōgerro, refero, mox ad librum
redeo. E. Dic mihi bona fide, nullāne ſentis incom-
modā

Catapotia, Græce trochi ei, ſine pullulæ quas deglutimus.

Laſſitudinis Laſſitudo multa de cauſa oborta, ſignifert morbum inſtare iuxta Medicos.

da senectutis, quæ feruntur esse plurima? G. Som-
nus aliquanto deterior est, nec perinde tenax memo-
ria, nisi si quid infixero. Liberaui fidem meam. Expo-
sui vobis magicas artes meas, quibus alo iuuentu-
tem meam: nunc referat nobis pari fide Polygamus,
vnde tantum collegerit scnij. P. Equidem nihil cela-
bo tam fidos sodales. E. Nārabis etiam tacituris. P.
Quum agerem Lutetiæ, quam non abhorruerim ab
Epicuro, nostis ipsi. E. Sanè meminimus, sed arbi-
trabamur te mores eos vnà cum adolescentia Lutetiæ
reliquisse. P. Ex multis quas illic adamaram, vnam
mecum abduxi domum, eámque grauidam. E. In
edes paternas? P. Rectà, sed mentitus eam esse con-
iugem cuiusdam amici mei, qui mox esset venturus.
G. Id credidit pater? P. Imò rem olfecit intra qui-
triduum. Mox sæua iurgia. Nec tamen interim
temperabam à conuiuijs, ab alea, cæteris q; malis ar-
tibus. Quid multis? Quum pater non faceret obiur-
gandi finem, negans se tales gallinas alere velle do-
mi, ac subinde minitans abdicationem, verti solum,
& cum gallina mea gallus alio demigraui: ea mihi
genuit aliquot pullos. P. Vnde resuppetebat? P. Non-
nihil furtim dabat mater, ac præterea conflatum est
eu alieni plus satis. Eu. Reperiebantur tam fatui,
vt tibi crederent? Po. Sunt qui nullis credant liben-
tius. Eu. Quid tandem? Po. Tandem vbi pater se-
rio pararet abdicationem, interceſſerunt amici, ac
bellum hoc his legibus composuerunt, vt nostratem

Liberaui fidē. i. persolui quod debui. Etenim qui promittit, obstringit fidē suam.

Verti solum, de exulibus proprie dicitur, qui demigrāt in aliam regionē Futuri, tēporis. Alludit ad sententiā iure consultorum, quam sequūtur & Theologi.

uxorem ducerem, cum Galla diuortium facerem.

Si quis dicat puellæ, ducite, & mox habeat tē cum illa, rarum est matrimonium, perinde quasi dixisset, ducote, hoc reti multi adolescētes capiuntur, magno malo discētes hoc sophisma. Gallinas. Nā ponit, ouā, & obstrepuit fœminæ. Ab equis ad asinos, id est, melioribus ad deteriora. Vide prouer.

Erat uxor? P. Intercesserat verba futuri temporis, sed accesserat congressus præsentis temporis. E. Quid igitur ab illa diuertere? P. Post resciuum est, meam Gallæ Gallum esse maritum, unde pridem se subduxeram. E. Ergo nunc habes uxorem? P. Nō, nisi præter hanc octauam. E. Octauam? non sine augurio dictus es Polygamus. Fortassis steriles omnes decessere. P. Imò nulla non reliquit aliquot catulos domi meæ. E. Ego malim totidem gallinas, quæ mihi ponerent ouā domi. Non tædet Polygamiæ? P. Adeò tædet, ut si hæc octaua moreretur hodie, perendie ducerem nonam. Imò hoc me malè habet, quòd non licet habere binas aut ternas, quū unus gallus gallinaceus tot gallinas possideat. E. Equidem haud miror gallinacee, si parum pinguisti, quodq; tātum senij tibi collegeris. Nihil enim æquè accelerat senectutem, quàm immodicæ atq; intempestiuæ compotationes, impotentes amores mulierum, & salacitas immoderata. Sed quis alit familiā? P. Ex obitu parentum accessit res mediocris, & gnauiter laboratur manibus. E. Desciuisti igitur à litteris. P. Planè ab equis, quod aiunt, ad asinos, ex heptatechno factus monotechnus faber. E. Miser toties tibi ferendus erat luctus, toties cœlibatus? P. Nunquam vixi celebs ultra dies decem, semperq; noua nupta veterem luctum expulit. Habetis bona fide vitæ meæ summam. Atque utinam Pampirus narret nobis suæ quoq; vitæ fabulam, qui satis belle portat ætatem.

Heptatechno .i. septem artium perito. Sic enim numerantur artes liberales.

Nam

ſi, ni fallor, me duobus aut tribus annis eſt grādior.
a. Dicam equidem, ſi vobis audire vacat tale ſom-
ū. E. Imò volupe fuerit audire. Pa. Vbi domū rediſ-
m, ſtatim pater ſenex vrgere cœpit, vt aliquod vitæ
enus amplecterer, vnde nonnihil quæſtus accederet
i familiari: ac poſt longam conſultationem placuit
egotiatię. Po. Miror hoc vitæ genus arriſiſſe potiſſi-
num. Pa. Eram natura ſitiens cognoſcendi res nouas,
arias regiones, vrbes, linguas ac mores hominū. Ad
d maximè videbatur appoſita negotiatio. Quibus ex
ebus naſcitur & prudentia. Po. Sed miſera, videli-
et, quæ plerunq; magnis malis ſit illis emenda. Pa. Sic
ſt. Itaq; pater numeranit ſortem ſatis amplā, vt de-
tro Hercule, ac bene fortunante Mercurio negotia-
ionem auſpicarer. Simulq; ambiebatur vxor cū am-
liſſima dote, ſed ea forma, quæ vel indotatā cōmen-
are poterat. E. Succeſſit? Pa. Imò prius quàm redire
domū, periit & ſors, & vſura. E. Naufragio fortaſſis.
Pa. Planè naufragio. Nam impegimus in ſcopulum
nauis Malea periculoſiorem. E. In quo mari occurrit
iſte ſcopulus, aut quod habet nomen? Pa. Mare non
poſſum dicere, ſed ſcopulus plurimorum infamis exi-
tijs, Latinè dicitur Alea, quomodo vos Græci nomi-
natis, neſcio. E. O te ſtultū. Pa. Imo ſtultior pater, qui
tantam ſummam crederet adoleſcenti. G. Quid de-
inde factum eſt? Pa. Nihil actum, ſed cœpi cogitare
de ſuſpendio. G. Adeon' erat pater implacabilis?
Nam res ſarciri poteſt, & venia datur vbique pro-

Dextro Hercule. Retulit verba Perſij. Herculi vouebatur decima bonorum pars ita illo fautore putarent res domeſtica proſperari. Malea peri. De Malea promontorio naufragijs infami, vide prou. Maleī legens.

Protopiro, Vide prou. Id est, primū experiēti ignoscendum.

topiro, multò magis Pampiro debebatur. Pam. V
fortasse narras, sed interim miser excidi ab
Nam parentes puellæ simul atq; cognouerunt
spicia, renuntiarunt affinitatem. Et amabam
perditissime. Gly. Miseret me tui. Sed quid
consilij tentatum est. Pa. Id quod solet in rebus
ratus. Pater abdicabat, perierat res, perierat
dicq; audiebam, gurges, nepos, helluo. Quid plura?
rio mecum deliberabam, aut suspenderem me, an
quò conferem memet in monasterium. Eus. Crud
consilium. Scio vtrum elegeris, mitius mortis
Pam. Imò quod mihi tunc visum est crudelius,
mihi displicebam totus. Gly. Atqui complures
deiciunt, vt suauius viuant. Pam. Corraso viaticul
furtim me subduxi procul à patria. Gl. Quò tandem
Pa. In Hiberniam, illic factus sum Canonicus
rum genere, qui extimè linei sunt, intimè lanei. Gly.
Apud Hibernos igitur hybernasti? Pam. Non
duos menses apud hos versatus, nauigaui in Scotiam.
Gly. Quid te offendit apud illos? Pam. Nihil, nisi
institutum illud mihi videbatur mitius, quàm
meritis eius, qui non vno suspendio dignus erat. Eus.
Quid in Scotia designatum est? Pamp. Illic ex
factus sum pelliceus apud Cartusios. Euse. Homines
planè mundo mortuos. Pamp. Ita mihi visum est,
quum audirem illos canentes. Gl. Quid, canunt etiam
mortui? Quot menses apud illos egisti Scotus. Pamp.
Propemodum sex. Gly. O constantiam. Euse. Quid illic

offen-

ſſe ſat? Pam. Quia mihi viſa eſt vita ſegnis ac deli-
ata. Deinde multos illic reperi, nõ admodum ſani ce-
ebri ob ſolitudinem, vt arbitror. Mihi parum erat
erebri, verebar ne totum periret. Pol. Quò deinde de-
laſti. Pamp. In Galliam. Illic reperi quoſdam totes
ullatis ex inſtituto diui Benedicti, qui colore veſtis
eſtantur ſe lugere in hoc mundo: & inter hos qui
ro ſumma veſte cilicium ferrent reti ſimile. Gly. O
rauem corporis macerationem. P. Hic egi menſes vn-
decim. Eu. Quid obſtitit, quò minus illic maneres per-
petuò? Pa. Quia plus illic reperi ceremoniarum, quàm
verę pietatis. Præterea audieram eſſe quoſdam his
multò ſanctiores, quos Bernardus ad ſeueriorem diſ-
ciplinam reuocaſſet, pulla veſte mutata in candidam:
apud hos vixi menſes decem. Euſ. Hic quid offende-
bat? Pam. Nihil admodum. Nam hos reperi ſat com-
modos ſodales. Sed mouebat me Græcorum prouerbiũ,
δῶ πὰς χελώνας ἢ φαγεῖν, ἢ μὴ φαγεῖν. Itaque
decretum erat, aut non eſſe monachum, aut inſigniter
eſſe monachum. Acceperã eſſe quoſdam Brigidenſes,
homines planè cœleſtes, ad hos me contuli. Euſe. Quot
menſes illic egiſti? Pamp. Biduum, nec id ſanè totum.
Gly. Vſque adeò placuit hoc vitæ genus? Pamp. Non
recipiunt, niſi qui mox obſtringat ſe profeſſioni. At
ego nondum adeò inſaniebam, vt facilè me præbe-
rem capiſtro, quod nunquam licet excutere. Et quo-
ties audiebam canentes virgines, cruciabat animum
vxor erepta. Gly. Quid deinde? Pamp. Ardebat
ani-

animum amore ſanctimoniæ, nec vſquam ſatisfec
animo meo. Tandem obambulans incidi in quoſda
præferentes crucem. Hoc ſignum mihi protinus
ſed remorabatur electionem varietas, alij geſtabã
bã, alij rubrã, alij viridem, alij verſicolorem, alij
plicem, alij duplicem, nonnulli quadruplicem, alij
atq; alia figura variatam. Ego ne quid intentatũ
linquerem, omnes fermè formas geſſi. Verum ipſa
comperi, longè aliud eſſe circunferrè crucem in pal
ſeu tunica, quàm in corde. Tandem feſſus inquirend
ſic mecum cogitabam: vt ſemel omnem ſanctimonia
aſſequar, petam terram ſanctã, ac redibo domum ſan
ctimonia onuſtus. Po. Num eò profectus es? Pa. Maxi
mè. Po. Vnde ſuppetebat viaticum? Pa. Demiror i
ſtud nũc deniq; tibi venire in mentem vt rogares, a
nõ multò ante percõtatum fuiſſe. Sed noſti prouerbiũ,
ὸ τέχνιον πᾶσα γῆ τρέφει. G. Quã artem circũ
ferebas? Pa. Chiromanticam. G. Vbi eam didiceras? Pa.
Quid refert? G. Quo præceptore? Pa. Eo quia nihil nõ
docet, ventre. Prædicabam præterita, futura, præſen-
tia. G. Et ſciebas? Pa. Nihil minus: ſed diuinabam
audacter, idq; tuto, videlicet prius accepto precio. Po.
An ars tam ridiculo poterat alere te? Pa. Poterat, &
quidem cum duobus famulis. Tantum eſt vbique fa-
tuorum & fatuarum. Attamen quum Hieroſoly-
mã adirem, addiderã me in comitatum cuiuſdã ma-
gnatis prædiuitis, qui natus annos ſeptuaginta, ne-
gabat ſe æquo animo moriturum, niſi prius adiſſet

Id eſt, artificioſum quæuis terra alit. Vide Chiliad.

Hieroſ-

Hierosolymam. E. At domi reliquerat vxorem. Pa. Atque etiam liberos sex. E. O senem impiè piũ. At-que illinc rediisti sanctus? Pa. Vis verum fatear? Ali-quãtò deterior, quàm iueram. E. Sic vt audio, excus-sus est religionis amor. Pa. Imò magis incanduit. Ita q; reuersus in Italiam, addixi me militiæ. E. Itáne reli-gionem venabaris in bello, quo quid esse potest scelera-tius? Pa. Erat sancta militia. E. Fortasis in Turcas. Pa. Imò sanctius quiddam, vt tum quidem prædica-bant. E. Quidnam? Pa. Iulius Secũdus belligerabatur aduersus Gallos. Porrò militiam mihi cõmendabat e-tiam multarum rerum experientia. E. Multarum, sed malarum. Pa. Ita pòst comperi. Et tamen hîc durius viui quàm in monasteryis. E. Quid tum postea? Pa. Iam mihi vacillare cœpit animus, vtrum ad negotia-tionem intermissam redirem, an religionem fugien-tem persequerer. Interim venit in mentem vtrunque illeri posse coniungi. E. Quid, vt simul esses & negotiator & monachus? Pa. Quid ni? Nihil religiosius ordinibus mendicantiũ, & tamen nihil similius ne-gotiationi. Volitant per omnis terras ac maria, multa vident, multa audiunt penetrant omneis domos ple-beiorum, nobilium, atq; regum. E. At non cauponan-tur. Pa. Sæpe nobis felicius. E. Quod genus ex his dele-gisti? Pa. Omnes formas expertus sum. E. Nulla pla-cuit? Pa. Imò perplacuerant omnes, si licuisset statim negotiari. Verùm perpendebam mihi diu sudandum in choro, prius quàm crederetur mihi negotiatio.

Hoc t[illegible] bĩt qui fuiſſe aderant.

Iamq; cogitare cœpi de venanda Abbatia, sed prim
non omnibus hic fauet Delia, & sæpe longa est venā
tio. Itaq; consumptis hunc in modum annis octo, quū
esset nuntiata mors patris, domum reuersus ex consi
lio matris duxi vxorem, & ad veterem negotiatio
nem redij. Gl. Dic mihi quū tam subinde nouam ve
stem sumeres, ac velut in aliud animal trāsformare
ris, qui potuisti seruare decorum? P. Quî minus quàm
hi, qui in eadem fabula nonnunquā aliam atq; alia
sumunt personam? Eu. Dic nobis bona fide, qui nul
vitæ genus non expertus es, quod omnium maxim
probas? P. Non omnibus omnia congruunt, mihi nul
lum magis arridet, quàm hoc quod secutus sum. Eu.
Multa tamen incōmoda habet negotiatio. Pa. Sit ei
sed quando nullum vitæ genus omnibus caret incom
modis, hanc Spartam, quæ cōtigit, orno. Verùm anne
supereſt Eusebius, qui non grauabitur apud amicu
vitæ suæ scenam aliquā explicare. E. Imò tantam fa
bulam, si videtur, nam habet actus non multos. Gly
Erit magnoperè gratum. E. Vbi rediſſem in patriam
annū apud me deliberaui quodnam vitæ genus am
plecti vellem, simulq; meipsum exploraui, ad quod ge
nus essem propensus aut idoneus. Interim oblata est pre
benda, quam vocant, satis opimi prouentus: accepi. Gl
Vulgò malè audit hoc vitæ genus. Eu. Mihi, vt sunt
res humanæ, satis exoptandū videtur. An mediocrē
felicitatem esse putatis, subitò velut è cælo dari tibi
cōmoda, dignitatem, ædes honestas, beneq; instructas,

annuos

Spartam. Vide prou. Spartā nactus es, hanc orna. Scenam. fabula diuiditur in scenas, ad id alluſit. Et scenam aperit, qui operta patefacit.

annos reditus satis amplos, sodalitiũ honorificũ, de-
inde templũ, vbi, si libeat, vaces religioni? Pa. Illic me
luxus offendebat, & cõcubinarũ infamia, tum quod
leris istius generis odere literas. Eu. Ego non spectо
quid agãt alij, sed quid mihi sit agendũ: & meliori-
bus me adiũgo, si nõ possum alios meliores reddere. Po.
In isto genere vixisti perpetuo? E. Perpetuo, nisi quod
interim quatuor annos primùm egi Patauij. Po. Quã
ob rẽ? E. Hos annos ita partitus sum, vt sesquiannum
darem studio Medicinæ, reliquũ tempus Theologiæ.
Po. Cur id? E. Quo melius & animũ, & corpus meũ
considerarem, nõnunquã & amicis cõsulerem. Nam &
concionor nonnunquã pro mea sapientia. Sic hactenus
satis trãquillè vixi, cõtentus vnico sacerdotio, nec præ-
terea quicquã ambiens, recusaturus etiã si offeratur.
Pa. Vtinã liceret discere, quid agant cæteri nostri so-
dales, quibus cũ tum familiariter viximus. E. De nõ-
nullis possũ cõmemorare quædã, sed video nos nõ pro-
cul abesse à ciuitate: quare, si videtur, cõueniemus in
idem diuersoriũ: ibi per otiũ de cæteris cõferemus af-
fatim. HVGVITIO auriga. Vnde tam miserã sarci-
nã nactus es lusce? HENRICVS auriga. Imo quo tu
defers istud lupanar ganeo? Hu. Debuerat istos fri-
gidos senes alicubi effundere in vrticetum, vt calesce-
rent. Hen. Imo tu istũ gregem cura vt præcipites ali-
cubi in profundã lamam, & refrigentur, nam calent
nimis satis. Hu. Non soleo præcipitare sarcinam meam.
Hen. Non? Atqui nuper vidi te sex Carthusienses
deiecisse

deiecisse in cœnum sic, vt pro candidis emergerent n
gri: tu interim, quasi re bene gesta ridebas. Hu. Pr
iniuria, dormiebant omnes, ac multum pondere ad
debant currui meo. He. At mei senes egregie fall
uarunt currũ meũ per totum iter perpetuo gauisi
tes. Nunquã vidi meliores. Hu. Non soles tamen
libus delectari. He. Sed hi seniculi boni sunt. Hu. Q
scis? He. Quia per eos ter bibi per viã ceruisiã infer
ter bonam. Hu. Ha ha hæ sic tibi boni sunt.

ΠΤΩΧΟΠΛΟΥΣΙΟΙ
FRANCISCANI.

Conradus, Bernardinus, Pastor, Pandocheus, Vxor.

Hospitalitas. Nã a pascendo dicitur pastor, & a præbendo. Græcis parolochus. Lupas, locus est ex ambiguo. Lupa vxor lupis & lupa scortum. Gallinã appellat cõcubinã: & pullos liberos.

Co. Atqui pastorem decet hospitalitas. Pa. Pastu
sum ouium, non amo lupos. Con. At non perinde fo
tassis odisti lupas. Sed quo tandem meritò sic abho
res à nobis, vt ne tecto quidem digneris? Neque en
te grauabimus cœna. Pa. Dicam, quia si conspicerem
in ædibus meis gallinam aliquam, aut pullos gal
naceos, cras in concione traducerer apud populum
Hanc soletis referre gratiam communicati hospiti
Con. Non omnes sumus istiusmodi. Pa. Sitis cuiusm
di voletis, ego vix sancto Petro fiderem, si tali cult
veniret ad me. Co. Si ita stat sententia, saltem indic
diuersorium aliud. Pa. Est in hoc vico diuersoriu
publicum. Co. Quod habet signum? Pa. In tabu
pensili videbitis canem os inferentem in ollam: h
agitur in culina. Ad abacum rationale sedet lupu
Co. Signum inauspicatum. Pa. Fruamini. Be. Quo
gen

pastoris hoc est? per illum liceret perire fame. C. ...nō melius pascit oues, quam nos: oportet esse parum ...sas. B. In malis rebus opus est bono consilio. Quid ...? C. Perficanda frons est. B. Nimirum inutilis est ...uder, quum vrget necessitas. C. Admodum, sanctus ...franciscus aderit nobis. B. Pro fortuna. C. Non expe... Fabimus Pandochei responsum pro foribus, sed rectà ...rumpemus in ipsum vaporarium, nec facilè patie... mur nos ejici. B. O facinus impudens. C. Hoc satius, quàm noctem agere sub dio, ac perire frigore. Interim depone pudorem in sacculo, cras resumpturus vbi vi... debitur. B. Scilicet, sic res ipsa suadet. P. Quod animantis genus hîc video? C. Seruos Dei, filios sancti Francisci, vir optime. P. An Deus talibus seruis delectetur, nescio, ego mihi nolim multos esse domi. C. Quam ob rem? P. Quia ad edendum & bibendū plus quàm viri estis, ad laborandum nec manus habetis nec pedes. Ohe vos estis filij sancti Francisci? Solet prædicare eum esse virginem, & ille habet tot filios? C. Spiritus filij sumus, non carnis. P. Infelix genitor ille. Nam quod in vobis pessimum est, animus est: corpore nimiū valetis, planeq; melius habetis ista parte, quàm expediat nobis, qui alimus vxorē & filios. C. Tu forte suspicaris nos esse ex eorū genere, qui degenerant à progenitorū instituto: nos sumus obseruantes. P. Ego igitur obseruabo, ne quid adferatis detrimenti. Nam istud genus ego odi pessimè. C. Quamobrem te quæso? P. Qui circunfertis dentes, nec circunfer-

circumferetis pecuniã. Hoc genus hospitũ [illegible] gratissimum. C. At laboramus vobis. P. Vultis ostendam vobis, quomodo laboretis? Co. Ostende. P. Inspicite picturam vobis proximam ad leuam: [illegible] detis vulpem concionantem, sed à tergo anser [illegible] profert è cuculla. Rursum videtis lupum absolutum confessum, sed prominet pars ouis occultata sub [illegible] Videtis simiam assidentem agroto in veste Franciscana, altera manu præfert crucem, alteram habet [illegible] crumena ægrotantes. Co. Non inficiamur hæc vel nonnũquam tegi lupos, vulpes, ac simias, sed fatemur etiam sæpe tegi porcos, canes equos, leones, ac reguli quin eadem vestis tegit multos bonos viros. Vestis [illegible] neminem reddit meliorem, ita nullũ reddit deteriorem. Proinde iniquum est, quẽquam ex veste æstimare: alioqui tua vestis, qua nonnunquam vteris, esset execranda, quæ multos tegit fures, homicidas, venefi cos, & adulteros. P. De veste cedam, si numeretur. [illegible] Rogabimus Deum pro te. P. Ego vicissim pro vobis operam opera pensans. C. Atqui non ab omnibus accipiendum. P. Cur vobis religio est contingere pecuniam? C. Quia pugnat cum professione nostra. P. Iniuria cum mea professione pugnat admittere gratuitũ hospitem. C. At nos cogit regula non contingere pecuniam. P. At mea regula diuersum præcepit. C. Vbi est tua regula? Pa. Lege versus istos:

Hospes in hac mensa, fuerint cùm viscera tensa,
Surgere ne properes, ni prius annumeres.

Co.

Nos non erimus tibi sumptui. P. Atqui mihi non
sunt sumptui, ne quaestui quidem sunt. C. Deus abũde
recsabit, si quid officij nobis praestiteris. P. Istis verbis
non alo familiam. C. Abdemus nos in angulum va-
poratij, neq; cuiquam erimus molesti. P. Non fert ta-
les homines hoc vaporarium. C. Itáne nos ejcis, fortas-
se hac nocte deuorandos à lupis? P. Lupus lupinũ non
est, vt nec canis caninam. C. Crudelis esses, si hoc face-
res Turcis: quales quales sumus, homines humus. P.
surdo canitis. C. Tu molliter foues corpus tuũ, nudus
recubans post vaporarium, & nos extrudi fores, ne
tecto pereamus, etiam si parcant lupi. Pa. Sic vixit
Adam in paradiso. C. Vixit, sed innocens. Pa. Et ego
innocens. C. Fortasse detracta syllaba prima. At vide
si nos nunc excludis è paradiso tuo, ne Deus te nõ re-
cipiat in suum. B. Bona verba. V. Mi vir, tot tua ma-
lefacta saltem hoc beneficio pensa, patere hoc hac no-
cte tecto nostro vti: sunt viri boni, senties quaestum
hinc fieri vberiorem posthac. P. Ecce deprecatricẽ, su-
spicor conuenire inter vos: nec admodum lubens au-
dis hoc elogium à muliere, viri boni. V. Hau: non ita
est, sed cogita quoties peccaris alea, temulentia, rixis,
pugnis, saltem hac eleemosyna redime tua peccata, ne
ejcias hos, quos optaris tibi adesse morienti. Scurras &
sanniones recipis sæpenumero, & hos extrudis? P.
Vnde ista concionatrix nobis? Abi tu, & cura rem
culinariam. V. Id quidem fiet. B. Mitescit, & sumit
indusium lineum, spero fore rectè. C. Et mensam in-

Virum bonũ vulgus Gallorum appellat, cuius vxor parum est pudica.

sternũt pueri. Bene habet, quòd nulli veniũt hospites, alioqui nobis erat exulandũ. B. Feliciter cecidit, quod è proximo oppidulore tulimus nobiscum lagunculam vini, & agni coxam assam: alioqui hic, vt videtis, fœnum quidem impartisset nobis. C. Iam accubant pueri, adiungamus nos in mensæ partem, sic tamẽ, ne tui incommodemus. P. Vobis imputandum arbitror, quòd hodie nullũ habeo conuiuam, prater domesticos & vos inutiles. C. Nisi frequenter hoc accidit, imputa nobis. P. Frequentius, quàm vellem. C. Noli laborare, viuit adhuc Christus, qui nõ deseret suos. B. Audiui vos dici Euangelicos: & Euangelium prohibet per viã circunferri peram aut panes: vos manicas habetis pro pera, vt video: nec panes modo circunfertis, verùm etiã vinũ, & delicias carnium. C. Fruere nobiscum, si libet. P. Meũ vinum ad istud collatũ, vappa est. C. Gusta & de carnibus, nobis enim supereſt. P. O felices mendicos: vxor mea nihil hodie coxit, præter caules & laridũ rancidum. C. Communicemus, si videtur, nostros apparatus. Nam nostra nihil refert, quibus vescamur. P. Cur igitur nõ circunfertis caules & vappam? C. Quoniam hæc nobis obtrudere maluerũt, apud quos hodie pransi sumus. P. Gratis prãsti? C. Maximè. Imò gratias etiam egerũt, & abeuntes his apophoretis onerarunt. P. Vnde venitis? C. E Basilea. P. Hui, è tam longinquo? C. Sic est. P. Quod tandem genus hominum estis vos, qui sic oberratis sine iumẽto, sine crumena, sine famulitio, sine armis, sine commeatu?

Apophoretis, quæ dãtur in fine conuiuij, sic vt liceat cuique, si velit domum auferre.

...? C. Vides qualecunque vestigium Euangeli-
...a vita. P. Mihi videtur erronum vita, qui vagãtur
...um raticulæ. C. Tales errones erant Apostoli, talis
...erat & dominus Iesus. P. Nostis artem chiromanti-
...cam? C. Nihil minus. P. Vnde igitur suppetit victus?
C. Ab eo qui promisit. P. Quis ille? C. Qui dixit: No-
lite esse soliciti, hæc omnia adijcientur vobis. P. Pro-
misit, sed quærentibus regnum Dei. C. Id facimus pro
viribus. P. Apostoli clarebant miraculis, sanabant
ægrotos, proinde non mirum illis vbiq; suppetisse vi-
ctum, vos nihil tale potestis. C. Possemus, si similes esse-
mus Apostolis, & si res posceret miraculũ. At mi-
racula data sunt ad tẽpus incredulis, nunc nihil opus,
nisi pia vita. Et sæpe felicius est ægrotare, quàm va-
lere: sæpe felicius mori, quàm viuere. P. Quid igitur
vos facitis? C. Quod possumus, pro sua quisque do-
te diuinitus donata, consolamur, exhortamur, admone-
mus, corripimus: vbi se dederit occasio, nonnunquam
& concionamur, sicubi comperimus pastores mutos: si
non datur prodesse, damus operam, ne quem lædamus
moribus & lingua. P. Vtinam cras velis nobis con-
cionari. Nam dies est apud nos festus. C. Cui diuo?
P. Antonio. C. Fuit is quidem vir bonus, sed vnde
dies festus? P. Dicam, abundat hic vicus subulcis,
propter vicinum nemus glandiferum. Et persuasum
est, Antonio delegatam curam eius pecoris, & ideo
colunt illum, ne sæuiat neglectus. C. Vtinam verè co-
lerent illum. Pa. Quo pacto? Co. Sanctissimè coluit

diuos, quisquis imitatus est. Pa. Totus hic vicus ... perstrepet compotationibus, saltationibus, lusibus, ... & pugnis. C. Sic Ethnici quondam colebant Bacchum ... suum. Miror autẽ, si sic cultus Antonius nõ fuerit ... homines ipse pecore stultiores. Qualẽ habetis pastorem ... mutum, ac malũ? P. Qualis sit alijs nescio, mihi ... mus est: nam hîc potat totos dies, neq; quisquam plures adducit, aut meliores combibones, magnus meo ... no. Atq; adeò demiror illam nunc abesse. C. Nos experti sumus parum commodum. P. Quid audio? salutastis hominem? C. Ambiuimus apud illũ hospitiũ, ille nõ aliter, quàm lupos abegit à limine, & huc ... sit abire. B. Ha ha, nũc intelligo. Hinc est quòd nemo ... adesse, quòd sciret vos hîc futuros. C. Estne mutus? ... Mutus? nemo illo vocalior in vaporario, at strenue ... boat in templo, cõcionãtem nũquam audiui. Sed quid ... pluribus opus? vos ipsi sensistis, vt intelligo, non esse mutum. C. Estne peritus sacrarum literarum? P. Ait se peritissimum, sed quicquid taliũ rerum didicit, didicit in secreta confessione, sit vt fas non sit proferre apud alios. Quid multa? Dicam in summa, qualis est populus, talis est sacerdos: & planè nacta est suum pertella operculũ. C. Fortasse non dabit locũ concionaturi. P. Dabit, ad me recipio, sed hac lege, ne quid in illum iaculere quemadmodum plerique soletis. C. Rei male essuenerunt, qui hoc solent: ego clàm admoneo pastorẽ, si quid offendit: quod superest, Episcoporum est munus. Pa. At tales aues hunc raro deuolant. Equidem vi-

Secreta confessione. Vulgatis loc: est in ignarum.

deo.

...ros esse viros bonos. Sed quid sibi vult ista vestium
...entia? nã plerique hoc ipso iudicant vos esse malos,
...od sic vestiamini. C. Vnde id? P. Nescio, nisi quòd
...les multi comperiantur. C. Multi hoc ipso iudicant
...os esse sanctos, quòd sic vestiamur, peccant vtrique, sed
...mẽ humanius peccãt, qui ex veste bene de nobis su-
...mãtur, quàm qui malè. P. Esto sanè. Sed qua tandem
...ratione tot discriminum? C. Quid tu censes? P. Mihi
...quidem nulla videtur, nisi in pompis, aut in bellis: in
...mpis enim circunferũtur variæ personæ, sanctorũ,
...udæorũ, Ethnicorum, has ex diuerso cultu dignosci-
...mus. In bellis autem hoc præstaret cultuũ varietas, vt
...ejusque vexillum copiæ sequerentur, neque fieret
...ordinum confusio. C. Pulchrè dicis, & hæc vestis est
...militaris: alius alium ducẽ sequimur, sed omnes mi-
...litamus sub vno Cæsare Cstristo. Verum in veste tria
...spectãda sunt. P. Quæ? C. Necessitas, vsus, & decorum.
...Cur sumimus cibum? P. Ne pereamus fame. C. Sic ali-
...quando sumẽda vestis, ne pereamus frigore. P. Fateor.
...C. Hæc melius præstat hæc vestis, quàm tua: tegit enim
...& caput, & collũ, & scapulas, vnde plurimum est
...periculi: Vsus postulat varia vestium genera. Equite-
...ri cõuenit breuis, quiescenti longa: in æstate tenuis,
...in hyeme densa. Sunt Romæ, qui singulis diebus ter cõ-
...mutant vestem, manè sumunt duplicatã pellibus, sub
...meridiem accipiunt, simplicem, rursus sub nocte ali-
...quãto crassiorẽ: verùm non omnibus suppetũt muta-
...toria, proindè hæc vestis reperta est, vna ad plurimos

In pompis, pompæ sunt spectacula, quæ populo exhibentur: vulgo nunc processiones, a verbo.

vsus accommoda. P. Quî sic ? C. Si flat Boreas, ... feruet Sol, adducimus cucullam : si calor offendit ... mittimus in tergum : si quiescendum est, demit... veste : si ambulandum, subducimus, aut succ... etiam. P. Non pessimè sapuit, quisquis hoc inue... Est autem hoc ad bene viuendũ præcipuum, vt ... consuescat esse paucis contentus, alioqui si delicij ... affectibus indulgere cœperimus, nullus erit finis. A... nulla vestis inueniri potuit, quæ vna tot commodi... tibus subseruiret. P. Assentior. C. Nunc decorum ... spiciamus. Dic mihi bona fide, si tu sumeres vxoris tu... veste, nónne diceret omnes te facere præter decorum. P. Dicerent me insanire. C. Quid tu diceres, si illa su... meret vestem tuam. P. Fortasse nihil mali dicerem ... sed contunderem eam bonis fustibus. C. Atqui nihil ... refert, qua veste vtaris. P. Hic plurimum refert. C. ... Nec mirum. Nam & Ethnicorum leges puniũt v... rum ac fœminam, si diuersi sexus cultum sumpserint. P. Nec iniuria. C. Agè, quid si senex octogenarius su... meret sibi vestitum adolescentis quindecim annos nu... ti : aut contrà, si iuuenis sumeret vestem senis, nónne ... dicent omnes rem esse fustuario dignam? Aut si anus ... coleretur ad modũ adolescentulæ, & contrà. P. Ad... modum. C. Itidẽ si laicus sumat cultum sacerdotis, cõ... trà sacerdos laici. P. Vterq; faceret indecorè. C. Quid si ... priuatus sumeret ornamentum principis, aut sacer... dos priuatus episcopi, num faceret indecore? P. Scili... cet. C. Quid si ciuis sumeret cultum militis, plumas, ...

Bonis fustib: decus est in cõtrarijs, malis & bonis.

Fustuario, id est, fustigatione:

cate-

...ceria, Sabinia Thrasonicæ insignia? Pa. Rideretur.
...Quid si inter milites Anglus gestaret crucem al-
...am, Helvetius rubrã, Gallus nigrã? Pa. Faceret im-
...udenter. C. Quid itaq; miraris nostrum hunc cultũ?
Pa. Quid interſit inter priuatũ & principem, inter
virum ac fœminã, ſcio: quid interſit inter monachum
ac non monachũ, neſcio. C. Quid intereſt inter paupe-
rem & diuitem? Pa. Fortuna. C. Et tamen indecorũ
eſſet, ſi pauper imitaretur cultum diuitis. Pa. Verùm,
vt nunc fermè coluntur diuites. C. Quid inter fatuũ
& ſapiẽtem? Pa. Aliquãto plus quàm inter diuitem
& tenuem. C. Nónne moriones aliter veſtiuntur,
quàm qui ſapiũt? Pa. Neſcio quid vos deceat, attamẽ
veſter cultus non multum abeſt ab illorum cultu, ſi
quis addat auriculas & tintinabula. C. Hoc planè
deeſt: & ſumus huius mundi moriones, ſi modò verè
ſumus, quod profitemur. Pa. Quid vos ſitis, neſcio: il-
lud ſcio, multos eſſe moriones geſtantes auriculas &
tintinnabula, qui plus ſapiãt ijs, qui geſtant pilea ſuf-
fultapellibus, epomides, reliquaq; ſapientũ inſignia.
Itaq; mihi ſtultiſſimum videtur, ſapientiam profiteri
veſte potius, quàm ipſa re. Vidi quendam plus quàm
morionem, qui geſtabat veſtem vſq; ad talos demiſ-
ſam, epomidem Magiſtri noſtri: aderat & vultus,
qui videri poſſet grauis Theologi: diſputabat apud
omneis non ſine ſpecie grauitatis: magnatibus autem
non minus erat iucundus, quàm quiuis alius morio,
quum ſtultitiæ genere ſuperaret omneis. C. Quid

Suffulta pellibus. Hoc apud Germanos aliquot Doctores iuris: in Hiſpania, Theologi inſigniuntur flocco albo in ſummo pileo violaceo. & epomidæ, quæ imponit humeris nulli vſui futurã, niſi & ſignificet Magiſtrum noſtrũ.

igitur tu postulas, vt princeps, qui ridet morionem, comutet cũ illo vestem? Pa. Fortassis hoc postularem aliquando decorũ, quod tu proponis, si liceat repræsentare veste quicquid est in animo. C. Virges tu quidem, sed tamen arbitror non sine causa vestem suã addi morionibus. Pa. Ob quam? C. Nẽ lædantur à quoquã, si quid imprudenter dixerint, aut fecerint. Pa. Nos dicam interim, quòd ista res quosuis irritat potius ad lædendum, adeò vt frequenter è stultis fiant insani: Nec video cur, quũ bos cornupeta, qui occiderit hominem, aut canis, aut sus, qui occiderit infantem, afficiantur supplicio: morio, qui sceleratiora cõmiserit, præsidio stultitiæ sinatur viuere: illud expeto, cur vt distinguamini cultu à cæteris. Nam si quauis causa sufficit ad diuersum cultum, oporteret pistorem diuersimode vestiri quàm piscatorem, calcearium aliter quàm vestiarium, aliter pharmacopolam quàm œnopolam, aliter aurigam quam nautam. Vos si sacerdotes estis, cur secus vestimini, quàm reliqui sacerdotes? Si laici, cur à nobis differtis? C. Olim monachi nihil aliud erāmus, quàm purior pars laicorum: & hoc intererat inter monachum & alium laicum, quod nunc interest inter frugalem & probum virum suis manibus alentem familiam, & inter snaphanũ ex prædatorum reditu iactantem sese: pòst Romanus Pontifex addidit nobis suos honores: vestis ex nobis nacta est dignitatem, quæ nũc nec laicorũ est, nec sacerdotum: sed tamen huius, qualis qualis est, non paduit aliquã-

do

Oenopola, qui vendit vinum.

Snaphanum. Sic Germani vocãt prędonũ genus subito ex arcibus adorientium viatorem, mitigato vocabulo.

Cardinales & summos Pontifices. Pa. At tandem
aperiò istud vnde sumitur? C. Nonnunquam ex ipsa
rerum natura, nõnunquam ex consuetudine morta-
lium & opinione. Nónne iudicarent omnes absurdũ,
si quis tergore bubulo sic vestiretur, vt cornua promi-
nerent in capite & cauda traheretur humi? Pa. Ri-
diculum sanè. C. Rursum si quis vestem haberet, quæ
faciem ac manus tegeret, pudenda ostenderet? Pa.
Multo absurdius. C. Ob id notati sunt ab Ethnicis
quibusdam scriptoribus, qui multitia sumerent, fœminis e-
quidem indecora. Verecundius enim est nudum esse, qua-
lem se offendimus in vaporario, quàm vti veste pel-
lucente. Pa. Ego puto totũ hoc de cultu pendere à con-
suetudine ac persuasione mortaliũ. C. Quî sic? Pa. Nõ
multi sunt dies, quòd hîc diuersati sunt, qui se præ-
dicarent peragrasse varias regiones nuper inuentas,
& quas in priscorum cosmographorum picturis desi-
deramus. Hi se narrabant peruenisse ad insulam quã-
dam cœli temperatissimi, vbi summi dedecoris loco
habebatur tegere corpus. C. Isti fortassis belluarum ri-
tu viuebant. Pa. Imò, vt aiebant, humanissimam a-
gebant vitam. Degebãt sub rege, cum comitabantur
ad opus manè, nõ amplius quam horam etiam singu-
lis diebus. C. Quid operis faciebant? Pa. Euellebant ra-
dicum genus, quod illis tritici loco est, & tritico tum
gratius, tum salubrius: quo peracto redeunt ad su-
um quisque negotium, & quod cuiusque lubitum
est animo, faciunt. Sanctè educant liberos, vitant
&

Multitium, Vestis pellucida mulierũ proprie luue. Quũ tumultitia sumus.

& puniũt flagitia, sed nullum acerbius, quàm adul-
terium. C. Quo supplicio? Pa. Fœminis ignoscitur, da-
tur hoc sexui: cæterum viris adulterij conuicto ha-
pœna est, vt per omnem vitam in publicum prodeat
membro pudendo velo obtecto. C. O graue supplicium
P. Atqui consuetudo persuasit illis, hoc esse quo
supplicio grauius. C. Vbi cõtemplor quid possit persua-
sio, propemodum assentior tibi. Etenim si quis ve
furem aut homicidam afficere extrema ignomin
nónne satis esset, si præcideret illi interulã supra nu
tes, si partes pudendas turpiter prominentes lupi
pellibus cõuestiret, caligas diuersis coloribus varieg
ret: vestem, quæ thoracem tegit ac brachia totam cõ
scinderet, veluti rete faciens è veste, scapulas & pe
ctus nudaret, barbã partim demeteret nouacula, par
tim demitteret, partim intorqueret, capillos tonderet,
adderet pileũ vndiq; sectum, cum ingenti fasciculo
plumarum, ac sic iuberet prodire in publicũ? Nónne
magis traduceret hominem, quàm si morionis cucul-
lam adderet cum auriculis prælongis ac tintinabulis?
Et tamen sic vltrò sese ornant milites, ac sibi placent:
& reperiunt quibus hoc pulchrum videatur, quum
nihil possit esse insanius. Pa. Imò non desunt honesti
ciues, qui hoc pro viribus æmulentur. C. Atqui si
quis nunc tonctur Indorũ æmulari cultum, qui plu-
mis auiã vestiuntur, nónne pueris omnibus videretur
insanire? Pa. Prorsus. C. Atqui quod nos miramur, ci-
tiã longè insanius est illo. Proinde vt verum est, nihil

esse

esse tam absurdum, quod non cõmendet assuetudo: ita
negari non potest, in vestibus esse quoddam decorum,
quod apud sanos & cordatos semper decorum est: ac
rursus indecorum, quod apud omneis qui sapiunt, in-
decorũ videri debet. Quis enim nõ ridet, quoties vi-
det fœminas onustas longa vestis coronide, quæ nobili-
tatem generis caudæ longitudine metiũtur? Quanquã
hoc non pudet imitari quosdam Cardinales duntaxat
non pallys. Et tamen res est adeò violenta consuetudo,
ut nõ sit huic aut illi liberũ mutare, quod receptum
est. Pa. Satis de consuetudine. Sed dic tu mihi, quid
sentias, vtrũ existimes satius, monachos nõ differre à
cæteris cultu, an differre? C. Equidem arbitror simpli-
citatem & Christianum, nõ æstimari quenquã ex cultu,
quando sit honestus ac decorus. Pa. Cur igitur vos non
abjicitis cucullas? C. Cur Apostoli non statim vesce-
bantur cibis quibuslibet? P. Nescio, dic tu. C. Quoniã
obstabat inuicta consuetudo. Quod enim infixum est
animis hominũ, multoq; vsu confirmatũ inueterauit,
ac velut in naturam abijt, subitò tolli sine magna per-
nicie tranquillitatis humanæ non potest: sed ita pau-
latim submouendum est, quemadmodum ille reuulsit
pilos caudæ equinæ. Pa. Tolerarem, si monachorum
omnium esset vnus cultus: tot discrimina quis ferat?
C. Hoc malum vsus inuexit, qui nihil non inuehit.
Benedictus non commentus est nouum cultum, sed is
quo tum vtebatur cũ suis, erat cultus laici simplicis,
ac probi. Nec Franciscus inuenit nouam formam, sed

Coronide, quã nũc cau-dã vocant.

Caudæ equinæ id est, pau latim, vide pro.

Caudæ pilos equinæ vel-lere.

hæc erat vestis pauperum ac rusticorum. Posteri
additis quibusdam verterunt rem in superstitione
Nónne videmus & hodie quasdam anus tenentes
seculi cultum, qui magis est diuersus à cultu hu
temporum, quam meus cultus abest à tuo? Pa. Vi
mus. C. Itaq; quũ hunc cultum vides, vides relig
prisci seculi. Pa. Ergo nihil habet aliud sanctimo
cultus vester? C. Nihil prorsus. Pa. Quidam iacta
istos cultus præmonstratos diuinitus à diua Virg
matre. C. Ista sunt hominum somnia. P. Sunt qui d
sperent se posse à morbo reualescere, ni vestiantur cu
tu Dominicano: Imò, qui ne sepeliri quidem velin
nisi in veste Frãciscana. C. Ista qui suadent, aut ca
tatores sunt, aut fatui: qui credũt, superstitiosi. De
nõ minus dignoscit nebulonem in veste Franciscana
quàm in militari. Pa. At minor est plumarũ varie
tas in auibus, quàm in vobis cultus. C. An non stu
pulchrũ est imitari naturam? sed pulchrius vincere
Pa. Vtinã vinceretis & rostrorũ varietate. C. Sed ego
varietati quoq; patrocinabor, si pateris. Nónne alit
vestitur Hispanus, aliter Italus, aliter Gallus, alite
Germanus, aliter Græcus, aliter Turca, aliter Saracẽ
nus? P. Scilicet. C. Et in eadẽ regione quanta varie
vestium, etiã in eiusdem sexus ætatis, & ordinis ho
minibus? Quantò alius cultus Veneto, alius Florenti
no, alius Romano, Atque hæc intra vnam Italiã. Pa.
Credo. C. Hinc nata est & nostra varietas. Domi
nicus sumpsit cultum à probis agricolis eius Hispanie
partis,

partu, in quo vixit: Benedictus à rusticis eius Italiæ partu, in quo vixit: Franciscus ab agricolis diuersæ sortis: atq; item de cæteris. P. Proinde quantũ video, nos nihilo estis sanctiores nobis, nisi sanctius vixeritis. C. Imò peiores vobis, qui parũ piè viuẽtes, grauius offendamus animos simpliciũ. P. Est igitur aliqua spes de nobis, qui nec patronum habemus, nec cultum, nec regulã, nec professionem? C. Habes, ô bone, vide vt serues: quære à susceptoribus tuis, quid professus sis in baptismo, quã vestem illic acceperis. Et humanã regulã desyderas, qui regulã Euangelicã professus sis? Desyderas hominem patronũ, qui patronũ habeas Iesum Christũ? Quũ duceres vxorem, nihil professus es? Cogita, quid debeas coniugi, quid liberis, quid familiæ, & senties te plus habere sarcinæ, quàm si Franciscã regulam professus esses. Pa. Credis ne vllum pandicheum ingredi cælum. C. Quid ni? Pa. Multa fiunt ac dicuntur in hac domo, quæ parũ respondent Euangelio. C. Quæ? Pa. Alius bibit plus satis, alius obscœnè loquitur, quidã rixantur, quidam obtrectant: denique cætera sint casta, nescio. C. His occurrendum est, quantum potes: si nõ potes, certè ne alas quæstus causa hac mala, néue accersas. Pa. Nonnunquàm parum bonæ fidei sum in vino. C. Quî sic? Pa. Vbi sensero illos plus satis incalescere, largiter aquam admisceo. C. Istud quidem leuius est, quàm si quibuslibet vendas vinum periculosis medicamentis infectum. Pa. Die mihi serio, quot dies fuisti in hoc itinere?

Susceptores nos nõc patrinos, ac matrinos vocãt, qui spondent pro pueris baptisatis.

C. Mens

C. Mẽsem fermè. Pa. Quis interim vos curat? C. Nõ
ne bene curãtur, qui habent vxorem, liberos, pare
tes & cognatos? Pa. Sæpenumerò. C. Tu nõ habes
vnicã vxorem, nos centum: tu nõ nisi vnicũ pat
nos centũ: tu non nisi vnicã domũ, nos centũ:
nisi paucos liberos, nos innumeros: tu non nisi pa
cognatos, nos infinitos. Pa. Quî sic? C. Quia lati
parrigit cognatio spiritus, quàm carnis. Et ita n
pollicitus est Christus, & experimur: verum, q
pollicitus est. P. Næ tu mihi præbuisti sat lepidum
uiuã: emoriar, nisi malim hanc confabulationẽ, q
pastoris mei cõpotationẽ. Crãs dignaberis aliquid
cere populo. Et si posthac contingat te hàc facere ite
scio tibi hîc paratum locum. C. Quid si alij veniant
Pa. Non erunt ingrati, modò tui similes. C. Melio
vti spero. Pa. Verũ inter tam multos malos quom
dignoscam bonos? C. Dicam paucis, sed in aurem. P
Dic. C. Pa. Meminero, & faciam.

Simili ioco Reuchlinus claudit opus de verbo mirifico.

ABBATIS ET ERVDITAE.

Antronius, Magdalia.

Antronius: Alluſit ad proverbium.

A. Quam hic ego suppellectilem video? Ma. A
non elegantem? A. Nescio quàm elegãtem, certè p
rum decoram & puellæ, & matronæ. Ma. Quam
rem? A. Quia librorũ plena sunt omnia. M. Tu ta
tus natu, tum abbas, & aulicus, nũquã vidisti libro
in ædibus heroinarum? An. Vidi, sed Gallicè scri
ptos, hîc video Græcos & Latinos. M. An soli Galli
cè scripti libri docent sapientiam? An. Sed decet hæ
heroi-

heroinas, vt habeant, quo delectent otium. M. An solis heroinis licet sapere, ac suauiter viuere? A. Malè cõnectis, sapere, & suauiter viuere: non est muliebre sapere, heroinarũ est suauiter viuere. M. Nónne omnium est bene viuere? A. Opinor. M. Quî potest autẽ suauiter viuere, qui non viuat bene? A. Imò qui potest suauiter viuere, qui viuat bene? M. Ergo tu probas eos, qui viuũt malè, modo suauiter? A. Arbitror illos bene viuere, qui viuũt suauiter. M. Sed ista suauitas vnde proficiscitur, è rebus extrarijs, an ex animo? A. E rebus extrarijs. M. O subtilem abbatem, sed crassum philosophum: Dic mihi, quibus rebus tu metiris suauitatẽ? A. Somno, conuiuijs, libertate faciẽdi quæ velis, pecunia, honoribus. M. Verùm si istis rebus Deus addiderit sapientiam, num viues suauiter? A. Quid appellas sapientiã? M. Hoc est, si intelligeres hominẽ non esse felicem, nisi bonis animi: opes, honores, genus, neq; feliciorẽ reddere, neq; meliorẽ. A. Valeat ista quidẽ sapientia. M. Quid si mihi suauius sit legere bonũ auctorem, quàm tibi venari, potare, aut ludere aleam, non videbor tibi suauiter viuere? A. Ego non viuerem. M. Nõ quæro quid tibi sit suauissimum, sed quid deberet esse suaue. A. Ego nolim meos monachos frequẽtes esse in libris. M. At meus maritus hoc maximè probat. Sed quam ob rem tandem nõ probas hoc in monachis tuis? A. Quoniam experior illos minus morigeros. Respondent ex Decretis, ex Decretalibus, ex Petro, ex Paulo. M. Imperas igitur quæ pugnant

Heroinas appellat potẽtes aulicas, quasi semideas.

gnant cum Petro & Paulo? A. Quid illi doceant, nescio: sed tamen non amo monachum respondatorem: neq. velim quenquam meorum plus sapere, quam ego sapiam. M. Istud ita vitari possit, si tu des operam, vt quàm plurimum sapias. A. Non est otiũ. M. Qui sic? A. Quia non vacat. M. Non vacat sapere? A. Non. M. Quid obstat? A. Prolixæ preces, cura rei domesticæ, venatus, equi, cultus aulæ. M. Itáne ista tibi sunt potiora sapientia? A. Nobis sic vsu venit. M. Iã illud mihi dicito, si quis Iuppiter hanc potestatẽ tibi daret, vt possis & monachos tuos & teipsum vertere in quocunque animal velles, an illos in porcos verteres, teipsum in equum? A. Nequaquam. M. Atqui sic vitares, ne quis plus te vno saperet. A. Mea non magni referret, quòd genus animantis essent monachi, modò ipse essem homo. M. An hominem esse censes, qui nec sapiat, nec velit sapere? A. Mihi sapio. M. Et sibi sapiunt sues. A. Videre mihi sophistria quapiam, ita argutaris. M. Non dicam quid tu mihi videaris. Sed cur hæc displicet suppellex? A. Quia fusus & colus sunt arma muliebria. M. Nonne matrinæ est administrare rem domesticam, erudire liberos? A. Est. M. An rem tantam existimas administrari posse sine sapientia? A. Non arbitror. M. At hanc sapientiam docent me libri. A. Ego domi habeo sexaginta duos monachos, tamen nullum librum reperies in meo cubiculo. M. Bene itaque prospectum est monachis illis. A. Ferã libros, non fero Latinos. M. Quapropter,

propter? A. Quia non conuenit ea lingua fœminis. M. Expecto causam. A. Quia parum facit ad tuendã illarũ pudicitiam. M. Ergo nugacissimis fabulis pleni libri gallicè scripti faciũt ad pudicitiã? A. Aliud est. Dic isthuc quicquid est, apertè. A. Tutiores sunt à sacerdotibus, si nesciant Latinè. M. Imò isthinc minimum est periculi vestra opera. Quandoquidem hoc agitis sedulò, ne sciatis Latinè. A. Vulgus ita sentit, quia rarum & insolitum est, fœminam scire Latinè. M. Quid mihi citas vulgum, pessimum bene gerendæ rei auctorem? Quid mihi consuetudinem, omnium malorum rerum magistram? Optimis assuescendum: ita fiet solitum, quod erat insolitum: & suaue fiet, quod erat insuaue: fiet decorum, quod videbatur indecorum. A. Audio. M. Nónne decorum est fœminam in Germania natam discere Gallicè? A. Maximè. M. Quam ob rem? A. Vt loquatur cum his, qui sciunt Gallicè. M. Et mihi putas indecorum, si discam Latine, vt quotidie confabulor cum tot auctoribus, tàm facundis, tam eruditis, tam sapientibus, tàm fidis consultoribus? A. Libri adimunt multum cerebri fœmineo, cùm alioqui parum illum sutum perfit. M. Quantum vobis superfit, nescio, certè mihi quantulumcunque est, malim in bonis studijs consumere, quàm in precibus sine mente dictis, in pernoctibus conuiuijs, in exhauriendis capacibus pateris. A. Librorum familiaritas parit insaniam. M. An colloquia combibonum, scurrarum & sanniorum

tibi non pariunt insaniam? A. Imò depellũt radium. M. Quî fiat igitur, vt tam amœni confabulones mihi pariant insaniam? A. Sic aiũt. M. At aliud ipsa loquitur res. Quantò plures videmus, quibus immodica potatio, & intempestiua conuiuia, quibus temulenta peruigilia, quibus impotentes affectus pepererũt insaniam? A. Ego sanè nollem vxorẽ doctam. M. At ego mihi gratulor, cui contigerit maritus tui dissimilis. Nam & illum mihi, & me illi chariorẽ reddit eruditio. A. Immensis laboribus comparatur eruditio, at pòst moriendum est. M. Dic mihi vir egregie, si crastibi moriendũ esset, vtrum malles mori stultior an sapientior? A. Si citra laborẽ contingeret sapientia. M. Sed nihil homini citra laborem cõtingit in hac vita, & tamen quicquid paratum est, quantis suis laboribus comparatum est, hîc relinquendum est: cur pigeat nos in re omnium precioßißima sumere laboris aliquid, cuius fructus nos in alteram quoq; vitam comitatur? A. Frequenter audiui vulgò dici, fœminam sapientem bis stultam esse. M. Isthuc quidem dici solet, sed à stultis. Fœmina quæ verè sapit, non videtur sibi sapere: contrà, quæ quum nihil sapiat, sibi videtur sapere, ea demum bis stulta est. A. Nescio quomodo fit vt quemadmodum clitellæ non conueniunt boui, ita nec literæ mulieri. M. Atqui negare non potes, quin magis quadrent clitellæ boui, quam mitra asino aut sui. Quid sentis de Virgine matre? A. Optimè. M. Nónne versabatur in libris? A. Versabatur, at non in.

Clitellæ. Vide prouer. Bos clitellas.

in istis. M. Quid igitur legebat? A. Horas canonicas. M. Ad quem vsum? Ordinis Benedictini. M. Sit ita sanè. Quid Paula & Eustochium, nónne versabantur in sacris libris? A. Verùm isthuc nunc rarum est. Sic olim rara auis erat Abbas indoctus, nunc nihil vulgatius: olim principes & Cæsares eruditione non minus quàm imperio præminebant. Neq; tamen vsq; adeò rarum est, quàm tu putas: sunt in Hispania, sunt in Italia non paucæ mulieres adprimè nobiles, quæ cũ quouis viro queant contendere: sunt in Anglia Moricæ, sunt in Germania Bilibaldicæ & Blaurericæ. Quòd nisi caueritis vos, res eò tandem euadet, vt nos præsideamus in scholis Theologicis, vt concionemur in templis, occupabimus mitras vestras. A. Ista deus auertat. M. Imò vestrum erit hoc auertere. Quod si pergetis, vt cæpistis, citius anseres concionaturi sint, quam vos mutuos pastores ferant. Videtis iam inuerti mundi scenam: aut deponenda est persona, aut agenda sunt suæ cuique partes. A. Vnde incidi in hanc fœminam? Si quando vises nos, ego te suauius accipiam. M. Quibus modis? A. Saltabimus, bibemus affatim, venabimur, ludemus, ridebimus. M. Mihi quidem iam nunc videre libet.

Ordinis benedictini. Ridicule, quum Benedictus nondum esset natus.

EPITHALMIVM PETRI AEGIDII.

Alypius, Balbinus, Musæ

A. Deum immortalem, quod ego nouum spectaculum hîc video? Aut tu vides quod nusquam est, aut

mei parum prospiciunt oculi. A. Atqui mirum spectaculũ est & amabile. B. Enecas, dic vbi vides. A. Ad læuam in hoc colle nemoroso. B. Collem video. A. Non vides puellarum chorum? B. Quid tibi venit in mentem, vt nos ad istum modum ludos faciat? Ego ne muscam quidem puellam vsquam conspicor. A. Tace, prodeũt è nemore. Papæ, quæ nitor, quæ gratia: non humanum est hoc spectaculum. B. Quæ hunc agitant intemperiæ? A. Agnosco, nouem sunt Musæ cum tribus Gratys: demiror quid agant, nunquã vidi cultiores aut magis alacres: omnes sunt redimitæ lauro, & suum quæq; gerit organum. Porrò Gratiæ quã amabiliter sibi hærent, quàm decet nullo astricta cingulo vestis, ac liberis diffluens lacinijs. B. At ego nũquam audiui quenquam magis delirantem, quam te. A. Imò neminem vidisti me feliciorem. B. Cur hic solus habes oculos? A. Quia non bibisti ex fonte Musarum: nam his solis conspicuæ sunt Musæ. B. Ego affatim hausi è fonte Sceti. A. Non ille fons est Musarum, sed lacus ranarum. B. Non potes efficere, vt & ipse videam hoc spectaculi? A. possem, si quidẽ adesset laurus: nam liquor è fonte limpido, ramo lauri aspersus, oculos reddit huiusmodi spectaculorum perspicaces. B. Ecce laurus, ecce fonticulus. A. Commodum profectò. B. Asperge. A. Intende vidésne? B. Quantum antea. Asperge rursus. A. Iámne vides? B. Tantundem. Asperge copiosius. A. Iam vides opinor. B. Imò vix te video. A. Miser, quàm penitus oculos tuos

Intemperiæ, id est, furiæ.

tus obsedit τὸ σκότος. Hæc ars vel auriga daret oculos. Verùm non est quod crucieris, præstiterit fortasse non videre, ne tali præmio videas Musas, quali Actæon vidit Dianam. Periculum enim esset, ne te vertant in histricem, aut aprum syluestrem, aut porcum, aut camelum, aut ranũ, aut graculum. Efficiam tamen, vt audias, modò ne obstrepas. Iam huc deflectũt viam, occurramus, χαίρετε πρῶτον ὄμμασι θεαί. M. Καὶ σὺ μάλα χαῖρε φιλόμουσε. A. Quid vellicas? B. Non præstas, quod promiseras. A. An non audis? B. Audio, sed velut asinus lyram. A. Loquar igitur Latinè. Quónam est iter tam cultis, tamq; alacribus? Num inuisitus Louanienſium Academiam? M. Bona verba. A. Quàm ob rem? M. Quis nunc illic nobis locus, vbi tot porci obgrunniũt, obrudunt asini, obblactiunt cameli, obstrepunt graculi, obgarriunt picæ? A. Atqui sunt & illic, quibus vestrum numen est venerandum. M. Scimus, eoq; post annos aliquot illuc commigrabimus. Nondum reuoluta seculorum periodus diem illum fatalem aduexit. Erit enim qui illic nobis amœnum extruet domicilium, vel templum potius, quo vix alibi magnificentius, ac sanctius. A. Non est fas scire quisnam tantum deus inuecturus nostræ ditioni? M. Tibi fas est, nostrorum sacrorum mystæ. Non dubium est, quin tibi notum sit toto orbe celebre. Buslidianorum nomen. A. Hereticum genus nominasti, & ornandis summorum principum aulis natum. Quis enim non veneratur

i. tenebræ. Alluſum eſt ad Scoti nomen.

Actæon quũ casu vidisset Dianam nudã, versus est in ceruũ. Histrix spinosum animal, quod spinas, eas iaculatur &c. i. auete optimę Deæ, &c. i. & tumultũ salue Musarũ amator. Obblactiunt Blactire proprie camelorum est.

Periodus, circuitus.

Mystæ, qui sacris initiati sunt a verbo μυέω quod ipsum a silentio dictum.

magnum illum Franciſcum Buſlidium Beſuntinæ ecclesiæ præſulem, qui vnus non vnum Neſtorem præſtitit Philippo maximi Maximiliani filio, Caroli qui maior futurus eſt, patri? M. O felices nos, niſi fatæ virum illum terris inuidiſſent. Quantũ erat ille Mecœnas honeſtorum ſtudiorũ, quàm cãdidus fautor ingeniorum. Sed reliquit fratres duos, A Egidium admirabili iudicio prudentiaq; virum, & Hieronymũ. A. Hieronymũ nouimus omni literarum genere perpolitum, omni virtutum genere decoratum. M. Nec eum fata longæuum eſſe patientur, tametſi nemo dignior eſt immortalitate. A. Vnde iſta noſtis? M. Apollo nobis denarrauit. A. Quænam eſt iſta fatorũ inuidia, vt optima quæq; protinus ſubducant? M. Id quidem non eſt huius temporis philoſophari, ſed Hieronymus hîc ſumma cũ laude moriens, vniuerſas opes ſuas deſtinauit inſtituẽdo Louanij collegio, in quo gratis & publicitus tres linguas eruditiſſimi viri profitebuntur. Ea res magnum ornamẽtum adiunget, & ſtudijs, & Caroli gloriæ. Tum non illibenter verſabimur Louanij. A. Quò nunc igitur eſt iter? M. Annuerpiam. A. Muſæ & Gratiæ ad mercatũ? M. Nequaquam, imò ad nuptias. A. Quid virginibus cum nuptijs. M. Ad tales nuptias non eſt indecorum ire virgines. A. Quas igitur nuptias narras? M. Sãctas, puras, caſtas, ad quas non puderet ipſam adire Palladem, & arbitror adfuturam. A. Nõ eſt fas ſcire ſponſi nomen & ſponſæ? M. Arbitror tibi non ignotum eſſe candi-

candidissimum illum iuuenem, & omnibus politioris
literaturæ delicijs expolitissimũ, Petrũ Ægidium.
A. Gemmam nominasti, non hominem. M. Ei nubet
Cornelia virguncula vel ipso digna Apolline. A.
Ille quidẽ vestri cultor eximius à teneris annis fuit.
M. Huic igitur canemus epithalmiũ. A. Et salta-
bũt Gratiæ? M. Nõ modò saltabunt, verùm etiã duo
cãdidissima pectora indissolubilibus mutuæ beneuo-
lentiæ nobis copulabunt, vt nihil vnquam inter illos
possit incidere vel iræ vel tædij. Illa perpetuum nihil
audiet nisi, mea lux: ille vicissim nihil, nisi, anime
mi. Atq; huic iucunditati ne senectus quidem quic-
quàm detrahet, imò potius adiũget aliquid. A. De-
mirarer, si qui sic viuunt, possint senescere. M. Rectè
mones, nã maturitas erit potius, quàm senectus. A.
Atqui noui permultos, quibus intra mẽses treis istæ
verborũ blãditiæ lõgè in diuersum versæ sunt, & in
cõmunio pro lepidis iocis volitabãt disci & quadrulæ.
Maritus pro anime mi, audiebat, fungus, lagœna, spõ-
gia: vxor, scropha, Acco, vomica. M. Vera prædicas,
sed istiusmodi nuptiæ Gratijs iratis coierãt, hîc perpe-
tuò morũ iucunditas alet mutuã beneuolentiã. A.
Narras tu quidem rarã matrimonij felicitatẽ. M. Tã
raras virtutes rara decet felicitas. A. Quid, coibunt
nuptiæ absq; Iunone & Venere? M. Iuno quidem nõ
aderit rixosa dea, & cui rarò bene cõuenit cum suo
Ioue. Ne Venus quidem illa terrestris & ebriosa, ve-
rùm altera illa cælestis, quæ cõciliat formas animorũ.

Acco, mulier ob stultitiã nobilis. Vomica, hulcus, sic appellamus nobis molestos.

Illa terrestris: alluſit ad hoc quod Socrates apud Platonẽ facit duas veneres, & duos cupidines. Mirotheciõ, vaſculum vnguentarium.

A. Proindè ſterile matrimonium mihi narras. Mu. Nequaquam, imò feliciſſimè fœcundum. A. Quid illa cœleſtis gignit, niſi animos. Mu. Imò addit & corpora, ſed ipſis animis morigera, perindè quaſi gemmeo myrothecio indas opobalſamum. A. Vbinam eſt? M. En tibi procul aduentat. A. Video: Deum immortalem, qui fulgor, quæ formæ maieſtas. Ad hanc quidem altera Venus inuenuſta eſt. M. Vides quàm modeſti Cupidines nequaquam cæci, quemadmodum illi, quibus altera dementat animos mortalium, ſed oculatiſſimi: nec habent inſanas faces, ſed ignes placidiſſimos: nec habent plumbeas cuſpides, quibus immittunt odiũ amantis, ac miſeros animos amore non mutuo diſcruciant. Al. Planè matrem referunt. O felicem illam domũ & ſuperis egregiè charam. Cæterũ licétne audire epithalamium carmen, quod illis deſtinaſtis? M. Imò rogamus, vt libeat audire.

CLIO.

Candida laurigero nubit Cornelia Petro,
Auſpicijs adſint numina dextra bonis.

MELPOMENE.

Contingat illis turturum concordia,
Corniculæ viuacitas.

THALIA.

Gracchũ Ti. Lege Plutarchũ in Gracchis ſtatim in principio. Corneliæ.

Ille charitate Gracchum Tiberium præceſſerit,
Qui ſuæ vitam antepoſuit coniugis Cornelia.

EVTERPE.

Illa charitate ſuperet coniugem Admeti ducis,
Quæ volens mortem mariti morte mutauit ſua.

TER-

TERPSICHORE.

Illa non flagret leuiore flamma,
Attamen fato meliore, quàm olim
Plancius raptæ sociæ grauatus
Esse superstes.

De hac extra tragœdia Euripidis. Meminit & Valerius Maxi. lib. 4. cap. 6. Atque ibidē de Plācio & Horestilla. Rursus ibi.

ERATO.

Illa non flagret leuiore flamma,
Attamen longè meliore fato,
Casta quàm sanctum deamauit olim
Porcia Brutum.

De Porcia catonis filia, bruti vxore.

CALLIOPE.

Sponsum moribus vndiquaq; sanctis,
Nec Nasica probatus antecellat.

Sulpitia paterculi alia vxor Fuluij Flacci, quæ ob pudicitiā ē cētura matronis lecta fuit dedicandum Romæ Veneris simulachrum Meminit T. Liuius.

VRANIA.

Vxor moribus vndiquaque castis,
Vincat Sulpitiam Paterculanam.

POLYHYMNIA.

Laudetur simili prole puerpera,
Accrescat domini res simul & decus,
Sed liuore vacet, si fieri potest,
Factis egregijs debita gloria.

A. Prorsus inuidere illi Petro Aegidio, nisi tātus esset hominis candor, vt ipse nemini possit inuidere. M. Sed iā tempus est, vt cœptū carpamus iter. A. Nunquid est quod interim velitis renūciari Louaniū? M. Vt nostro nomine salutes amicos oēs cādidos, ac nostri studiosos, sed præ cæteris vetustissimū nostri chori cultorem Ioannem Paludanū, Iodocū Gauerū, Martinū Dorpiū, & Ioannem Borsalū. A. Id quidem fiet diligenter. Quid cæteris? M. Dicam in aurem. A. Res non est magni sumptus: itaq; fiet quàm primùm.

Res non est magni sumptus videtur hoc dictum in aurem, vt suspendant sese.

EX-

EXORCISMVS, SIVE SPECTRVM.

Thomas, Anselmus.

T. Quid est bonæ rei, quod tecum rides tã suauiter, quasi thesaurum nactus sis? A. Non procul abest à scopo tua diuinatio. T. At nõ imperties sodali quid isthuc est boni? A. Imò iamdudũ optabam mihi dari quempiam, in cuius sinũ effunderem hoc meum gaudium. Th. Agè igitur imperti. A. Audiui modò fabulã lepidissimã, quam iures esse comicũ figmentum, nisi mihi locus, persona, totaq; res esset tam noti quàm tu notus es mihi. T. Audire gestio. A. Nostine Polũ Bauni generũ? T. Maximè. A. Is est & auctor & actor huius fabulæ. T. Facilè crediderim. Nã ille vel absq; persona possit quãuis agere fabulam. A. Sic est. Nosti, opinor, & prædium quod habet nõ ita procul à Londino. T. Phy. Non semel illic compotauimus. An. Agnoscis igitur viam vtrinq; arboribus paribus digestis interuallo septam. T. Ad læuam adium partem, altero ferè balistæ iactu. An. Tenes. Alterum viæ latus habet alueum siccum, dumis ac vepribus obsitum, è ponticulo iter est in apertam planiciem. T. Memini. A. Iampridem vagabatur rumor ac fabula per eius loci rusticos, iuxta põticulũ hunc obuersare spectrum quoddam, cuius subinde exaudirentur miserandi eiulatus: suspicabãtur animã esse cuiusdã, quæ diris cruciatibus torqueretur. Th. Quis auctor erat istius rumoris? An. Quis, nisi Polus? hoc proæmium

...nium præstruxerat suæ fabulæ. T. Quid isti venit in ...mentem, vt ista confingeret? A. Nescio, nisi quia sic ...t hominis ingenium, gaudet huiusmodi commentis ...dere stultitiam populi. Dicam quid nuper designa- ...it huius generis. Simul equitabamus aliquam multi ...richemondam, inter quos erāt quos tu diceres corda- ...os homines. Cælum erat mirè serenū, nec vlla vsquā ...nbecula suffuscatum. Ibi Polus intentis in cælū ocu- ...s, signauit totam faciem ac scapulas imagine crucis, ...vultu ad stuporem composita, ita secū: Deum im- ...mortalē, quid ego video? Rogātibus qui proximè equi- ...tabant, quid videret, rursus obsignās se maiore cruce: ...Auertat, inquit, clementissimus Deus hoc ostentum. ...Cum instarent cupiditate cognoscendi, ille defixis in ...cælum oculis, ac digito commonstrans cæli locū: Nón- ...ne, inquit, videtis illic immanem draconem, igneis ar- ...matum cornibus, cauda in circulum retorta? Cùm ne- ...arent se videre, atq; ille iussisset oculos intendere, ...e locū subinde cōmonstraret, tandem vnusquisquam, ...ne videretur parum oculatus, affirmauit se quoq; vi- ...dere. Hunc imitatus est vnus item atq; alter: pudebat ...enim nō videre quod tam esset perspicuū. Quid mul- ...ta? Intra triduū rumor hic totam Angliā peruase- ...rat, tale portentū apparuisse. Mirum autem quantū ...vana popularis addidit fabulæ. Nec deerant qui quid ...sibi vellet ostentum, interpretarentur seriò. Horum ...stultitia ille qui commentus fuerat argumentum ma- ...gno cum voluptate fruebatur. Th. Agnosco hominis

inge-

ingenium. Sed redi ad ſpectrum. A. Interea commo-
dum diuertit ad Polum Faunus quidam ſacerdos,
eorum genere quibus non ſatis eſt appellari Latine re-
gulares, niſi Græcè cognomen idem accinatur, pon-
tibus vici illic alicunde vicini. Is ſibi non vulgus
videbatur ſapere, præſertim in rebus ſacris. T. Inue-
go, repertus eſt actor fabulæ. A. Super cœnam orta
eſt ſermo de rumore ſpectri. Cũ Polus ſentiret Fau-
rumorem hunc non ſolum auditũ eſſe, verùm etiam
creditum, cœpit hominem obteſtari, vir doctus at pre-
ſuccurreret animulæ tã dira patienti: & ſi quid du-
bitas, inquit, explora rem, obambula ad decimã iuxta
ponticulam illum, & audies miſerũ eiulatum: ad-
iũge tibi quem voles comitem, ita & tutior audies
& certius. T. Quid deinde? An. Cœna peracta Polus
ex more abit venatũ, aut aucupatũ. Faunus obambu-
lans quum iam tenebræ ſuſtulliſſent certum de rebus
iudiciũ, tandem audit miſerãdos gemitus. Hos Polus
artifex mirè effingebat, abditus illic in vepreto, adhi-
bita ad id olla fictili, quò vox è cauo reddita lugu-
brius quiddã ſonaret. T. Hæc fabula, vt video, vim
phaſma Menandri. A. Magis iſthuc dices, ſi totã au-
dieris. Faunus domũ ſe recipit, narrare cupiens quæ
audiſſet. Polus alia via cõpendiaria iã anteuerterat.
Ibi Faunus narrat Polo, quod erat actum, & aliquid
etiã effingit, quò res eſſet admirabilior. Thom. Poterat
interim Polus tenere riſum? An. Illéne? Vultum ha-
bet in manu: Dixiſſes rem ſeriò agi. Tandem Faunus
vbi

Niſi Græce. Ludit, alioqui canonici non dicũtur a regula, ſed a præbenda quam nunc vocant. Nã canon aliquando eſt certus cibi potuſue modus, qui dabatur militibus

Phaſma. i. apparitio. Nomẽ eſt fabulæ, in qua puella potiebatur amatore ficta apparitione Deæ, cui fiebant ſacra. Vide Donatum in prologũ. Eunuchi.

ehementer obtestante Polo, suscipit negotium exor-
ismi, at totam eã noctem agit insomnem, dum dispi-
t quibus modis rem aggrederetur tutò: nã sibi quoq;
iserè metuebat. Primùm itaq; cõgesti sunt exorcis-
i efficacissimi, & additi nouí nonnulli per viscera
eata Mariæ, per ossa beatæ VVerensridæ. Deinde de-
ectus est locus in planicie vicina vepreto, vnde vox
randiebatur: circũductus est circulus satis amplus,
ui trebras haberet cruces, variasq; notulas. Hæc om-
ia pragebantur verbis cõceptis. Adhibitũ est vas
ngens, plenũ aquæ cõsecratæ. Addita est in colliũ sa-
ra stola, quam vocant, vnde pendebat initiũ Euan-
eli, secundum Ioannem. In loculis habebat cerulam,
Romano Pontifice quotannis consecrari solitam, quæ
ulgo dicitur, Agnus Dei. His armis olim se muni-
bant aduersus noxios dæmones, prius quàm illis
rancisci cuculla cœpit esse formidabilis. Hæc omnia
rocurata sunt, ne si spiritus malus esset, impetũ face-
et in exorcistam. Nec tamen ausus est, se solum huic
irculo cõmittere, sed decretum est, adhibendum esse
acerdotem alterũ. Ibi Polus metuens, ne si nasutior
diunctus fuisset, proderetur fabulæ mysterium, ad-
ungit parochum quendam ex vicina, cui rem totam
perit: sic enim postulabat actio fabulæ, & erat is qui
talis ludo non abhorreret. Postridie rebus omnibus
ritè præparatis, sub horam decimam Faunus cum
arocho circulum ingreditur. Polus qui præcesserat,
vepreto gemit miserabiliter. Faunus auspicatur ex-

orcis-

orciſmum. Interim Polus clàm per tenebras ſubdu
ſe in villam proximam, illinc adducit aliam perſonam
fabulæ: nec enim poterat niſi per multos agi. T. Quid
faciunt? A. Conſcendũt equos nigros, ignem occultũ
ſecum ferunt. Vbi nõ procul abeſſent à circulo, ignem
oſtentãt, quò metu Faunũ abigerẽt à circulo. T. Quã-
tũ operæ ſumpſit Polus ille, vt falleret. A. Sic eſt hu-
mo. Verùm ea res propemodum peßimè ceſſerat illu
T. Quî ſic? A. Nam equi ſubito prolato igne, conſter-
nati, parum abfuit, quin & ſe præcipitarent, & ſeſ-
ſores. Habes primũ actum fabulæ. Vbi reditum eſt in
colloquium, Polus velut ignarus omnium, rogat quid
eſſet actum. Ibi Faunus narrat ſibi conſpectos duos te-
terremos cacodæmones, in nigris equis, oculis igneis, a
naribus ſpirãtes ignẽ, qui tentaſſent ingredi circulũ,
verùm efficacibus verbis abactos in malam rem. Hi
rebus quũ accreuiſſet animus Fauno, poſtero die ſum-
mo cũ apparatu rediit in circulum: quumq; diu mul
tis obteſtationibus prouocaſſet ſpectrum, Polus rurſum
cum collega ſuo procul oſtedit ſeſe ex equis atris hin-
rendo fremitu, quaſi cuperent irrumpere in circulum
T. Nihil habebant ignis? A. Nihil, iam id malè ceſ-
ſerat, ſed audi aliud commentum. Ducebant longum
funem: eo leuiter per humum tracto, dum hinc at
hinc vterq; ſe proripit, velut abacti exorciſmis Fau-
ni, ſacerdotem vtrunque vnà cum vaſe quod habeba
aquæ ſacræ plenum, prouoluunt in terram. Th. Ho
præmij tulit pro ſua actione parochus? A. Tulit, O

tamen

tamen maluit hoc perpeti, quàm deserere cœptã fabulam. His ita gestis, vbi reditum est ad colloquium, de-
predicat apud Polũ Faunus, quãto fuisset in periculo, & quàm fortiter vtrunq; cacodæmonem suis ver-
bis profligasset: iamq; certã conceperat fiduciã, nullum esse tam noxium aut imprudentẽ dæmonẽ, qui posset
in circulum irrumpere. T. Faunus ille nõ multũ abest à fatuo. A. Nihil adhuc audisti. Hucusq; progressa
fabula, cõmodum superuenit Poli gener: nam eius filiam duxerat natu maximã, iuuenis, vt scis, ingenio
mire festiuo. T. Scio, nec abhorrẽs ab huiusmodi iocis. A. Abhorrens? Nullum ille vadimoniũ nõ desere-
ret, si talis vel spectãda, vel agenda esset fabula. Huic
socer rem omnem denarrat, atq; illi delegat partes vt
animam agat. Sumit ornatum, ac lubens conuoluit se
linteo, quemadmodum apud nos solent funera, habet
pruinã viuam in testa, quæ per linteum reddebat spe-
ciem incendij. Sub noctem itum est ad locum, vbi hæc
agebatur fabula. Audiuntur miri gemitus. Faunus
expedit exorcismos omnes. Tande procul inter vepre-
tũ ostẽdit sese anima, subinde ostentans ignem, ac mi-
sere suspirãs. Hanc quũ Faunus obtestaretur, vt elo-
queretur quisnam esset, subito prosilit è vepreto Polus
ornatu cacodæmonis, sictoq; fremitu: Nihil, inquit, tibi
iuris est in hãc animam, mea est: ac subinde procurrit
vsq; ad oram circuli, velut impetũ facturus in exor-
cistam, moxq; velut submotus verbis exorcismi, &
vi aquæ sacræ, quam illi multam asperserit, retrocessit.

Vadimonium. i. rem quã libet seriã. V. de Chiliades.

Pædigogo. qui seruabat animam, nec ab ea discedebat. Sic Terent. Phædriã vocãt puellæ pedagogum.

Tandem abacto pædagogo dæmone, nascitur dialogismus Fauni cum anima: percontanti & obtestanti respondit se esse animã hominis Christiani: Rogata, quo nomine vocaretur, respõdit, Faunus. Faunus, inquit, idẽ mihi nomen est. Iamq; ex cõmuni nomine reuocauit illi magis esse cordi, vt Faunus Faunũ liberaret. Cùm Faunus multa percontaretur, ne diutina cõsabulatio proderet fucum, subducebat sese anima, negans sibi fas esse diutius colloqui, quòd tempus vrgeret, quo cogeretur abire, quò liberet dæmoni: pollicita tamẽ se sese postridie redituram hora qua fas esset. Rursus cõuenitur in ædibus Poli, qui choragus erat fabulæ. Ibi denarrat exorcista quid esset gestũ, nonnulla etiã admentiens, quæ sibi tamẽ persuadebat esse vera. Adeo fauebat negotio quod agebatur. Iã hoc compertũ erat, scilicet animam esse Christianam, quæ sub inclemẽtissimo dæmone diris cruciatibus vexaretur. Huc omnis conatus intẽditur. Verùm in exorcismo proximo ridiculũ quiddam accidit. T. Obsecro quidnam? A. Cùm Faunus euocasset animã, Polus qui dæmonem agebat prorsus sic assilit, quasi intra circulum irrupturus: cumq; contrà Faunus pugnaret exorcismis, multamq; vim aquæ aspergeret, tãdẽ exclamat dæmon, se nec plus quidẽ facere ista omnia. Rem, inquit, habuisti cũ puella, mei iuris es. Id cũ Polus ioco diceret, tamen fortè fortuna verũ dixisse visus est: nam exorcista hoc dicto tactus, ilico recepit se in centrũ circuli: & nescio quid immussauit in aurẽ parocho. Id Polus sentiẽs, recepit sese,

Choragꝰ, qui producit ac reducit personas in fabulis, quasi præfectus fabulæ.

sese, ne quid audiret, quod audire fas nõ esset. T. Sanè Polus religiosum ac verecundũ agebat dæmonẽ. A. Sic est. Reprehendi poterat actio, quòd parũ meminisset decori. Exaudiuit tamẽ parochi vocem inducentis satisfactionem. T. Quam? A. Vt ter diceret precationẽ dominicã: ex hoc conijciebat illum ter habuisse rẽ eadem nocte. T. Hoc fanè regularis ille præter regulam. A. Homines sunt, & lapsus erat humanus. T. Perge, quid deinde factum? A. Iam Faunus ferocior redit ad oram circuli, & vltro prouocat dæmonem. At ille iam timidior refugiebat, fefelliſti me, inquiens: si sapuissem, non monuissem te. Persuasum est hoc multis, qua semel sacerdoti confessus sis, prorsus abolita esse è memoria dæmonis, ne possit opprobrare. T. Iocũ planè ridiculẽ narras. A. Sed vt aliquando siniam fabulã, diebus aliquot hunc in modũ colloquium habitum est cũ anima. Summa huc euasit: Rogãti exorcistæ, num qua via posset à cruciatu liberari, respondit illa, posse, si pecunia quam reliquisset fraude partam, restitueretur. Ibi Faunus. Quid inquit, si per bonos viros dispensaretur in pios vsus? Respondit, & hoc profuturum. Hìc exhilaratus exorcista, summa diligẽtia pertentatus est, quanta esset summa, Illa dixit ingentem, quid illi erat bonum atq; cõmodũ. Indicauit & locũ, sed procul distitũ, vbi thesaurus hic defossus esset. Præscripsit in quos vsus vellet impendi. T. In quos. A. Vt tres susciperent peregrinationem, quorum vnus adiret limina Petri, alter iret salutatum Iacobum Com-

postellanum, tertius oscularetur pectinem Iesu, qui est Treueris: deinde per aliquot monasteria magna vi psalteriorũ ac missarum perageretur. Quod superesset, ipse pro suo arbitratu dispensaret. Iã totus erat in thesauro Fauni animus, illum toto pectore deuorarat. Vulgaris morbus est, quãquã hoc nomine peculiarem male audiunt sacerdotes. Vbi nihil esset omissum, quod ad pecuniæ negotium pertineret, exorcista submonitus à Polo cæpit animam de curiosis artibus percontari, de alcumistica, deq; magia. Et ad hæc anima quædam pro tempore, cæterùm pollicita se plura indicaturam, simulatq; illius opera liberata fuisset à pedagogo dæmone: Sit hic, si videtur tertius fabulæ actus. In quarto Faunus cæpit vbiq; seriò prædicare rẽ prodigiosam, nihil aliud crepare in colloquijs, in conuiuijs, polliceri monasterijs magnifica quædã: & omnium nihil iam humile loquebatur. Adijt locũ, reperit signa, nõ ausus tamẽ est effodere thesaurum, quòd anima iniecisset scrupulum, ingenti periculo facturum, si prius quàm essent peractæ missæ, thesaurus attingeretur. Iam multis nasutioribus subolebat ficus. Cùm tamen ille nusquam non deprædicaret suam stultitiam, clàm admonitus est ab amicis, præsertim ab Abbate suo, ne qui hactenus habitus esset vir prudens, nũc diuersum de se specimen daret omnibus. Ille tamen nullius oratione potuit cõmoueri, quò minus crederet rem esse seriam: adeoq; penitus hæc imaginatio occupauit animũ hominis, vt præter spectra & malos genios nihil

ſhil ſomniaret, nihil loqueretur. Abierat mentis habitus in ipſam faciẽ, quæ ſic pallebat, ſic erat extenuata, ſic deiecta, vt laruam eſſe diceres, nõ hominẽ. Quid multis? minimùm aberat à vera dementia, ni celeri remedio ſuccurſum fuiſſet. T. Nimirum hic erit extremus actus fabulæ. A. Eum tibi reddam. Polus & huius gener huiuſmodi technam cõmenti ſunt. Effinxerunt epiſtolam raris literis deſcriptam, idq; non in chartis vulgaribus, ſed in his, in quibus aurifices reponunt bracteas auri, ſubrubẽtibus, vt ſcis, luto. Epiſtolæ ſententia hæc erat: Faunus dudum captiuus, nũc liber, Fauno liberatori ſuo optimo ſalutem æternam. Non eſt mi Fauni, cur te diutius in hoc negotio maceres, reſpexit Deus animi tui piam voluntatem, & illius merito me liberauit à ſupplicijs, ego nũc feliciter ago inter angelos. Te manet locus apud diuum Auguſtinũ, qui proximus eſt apoſtolorũ choro. Vbi veneris ad nos, agã tibi gratias coràm. Interim cura, vt viuas ſuauiter. Datũ è cælo empyreo, Idibus Septembribus, anno milleſimo quadringenteſimo nonageſimo octauo ſub ſigillo annulli mei. Hæc epiſtola clàm poſita eſt in altari, vbi facturus erat rem diuinam Faunus. Ea peracta ſubornatus eſt, qui eum ſubmoneret de re, quaſi caſu deprehenſa. Nunc eã circunfert epiſtolam, & oſtentat ceu rem ſacram, nihilq; credit certius, quàm eam è cælo perlatam ab angelo. T. Iſtud non eſt liberaſſe hominem inſania, ſed mutaſſe inſaniæ genus. An. Sic eſt profectò, niſi quòd nunc inſanit ſuauius.

Th. Antehac non ſolco multum tribuere fabulis, q
vulgò feruntur de ſpectris, ſed poſthac multò mu
tribuã: ſuſpicor enim ab hominibus credulis, & ſen
ni ſimilibus multa pro veris prodita literis, quæ ſu
li artificio ſunt adſimulata. A. Ego pleraque h
generis eſſe credo.

ALCVMISTICA.

Philecous, Lalus.

Lalus, loquax, Philecous, auidus audiendi.

P. Quid eſt nouæ rei, quòd ſic Lalus apud ſe ridet, a
penè in cachinnos ſoluitur, ſubinde ſignans ſe cruc
interpellabo felicitatẽ hominis. Salue multùm amici
ſime Lale: videre mihi admodũ felix. L. Atqui feli
cior ero, ſi te impertiã hoc gaudio. P. Fac igitur quàm
primum me bees. L. Noſti Balbinũ? P. Senem illũ eru
ditum, ac vitæ etiam laudatæ? L. Sic eſt, vt dicis: ſe
nullus eſt mortalium, qui ſapit omnibus horis, aut q
ſit vndiquaq; perfectus. Habet hoc vir ille inter mul
tas egregias dotes næui, iam olim inſanit in arte, q
vocant alcumiſticam. P. Haud tu quidẽ næuum na
ras, ſed inſignẽ morbũ. L. Vtcunq; eſt, ille toties delu
ſus ab hoc hominũ genere, tamen dudũ mirificè paſſ
eſt ſibi dari verba. P. Quo pacto? L. Adyt illũ ſacerdo
quidã, ſalutauit honorificè, mox ſit exorſus eſt: doctiſ
ſimè Balbine, mirabere fortaſſis, quòd ignotus ſic in
terpellem te, quem ſcio nunquam non ſanctiſſimis ſtu
dijs occupatiſſimũ. Annuit Balbinus, qui mos eſt illi,
nam verborum eſt mirè parcus. P. Prudentiæ narra
argumentum. L. Verùm alter prudentior ſic pergit.

Ignoſcas

Ignoscas tamẽ huic meæ importunitati, si cognoris cau
sam, cur te adierim. Dic, inquit Balbinus, sed paucis,
si potes. Dicã, inquit ille, quanto potero cõpendio. Scis
vir omniũ doctissime, esse varia mortalium fata: ego
nescio, vtro in numero me ponam, feliciũ, an infeliciũ.
Etenim si meũ fatum altera ex parte cõtemplor, vi-
deor mihi pulchrè felix: sin ex altera, nihil me infeli-
cius. Vrgẽte Balbino vt rẽ conferret in compendium,
Finiam, inquit, doctissime Balbine. Id erit mihi faci-
lius apud virũ, cui totũ hoc negotium sic notũ est, vt
nulli notius. P. Rhetorẽ mihi depingis, non alcumistã.
Mox audies alcumistã. A puero mihi, inquit, con-
tigit hac felicitas, vt artẽ omniũ maximè expetendã
discerẽ: illã inquã totius philosophiæ medullã alcumi-
sticã. Ad nomẽ alcumistices nonnihil experrectus est
Balbinus, gestu dũtaxat: cæteriũ gemitu iussit, vt per-
geret. Tum ille. Sed ô me miserũ, inquit, qui non inci-
derim in eam viam, quam oportuit. Cùm Balbinus ro-
gasset, quasnã vias diceret: Scis, inquit, optime (quid
enim te fugit Balbine, virũ vndiquaq; doctissimũ?)
duplicem esse huius artis viam: alteram, quæ dicitur
logatio, alteram, quæ dicitur curtatio. At mihi ma-
lo quodam fato contigit in longationem incidere. Bal-
bino scisciante, quod esset discrimen viarum. Imprv-
dentem me, inquit, qui hæc apud te loquar, cui sciam
hæc omnia sic esse nota, vt nulli notiora. Itaque sup-
plex huc ad te accurri, vt misertus nostri, digneris
impartire nobis viam illam felicissimam curtationis:

Quò peritior es huius artis, hac potes minore negotio communicare nobis. Noli tantum Dei donum celare fratrem dolore periturum. Ita te Iesus Christus semper maioribus locupletet dotibus. Cùm hic nõ faceret testãdi finẽ, Balbinus fateri coactus est, se prorsus ignorare, quid esset longatio aut curtatio, iubet exponi ipse vim harum vocum. Tum ille: quanquam, inquit, scio me loqui peritiori, tamen, quando ita iubes, faciã. Qui totam ætatẽ in hac arte diuina cõtriuerunt, duabus rationibus vertunt rerum species: altera quæ breuior est, sed plusculum habet periculi: altera quæ longior est, sed eadẽ tutior. Ego mihi videor infelix, qui hactenus sudarim in ea via, quæ meo animo non arridet, neq; quẽquam nancisci potui, qui alteram, cuius amore depereo, vellet indicare. Tandem Deus immisit in mente, vt te adirem, virum non minus pium quam doctum. Doctrina tibi præstat, vt facilè possis dare quod peto: pietas commouebit, vt velis opitulari fratri, cuius salus tibi in manu est. Nẽ longum faciam, cùm huiusmodi sermonibus veterator ille amouisset à se suspitionem fuci, fidemque fecisset sibi viam alteram esse perspectissimam, iampridem pruriebat Balbino animus. Tandem non temperans sibi, Valeat, inquit, illa curtatio, cuius ego ne nomen quidem vnquam audiui, tantum abest vt teneam: dic mihi bona fide, longatione tenes exactè? Phy, inquit ille, ad vnguem, sed displicet longitudo. Cùm Balbinus rogasset, quantum temporis requireretur. Nimium, inquit,

totus

tatis penè annus, sed interim tutissima est. Ne labora, inquit Balbinus, etiã si toto biennio sit opus, modo fiat arti tuæ. Vt rem in pauca conferã, conuenit inter eos, vt negotiũ aggrederentur clàm in ædibus Balbini, hac lege, vt ille suppeditaret operã, Balbinus sumptũ, lucrũ ex æquo ac bono diuideretur: quanquàm impostor modestus vltro totũ lucrũ, quod prouenisset, Balbino deferebat: vtrinq; iuratũ est de silentio, quod faciũt qui mysterijs initiantur. Iam ilico numeratur pecunia, vnde artifex mercaretur ollas, vitra, carbones, reliquaq; quæ ad instruendã officinã pertinent. Ibi noster alcumista suauiter in scorta, aleã, & cõpotationes decoquit eã pecuniã. P. Hoc nimirũ est vertere rerũ species. L. Vrgente Balbino vt rem aggrederetur: an non tenes, inquit, illud: Dimidium facti qui bene cœpit habet? Magnum est bene præparare materiã. Tandem cœpit adornari fornax. Hic rursus opus erat nouo auro, velut illecebra venturi auri. Siquidem vt piscis nõ capitur absq; esca, ita aurũ alcumistis nõ prouenit, nisi pars auri admisceatur. Interea Balbinus totus erat in supputationibus: subducebat enim, si vncia pareret quindecim, quantũ esset lucri rediturũ ex vncijs bis mille: tantùm enim decreuerat insumere. Cùm hanc quoq; pecuniam decoxisset alcumista, iamq; mensem vnum atque alterum multũ operæ simulasset circa folles & carbones, roganti Balbino, ecquid procederet negotiũ, primum obmutuit: vrgenti tandem respondit, sicut solent res præclaræ,

Decoquit. Decoquere est nequiter profundere. Inde decoctores. Veterũ rerũ species. Nam id profitentur alcumistæ. Qui profundit in id vertit quo fruitur.

quæ semper difficiles habent aditus: causabatur erro-
tum in emendis carbonibus, quernos enim emerat,
quum abiegnis esset opus, aut colurnis. Ibi perierant
aurei centũ, nec eò segnius reditum est ad aleã. Data
noua pecunia, mutat carbones. Iamq; maiore studio
res cœpta est, quã antea: quemadmodũ in bello mili-
tes, si quid secus accidit, quàm vellent, virtute sarci-
unt. Cùm menses iã aliquot ferbuisset officina, & ex-
pectaretur fœtus aureus, ac ne mica quidem auri ef-
set in vasis, iã enim & illud omninò decoxerat alcu-
mista, inuenta est alia causatio, nimirũ vitra quibus
vsus fuerat, nõ fuisse tẽperata sicut oportuit. Etenim
vt non ex quouis ligno Mercurius fingitur, ita non
quibuslibet vitreis cõficitur aurũ. Quò plus erat im-
pensum, hoc minus libebat desistere. P. Sic solent alcu-
tores, quasi nõ multò satius sit hoc perdere, quàm totũ.
L. Sic est. Deierabat alcumista, nũquàm sibi sic impo-
sitũ fuisse, nunc errore deprehenso cætera fore tutissi-
ma, & hoc dispendij magno cũ fœnore sarturũ sese.
Mutatis vitreis tertia instaurata est officina. Ad-
monebat alcumista, rem felicius successurã, si virgini
matri, quæ, vt scis, Paralys colitur, mitteret aliquot
aureos dono: artem enim esse sacram, nec absq; fauore
numinũ rem prosperè geri. Id consilium vehementer
placuit Balbino homini pio, vt qui nullũ prætermit-
teret diem, quin perageret rem diuinam. Suscepit re-
ligiosam profectionem alcumista, nimirùm in proxi-
mũ oppidulum, atq; illic votiuam pecuniam decoxit

ingeneis. Reuersus domũ, nunciat sibi summam esse
sum, negotiũ ex animi sententia successurũ, adeò di-
uam Virginem votis suis visam annuere. Vbi multo
iam tempore sudatum esset, ac ne mica quidem auri
nasceretur vsquam, expostulanti Balbino, respondit,
sibi nihil vnquã tale accidisse in vita toties artẽ ex-
perto, nec satis posse coniectare quid esset in causa. Cũ
diu diuinatum esset, tandem illud venit in mentem
Balbino, num quo die prætermisisset audire sacrũ, aut
dicere preces horarias, quas vocant, nã nihil succedere
his omissis. Ibi impostor. Rem, inquit, acu tetigisti. Me
miserum, semel atq; iterum id amissum est per obli-
uionem, & nuper à prolixo conuiuio surgens, oblitus
sum dicere salutationem Virginis. Tum Balbinus, Nõ
mirum, inquit, si res tanta non succedit. Recipit arti-
fex se pro prætermissis sacris duobus duodecim audi-
turum, & pro vnica salutatione decem repositurũ.
Cum alcumistã prodigum subinde defecisset pecunia,
nec suppeterent petenti causæ, tandem hanc technam
commentus est: rediit domum admodũ exanimatus,
ac voce lamentabili, Perij, inquit, funditus Balbine,
perij, actum est de capite meo. Obstupuit Balbinus,
& tanti mali causam anebat cognoscere. Subodo-
rati sunt, inquit, aulici quod egimus, nec aliud ex-
pecto, quàm vt mox deducar in carcerem. Ad hanc
vocem expalluit etiam serio Balbinus. Nam scis
apud nos capitale esse, si quis alcumisticam exerceat
absque principis permissu. Pergit ille, Non, inquit,

metuo

Apud nos. Plinius li. 30 c. 1. refert Britannos mire insanisse in magiam vsque ad ipsius ætatem. Sunt adhuc qui in alcumistica parũ sobrij sunt, quanquã lex capitalis apposita est.

metuo mortem, vtinã illa contingat, metuo quiddam crudelius. Roganti quid hoc esset. Rapiar, inquit, aliquò in turrim, illic per omnem vitã cogar his labrare, quibus non libet. An vlla mors est, quæ non potius esse debeat, quàm talis vita? Ibi res ventilata est cõsultatione. Balbinus, quoniã callebat artem rhetoricã, pulsauit omnes status, si quâ periculum vitari posset. Non potes, inquit, infitiari crimen? Nequaquam ait ille. Inter regios satellites res sparsa est, & habent argumenta, quæ dilui non possint. Ne defendi quidem factũ poterat ob legem manifestã. Cùm multis in medium adductis, nihil videretur firmi præsidij, tãdem alcumista, cui iam opus erat præsente pecunia: Nos, inquit, Balbine lentis consilijs agimus, atqui res poscit præsens remediũ: Iam arbitror adfuturos, qui me abripiant in malam rem. Deniq; quum nihil occurreret Balbino, tandem alcumista nec mihi quicquam occurrit, inquit, nec quicquam supereſſe video, nisi vt fortiter peream: ni forte hoc placet, quod vnum superest, vtile magis quàm honestum, nisi quod durum est telum necessitas. Scis, inquit, hoc hominum genus auidum esse pecuniæ, eoq; facilius corrumpi posse, vt sileant. Quamuis durum sit illis furciferis dare quod profundunt, tamen vt nunc res sunt, nihil video melius. Idẽ visum est Balbino, ac numerauit aureos triginta, quibus redimeret silentium. P. Miram Balbini liberalitatem mihi prædicas. L. Imò in re honesta citius dentem extulisset ab eo, quàm nummum.

sil-

Sic profectum est alcumistæ: cui nihil erat periculi, ni
si quod non haberet quod daret amicæ. P. Demiror
Balbino in tantis nihil esse nasi. L. Hîc duntaxat naso
caret, in cæteris nasutissimus. Rursum noua pecunia
instruitur fornax, sed præmissa ad Virginem matrẽ
precatiũcula, vt cœptis faueret. Iam totus exierat an-
nus, dum illo nunc hoc, nunc illud causante, luditur
opera & perit impensa. Interim extitit casus quidam
ridiculus. P. Quis nam? L. Alcumista furtiuã consue-
tudinem habebat cum vxore cuiusdam aulici: mari-
to cõcepta suspitione cæpit hominem obseruare. Tan-
dem cum illi nunciatũ esset, sacrificum esse in cubicu-
lo, præter expectationem redijt domum, pulsat ostiũ.
P. Quid facturus homini? L. Quid? nihil suaue: aut
occisurus erat, aut execturus. Vbi maritus instãs mi-
nitaretur, se vi effracturũ ostium, ni aperiret vxor,
magnopere trepidatum est, & circumspicitur præsen-
taneum aliquod consiliũ. Nec erat aliud, quàm quod
ipsa dabat res. Abiecit tunicam, ac per fenestram
angustam deiecit sese, non absq; periculo, nec sine vul-
nere, ac fugit. Seu tales fabulas ilico spargi. Itaq; per-
manauit & ad Balbinum. Neq; id fore non diuina-
rat artifex. P. Hîc itaq; medius tenetur. L. Imò feli-
cius elapsus est hinc, quam è cubiculo. Audi technã
hominis. Nihil expostulabat Balbinus, sed nubilo
vultu satis indicabat se non ignorare quod vulgo
ferebatur. Nouerat ille Balbinum esse virum pium,
in nonnullis penè dixerim superstitiosum. Et qui

tales

tales sunt, in quãuis magno peccato facilè condonant supplici. Itaq; data opera injecit mentionẽ de successu negotij, queritans non perinde succedere, vt solet aut vellet, addebat se vehementer mirari, quid esset causa. Ibi per occasionẽ cõmotus Balbinus, qui alioqui videbatur destinasse silentiũ, & erat qui facilè cõmueretur. Nõ est, inquit, obscurum quid obstet, peccata obstãt, quò minus succedat, quod à puris purè tractari cõuenit. Ad hãc vocẽ artifex procubuit in genua, subinde tũdẽs pectus, & vultu voceq; lachrymabili Verissimũ, inquit, dixisti Balbine, peccata inquã obstãt, sed mea peccata, nõ tua: nõ enim pudebit me turpitudinem meá apud te, velut apud sacerdotem sanctissimũ cõfiteri. Vicerat me carnis infirmitas, pertraxerat me Satanas in laqueos suos. Et ô me miserum! sacrifico factus sum adulter. Nõ tamen omnino perijt hoc munus, quod misimus Virgini matri. Perierã certo exitio, ni illa succurrisset. Iam maritus effringebat fores, fenestra erat arctior, quàm vt possem elabi, in tã presentaneo periculo venit in mentẽ sanctissimæ Virginis, procidi in genua, obtestatus sum, si gratũ fuisset munus, vt opitularetur. Nec mora, repeto fenestram (sic enim vrgebat necessitas) & satis amplã reperi ad effugiũ. P. Credidit ista Balbinus? L. Credidit. Imò tiã ignouit, & admonuit religiosè, ne se præberet ingratũ beatissimæ Virgini. Numerata est rursus pecunia danti fidem se posthac rem sacram purè tractaturũ. P. Quis tandem finis? L. Perlonga est fabula, sed

ego

egs pactis absolua. Cum huiusmodi cõmentis diu lu-
sisset hominem, neq; mediocrem pecuniarũ vim ab eo
extorsisset, tandem venit illò, qui nebulonem à puero
nouerat. Is facile diuinans, illũ idem agere apud Bal-
binũ, quod nusquã non egerat, clàm aggreditur illũ,
exponit qualem artificem domi suæ foueret, monet vt
quàm primùm ableget hominem, ni mallet ipsum a-
liquando cõpilatis scrinijs fugere. P. Quid Balbinus?
videlicet curauit hominem conjciendũ in carcerem.
Au. In carcerem? Imò numerauit viaticũ, obtestans per
omnia sacra, ne quod accedisset effutiret. Et sapuit,
meo quidem sententia, qui hoc maluerit, quàm esse
fabula cõuiuiorum & fori: deinde venire in pericu-
lum confiscationis. Nã impostori nihil erat periculi,
furtis tantum tenebat quantum asinus quiuis, & in
hoc genere fauorabilis est impostura. Quòd si furti
crimen intentasset, à suspendio tutũ reddebat vnctio,
nec quisquam lubens gratis alat talem in carcere. P.
Miseresceret me Balbini, nisi ipse gauderet deludi. L.
Nunc mihi properandum est in aulam, aliàs referam
vin etiam multò stultiora. P. Cum vacabit & audiã
lubens, & fabulam fabula pensabo.

HIPPOPLANVS.

Aulus, Phædrus.

Hippoplanus, qui imponit in vẽdẽdis equis. Semnoprosopein, est fronte vanitatẽ proferre.

Au. Deum immortalem, ὡς σεμνοπροσωπεῖ noster Phædrus, & subinde in cælum suspicit? Ad-
mirar. Quid accidit noue rei Phædre? P. Quam ob rem
isthuc interrogas Aule? Au. Quoniam è Phædro mihi

mihi videris factus Cato, tãta est in vultu seueritas. P. Non mirũ amice, modò confessus sum peccata mea. A. Phy, iam desino mirari: sed dic age, bona fide cõfessus es omnia? P. Omnia, quæ quidem in mentem veniebant, vnico duntaxat excepto. A. Cur vnum hoc reticuisti? P. Quia nõdum potuit mihi displicere. A. Oportet esse peccatum suaue. P. An peccatum sit nescio, sed tamen si vacat audies. A. Audiã equidem lubens. P. Scis quanta sit impostura apud nostros in his qui venduñt aut locant equos? A. Plus scio quam vellem, non semel ab illis decluſus. P. Nuper incidit mihi iter, quũ satis prolixum, tum etiã accelerandũ. Adeo quendam ex illis, quem dixisses eius generis minimè malum, & intercedebat mihi cum homine nõnihil etiam amicitiæ. Narro mihi rem esse seriam, opus esse præstrenuo equo, si vnquã præbuisset se mihi bonum virum, nunc præstaret. Ille pollicetur sese sibi mecum acturum, vt ageret cum fratre suo charissimo. Au. Fortassis & fratri impositurus. Ph. Inducit in stabulum, iubet vt elegam ex omnibus equis quemcunque vellem. Tandem vnus plus cæteris arridebat. Ille probat iudicium meum, deierans eum equum frequenter à multis expetitum esse, se eum maluisse seruare amico singulari, quàm ignotis addicere. Conuentũ est de precio, numeratur pecunia præsens, conscendo. Mira alacritate gestiebat equus in egressu, dixisses feroculũ esse: nã erat obesiusculus & pulchellus. Vbi iam equitassem sesquihoram, sensi planè lassum,

sudo

net calcaribus quidem impelli posse. Audieram tales ab illis ad impostu̇ram ali, quos è specie iudicares insignes, cæterũ laboris impatientissimos. Egò cõtinuò mecum, Captus sum. Agè, par pari referam, vbi rediero domũ. A. Quid hîc consilij capiebas eques absq; equo? P. Id quod res dabat, deflexi in proximũ vicum, illic clàm apud quendam mihi notum deposui equum, & conduxi alterum, profectus sum quò destinarã, reuersus sum, reddo cõductitium equum, reperio meum sophistam, vt erat obesum & pulchrè requietũ, eo vectus redeo ad impostorem, rogo vt in stabulo suo alat dies aliquot, donec repetiero. Percontatur quàm commodè me gesterit: Ego verò deiero per omnia sacra, me nunquã in vita conscendisse tergũ equi felicioris, volasse potius quàm ambulasse, nec tam lõgo itinere vnquam sensisse lassitudinem, nec pilo factum ob laborẽ macriorem. Hæc quum illi persuasissem esse vera, tacitus secum cogitabat, equum illum alium esse, quàm hactenus suspicatus esset. Itaq; prius quàm abirem, rogabat num mihi venalis esset equus: primo negabam, quòd si incideret iter denuo, non facilè foret nanciscì similem: attamen nihil esse mihi tam charum, quod non esset venale precio largo, etiam si quis me ipsum, inquam, cuperet emptũ. A. Næ tu pulchrè Cretesem agebas cum Cretensi. P. Quid multis? Non dimittit me, nisi pronuntiata equi indicatura. Indicaui non paulò plurus quã emeram. Digressus ab homine, mox suborno, qui mihi partem agat huius fabulæ, pulchrè

Meum sophistã, id est, fmrcatũ equum.

instructum atq; edoctum: is ingressus domum inclamat locatorẽ, ait sibi opus esse insigni equo, & laborem egregiè patienti. Alter ostendit multos, & pessimum quenque maximè prædicat, solum illum quem mihi vẽdiderat, quoniam existimabat verè talem, quem prædicaueram, non laudat. At alter ilico rogat, num & ille venalis esset: nam descripsera n illi formã eq & locum indicaram. Locator primùm obticescere, a alios ambitiosè prædicare. Cùm iste cæteris vtcunq probatis semper ageret de vno illo, tandẽ locator ap se: planè fefellit me iudicium de illo equo, siquidem hic peregrinus statim agnouit hunc inter omnes. C instaret ille, tandem hic, Venalis est, inquit, sed pre fortasse deterreberis. Non est, inquit ille, magnũ pr cium, si rei dignitas respondeat, indica. Indicauit, a quantò pluris quàm indicaram ipsi, captans & lucri. Tandem conuenit de pretio, datur arra magna, nempe regulis aureis, ne qua suspicio incid ret simulatæ emptionis. Emptor iubet equo dari bulum, se mox ait rediturum, & abducturum, etiam stabulario drachmam. Ego simulatq; cogn pactionem esse firmam, sic vt rescindi non posset, r sus ocreis & calcaribus armatus redeo ad locatore anhelus clamo. Adest ille, rogat quid velim. Ilico, quã adornetur equus meus. Nã eueſtigio proficisc est ob rem maximè seriam. Atqui modo, inquit, m dabas, vt aliquot dies alerem equum tuum. Verum inquam, sed prater expectationem obiectum est neg

etiam

tium, idq; regium, quod nullam patitur dilationem. Hic ille, Eliges ex omnibus quẽ voles, tuũ habere nõ potes. Rogo quamobrem. Quoniã venditus est, inquit. Ibi ego simulata magna perturbatione. Prohibeãt, inquam, superi quòd dicis. Hoc obiecto itinere nõ venderem eum equũ, etiam si quis numeret quadruplũ. Incipio rixam, clamo me perditum. Tandem incaluit & ille. Quid opus, inquit, his iurgijs? Indicasti equũ, ego vendidi, si numero pretium, nihil habes quod mecum agas: sunt in hac vrbe leges, ad exhibendũ equũ me nõ potes compellere. Cum diu clamassem, aut equũ exhiberet, aut emptorem, tãdem iratus numerat pretiũ. Emeram quindecim aureis, astimaram viginti-sex. ille astimarat triginta duobus. Cogitabat apud se praestat hoc lucri facere, quàm equum reddere. Abeo dolenti similis, ac vix placatus etiam data pecunia. Ille rogat vt boni consulam, se alijs in rebus pensaturum hoc incommodi. Sic impositum est impostori. Habet equum nullius pretij. Expectat vt qui arram dedit, veniat numeratum pecuniam. At nemo venit, nec vnquam venturus est. A. Interim nunquam tecum expostulauit? P. Qua fronte, aut quo iure id faceret? Conuenit quidem semel atque iterum, conquestus est de fide emptoris. Verùm ego vltro expostulaui cum homine dicens, illum eo malo dignum, qui prapropera venditione tali equo me spoliarit. Hoc est crimen tam bene collocatum mea sententia, vt non possim inducere animum confiteri. A. Ego mihi

Ponebantur benemeritis de republica.

statuam poscerem, si quid tale designassem, tantum abest, vt confessurus sim. P. An ex animo loquaris, nescio: mihi tamen addis animum, quò magis lubeat talibus facere fucum.

ΠΤΩΧΟΛΟΓΙΑ.

Irides, Misoponus.

Irides, velut Iri filius, quē mendicum inducit Vlisses. Misoponus osor laborū.

I. Quā ego hunc nouā auem video aduolare? Agnosco faciem, sed vestus non cōuenit. Aut ego prorsus hallucinor, aut hic est Misoponus. Audendū est, compellabo hominem, quamlibet pannosus. Salue Misopone. M. Iridē video. I. Salue Misopone. M. Tace inquam. I. Quid, an saluere non vis? M. Non isto quidē nomine. I. Quid accidit? An non es idem qui fueras? An cum veste mutatur & nomē? M. Non, sed vetus receptū est. I. Quis tum eras? M. Apitius. I. Ne te pudeat veteris sodalis, si quid melioris obtigit fortunæ: non diu est quod eras ordinis nostri. M. Cōcede huc sodes, & audies rem omnem. Non pudet ordinis vestri, sed pudet primi ordinis. I. Quem ordine narras, Franciscanorum? M. Nequaquam ô bone, sed decoctorum. I. Næ tu istius ordinis sodales habes quamplurimos. M. Erā re lauta, prodegi strenue: vbi res defecit, nullus agnoscebat Apitium. Profugi pudore, reuerti me ad vestrū collegiū, hoc malui quam fodere. I. Sapuisti. Sed vndè subitò nouus nitor corporis? Nam de veste mutata non perinde miror. M. Quam ob rem? I. Quia Dea Lauerna multos subitò ditat. M. An suspicaris me furto parasse rem? I. Hoc fortassis ignauius

Lauerna, dea furum.

Rapi-

Rapinaigitur. M.Nõ per vestram Peniam,neq; furto,neq; rapina. Sed de nitore corporis prius expediam, quod tibi videtur mirabilius. I. Nam apud nos eras totus vlcerosus. M. Nimirũ sum vsus amicissimo Medico. I. Quo nam? M. Non alio quàm meipso, nisi si quem arbitraris mihi meipso amiciorẽ. I. Atqui nesciebam te callere rem medicam antehac. M. Totũ illũ ornatum ipse pigmẽtis affixeram, thure, sulphure, resina, visco, linteu, cruore. Vbi visum est, quod affixeram, detraxi. I. O impostorem, nihil te videbatur miserabilius. Poteras in tragœdia sustinere personã Iob. M. Sic tum ferebat egestas, quanquàm fortuna nonnunquã & cutem mutare solet. I. Dic, igitur de fortuna. Repertus est thesaurus aliquis? M. Non sed repertus est quæstus vestro paulò cõmodior. I. Qui potuisti facere quæstũ, cùm non suppeteret sors? M. Artẽ quauis terra alit. I. Intelligo. Dicis artem incidendi loculos. M. Bona verba. Dico artem alcumisticam. I. Vix quindecim dies sunt, quod nos reliquisti, & artẽ assequutus es, quàm aly vix multis annis perdiscunt? M. Nactus sum viam compendiariam. I. Quam obsecro? M. Ars vestra conflauerat mihi quatuor fermè aureos: bona quidem fortuna incidi in veterẽ cõterronẽ, qui nihilo felicius rem administrarat quàm ego. Compotabamus, cœpit, vt fit, narrare suas fortunas: paciscor hac lege, vt ille biberet immunis, si mihi communicaret artem. Communicauit bona fide, ea nunc vectigal est mihi. I. Non licet dicere? M. Tibi

vel gratis impertiã ob priſtinũ ſodalitiũ. Scis nuſquã nõ inueniri plurimos huius artis auidiſſimos. I. Audiui, & credo. M. In horum familiaritatẽ quacunq; occaſione memet inſinuo: iacto artem. Vbi ſenſero larũ hiantẽ, eſcam paro. I. Quo pacto? M. Vltro eos moneo, ne temere credãt eius artis profeſſoribus. Nam pleroſq; eſſe impoſtores, id agẽtes præſtigijs ſuis, vt exhauriant loculos incautorum. I. Iſthuc proœmij parum accomodum tuo negotio. M. Imò illud etiam addo, ne quid mihi ipſi credant, ni rem certam oculis ac manibus deprehenderint. I. Miram artis fiduciam mihi narras. M. Iubeo illos adeſſe, dum peragitur metamorphoſis, iubeo attentos eſſe: quo minus dubitent, iubeo vt ipſi manibus rem omnem peragant, me procul ſpectante, nec digitũ admouente: liquefactam materiam iubeo vt purgarent ipſi, aut aurifici purgandam deferant: prædico quantum argenti auriue ſit eliquãdum: deniq; quod eliquatũ eſt, iubeo vt pluribus aurificibus deferant ad lydium lapidem explorandum. Reperiunt pondus prædictum, reperiunt purgatiſſimũ aurum, aut argentum: nihil enim refert, niſi quod minore periculo mihi quidem res tentatur in argento. I. Proinde nihil habet ars tua fuci. M. Imò merus fucus eſt. I. Nondum video præſtigium. M. Faxo vt videas. Primum paciſcor de mercede, eam nolo mihi numerari, niſi prius edito artis experimẽto. Trado illis puluiſculum, quaſi huius vi conficiatur totum negotium. Rationem conficiendi puluueris non communico, niſi

Larũ hiantẽ. Vide prouer. Eſca delear quia capiũtur piſces & aues

Lydius lapis, coticula qua explorãt aurum.

nisi magna mercede redemerint. Exigo iusiurãdum, ne proferant arcanum artis intra sex menses cuiquam mortalium aut immortaliũ. I. Nondum audio fucũ. M. Fucus omnis est in vno carbone in hoc parato. Excauo carbonem, in eum infero liquefactum argẽtum, quãtum prædico reddendum: post infusum puluerem sic instruo vas, vt non solum infernè, & à lateribus cingatur prunis, verum etiam supernè, persuadeo hoc esse artis. Inter carbones qui supernè imponuntur, vnum admisceo, qui tegit argentum aut aurum. Id vi caloris liquefactum desluit in reliquam materiã, quæ liquescit, puta stannum, aut æs: repurgatione facta inuenitur quod admixtum est. I. Ars expedita, sed quomodo fallis, si alter rem agat suis manibus? M. Cũ is me præscribente perfecit omnia, priusquàm moueatur vas alcumisticum, accedo tandem, & circunspicio, ne quid fortè sit omissum. Aio mihi videri supernè deesse vnum atque alterum carbonem, clàm appono meum, fingo me eum tollere ex acerno reliquorum, aut illic antè sic positum, vt nulli possit agnosci, & illum fallere. Tollo. I. Cæterum cum illis absque te periculum facientibus non succedit, quid adfers? M. Mihi nihil est periculi, iam numerata pecunia. Aliquid comminiscor, aut ollam fuisse insynceram, aut carbones vitiosos, aut ignem parum scitè temperatũ. Denique pars est artis, quam profiteor, non diu hærere in eodem loco. I. An tantus est prouentus istius artis, vt te possit alere? M. Et quidem splendide,

post hac tu quoq; si sapis, relinques istã miseriam, & nostro accedes ordini. I. Imo citius illud agam, vt te reuocem in nostrum ordinem. M. Vt volens repetam quod semel effugi, ac deseram bonum quod inueni? I. Habet hoc nostra professio, dulcescit assuetudine. Proindè cùm multi sunt qui deficiãt ab instituto diui Francisci aut Benedicti, quem vnquam vidisti, qui diutius versatus in ordine nostro defecerit? Nam tam paucis mensibus gustare poteras, quid esset mẽdicitas. M. Is gustus me docuit, esse rem omnium miserrimã. I. Cur igitur nemo deficit? M. Fortasse quia natura miseri sunt. I. Ego hanc miseriam ne cum regum quidem fortuna cõmutarim. Nihil enim regno similius, quàm mendicitas. M. Quid ego audio? nihil niui similius, quàm carbo. I. Dic mihi, quare potissimũ beati sunt reges? M. Quia faciunt quod animo collibitum est. I. Ista libertas, qua nihil suauius, nemini regum magis adest, quã nobis. Nec dubito quin multi reges sint, qui nobis inuideant. Siue bellum est, siue pax, nos tuto viuimus: non describimur ad militiam, non vocamur ad munia publica, non censemur: cum populus expilatur exactionibus, nullus inquirit in vitam nostram: si quid admissum est etiã atrocius, quis dignetur in ius vocare mendicum? Etiã si pulsamus hominem, pudet pugnare cũ mendico. Regibus nec in pace, nec in bello licet suauiter agere, & quo maiores sunt, hoc plures metuunt. Nos veluti deo sacros etiam religione quadam metuit vulgus offendere. M. Sed interim

Cẽsemur, vnde & cẽsus dicitur, cũ numeratis singulis, ac facultatibus æstimatis indicitur exacto.

interim sordescitis in pannis & casulis. I. Quid ista faciunt ad veram felicitatem? Extra hominem sunt, quæ narras. His pannis debemus nostram felicitatem. M. At vereor ne vobis breui peritura sit felicitatis istius bona pars. I. Quî sic? M. Quia iam hoc mussant ciuitates, ne mendicis liberum sit quolibet euagari, sed vnaquæq; ciuitas suos alat mendicos, & in his qui valent, adigantur ad laborem. Ir. Cur hoc moliũntur? M. Quia comperiunt ingentia facinora sub mendicitatis prætextu perpetrari. Deinde non minimam perniciem ex vestro ordine nasci. Ir. Istiusmodi fabulas frequenter audiui. Id fiet ad Calendas Græcas. Mis. Fortasse citius, quàm velles.

CONVIVIVM FABVLOSVM.

Polymythus, Gelasinus, Eutrapelus, Astæus, Philythius, Philogelos, Euglottus, Lerochares, Adolesches.

Po. Vt non decet ciuitatem bene institutam esse sine legibus ac principe, ita nec conuiuium oportet ἄναρχον esse καὶ ἄνομον. Ge. Istud verò perplacet, vt vnus totius populi nomine respondeam. Po. Heus puer adfer huc talos, horum suffragijs decernetur regnum, cuicunque fauerit Iupiter. Eug. Eutrapelo fauit Iupiter. Non fuêre sortes cæcæ, non poterat magis idoneus elegi, etiam si per singulas tribus viritim collecta fuissent puncta. Vulgò iactatur prouerbium, non tam vanum quàm parum Latinum, Nouus rex, noua lex. Νομοθέτης ὁ βασιλεύς.

Polymythus fabulosus.
Gelasinus, ridiculus.
Eutrapelus, facetus.
Astæus, vrbanus.
Philythius, amãs nugarũ.
Philogelos amans risum.
Euglottus, bene lĩguax.
Lerochares, qui gaudet nugis.

Adolescheis nugator. nomotherei &c. .i. statue leges o rex.

E. Quod felix faustumq; sit huic conuiuio. Primùm edico, ne quis hìc proferto præter ridiculas fabulas. Cui deerit fabula, drachma mulctator, ea pecunia in vinũ insumitor, atq; in legitimis fabulis etiam ex tempore confictа habentor, modo seruetur τὸ πιθανὸν καὶ τὸ πρέπον. Si nulla defuerit fabula, duo, quorum alter lepidissimã, alter frigidissimã fabulam dixerit, vini pretiũ pendunto: conuiuator à vini sumptu immunis esto, ciborũ sumptũ vnus suppeditato, huius rei si quid inciderit controuersiæ, Gelasinus arbiter ac iudex esto. Hæc si vos scieritis, rata sunto: qui legi parêre noluerit, abito, sic tamen vt postridie ad cõpotationem redire ius fasq; sit. Ge. Legem à rege latã nostris suffragijs, ratã esse volumus. Sed vnde proficiscetur fabularũ circulus? E. Vnde, nisi à cõuiuatore? A. Licetne rex dicere tria verba? Eu. An tu credis nefastum esse cõuiuiũ? A. Iureconsulti negant legem esse, quæ nõ sit æqua. E. Assentior. A. At tua lex æquat optimã fabulã pessimæ. E. Vbi voluptas quæritur, ibi nõ minus laudis promeretur qui pessimè dixit, quàm qui optimè, eò quòd nõ minus delectet. Velut inter cãtatrices nemo voluptati est, nisi qui aut insigniter bene cecinerit, aut egregiè malè. Nónne plures rident audito coccyce, quã audita luscinia? Hìc mediocritas laudem nõ habet. A. At cur plectũtur qui laudẽ auferunt? E. Ne nimia felicitas prouocet illis Nemesin aliquã, si simul & laudem auferrent, & immunitatem. As. Per Bromiũ, Minos ipse nũquam tulit legem æquiorem.

Adolescheis nugator. nomotherei &c. .i. statue leges o rex. Quod felix. Ab hac solemni precatione solebat olim auspicari, qui rem feriã agebãt apud populũ. to pithanon .i. verisimile: & prepon, i. decorum. Tria verba dixit, pro paucis. Quod aliter ludens torquet ad dies nefastos, in quibus iustitium erat, nec licebat prætori dicere tria verba, Do, Dico, addico Sic Ouid. Ille nefastus erit, per quẽ tria verba silentur.

rem. P. Nullã feres legem de modo bibendi? E. Dissetiart, sequar exemplũ Agesilai Lacedæmoniorũ regis. P. Quid is fecit? E. Is cùm tẽpore quodã symposiarchus talerũ arbitrio delectus esset, rogãte architriclino, quantũ cuiq; vim iuberet apponi: Si largior, inquit, vini copia parata est, dato cuiq; quãtũ poposcerit: si malignior, omnibus ex æquo distribuito. P. Quid sibi volvit Lacon ille cum hæc diceret? E. Hoc agebat, vt neq; temulentũ, neq; rursum querulũ esset cõuiuiũ. P. Quî sic? E. Quia sunt qui gaudet largius bibere, sunt qui gaudẽt parcius, reperiũtur & abstemij, qualis dicitur fuisse Romulus. Itaq; si nulli datur vinum nisi poscenti, primũ nemo cõpellitur ad bibendũ, & tamẽ nihil desyderãt, quibus grata est largior potatio. Ita fit vt nemo tristis sit in cõuiuio. Rursus, si parcior copia vini distribuitur æquis portionibus in singulos, satis habent qui bibũt moderatius, neq; quisquam in æqualitate potest obmurmurare, quãdo qui largius erat hausturus, æquo animo cõponit sese ad temperãtiam. Hoc exemplũ si placet, vtar. Volumus enim hoc conuiuiũ fabulosum esse, nõ vinosum. P. Quid igitur bibebat Romulus. E. Idem quod bibũt canes. P. An nõ istud indignũ rege? E. Nihilo magis quàm quòd reges spirãt aëre cum canibus communi: nisi quòd illud interest, rex non bibit eãdem aquã, quàm biberet canis, sed aërem quem efflauit rex, haurit canis: & vitiũm quem efflabat canis, haurit rex. Plus gloria tulisset Alexãder ille Magnus, si cum canibus bibisset.

Symposiarchus, princeps conuiuij. Architriclinus, qui curat cibos apponẽdos ac potũ. Olim cõuiuium tres spõdas habebat.

Quod bibũt canes. Canis natura abhorret a vino.

Nihil

Nihil enim peius regi, qui tot hominũ milibus vigilat, quàm vinolentia, Cæterùm Romulũ abstemiũ fuisse declarat apophthegma non infestiuiter ab illo dictũ. Etenim cùm quidã videns illũ abstinere à vino dixisset, vinũ vile futurũ, si omnes biberent quẽadmodum ille: Imò, inquit, tum arbitror fore cariſsimũ, si biberent omnes vinũ, quemadmodũ ego. Bibo enim quantum libet. G. Vtinam hîc adesset noster Ioannes Botzemus Canonicus Constantiensis, qui nobis Romulum quendã referret: nã & is abstemius non minus est, quàm dicitur, alioqui comis ac festiuus conuiua. Po. Agè, si simul potestis, nõ dicam sorbere & flare, quod Plautus ait esse difficile, sed edere & audire, quod est perfacile, bonis auibus auspicabor fabulandi munus. Si parũ erit lepida fabula, scitote Batauã esse. Opinor aliquot vestrũ auditũ Macci nomen. G. Non ita diu est quod peryt. Po. Is cùm venisset in ciuitatẽ quæ dicitur Leidis, ac vellet nouus hospes innotescere loco quopiã, nã is erat homini mos, ingressus est officinã calcearij, salutat. Ille cupiens extrudere merces suas, rogat nũquid vellet. Macco conijciente oculos in ocreas ibi pensiles, rogat sutor num vellet ocreas. Annuente Macco, quarit aptas tibijs illius, inuentas alacriter protulit, & vt solent, inducit illi. Vbi iam Maccus esset elegãter ocreatus, Quàm belle, inquit, cõgrueret his ocreis par calceorum duplicatis solys. Rogatus an & calceos vellet: annuit. Reperti sunt, & additi pedibus. Maccus laudabat ocreas, laudabat

calceos.

calceus. Calcearius tacitè gaudens, succinebat illi laudanti, sperans pretiũ aquius posteaquàm emptori tantopere placeret merx. Et iam erat nõnulla cõtracta familiaritas. Hîc Maccus. Dic mihi, inquit, bona fide, nũquàm ne vsu venit tibi vt quẽ sic ocreis & calceis ad cursum armasses, quemadmodũ nunc armasti me, abierit nõ numerato precio? Nunquã, ait ille. Atqui si forte, inquit veniat vsu, quid tu tũ faceres? Consequerer, inquit calcearius, fugientem. Tũ Maccus, serio ne ista dicis, an ioco? Plane seriò, inquit alter, loquor, & seriò facerem. Experiar, ait Maccus, en pro talceis præcurro, tu cursu sequere. Simulq; cum dicto coniecit se in pedes. Calcearius eueſtigio consecutus est quantũ poterat clamitãs, tenete furem, tenete furem. Ad hãc vocem quũ ciues vndiq; prosilissent ex ædibus, hoc cõmento cohibuit illos Maccus, ne quis manũ iniceret, ridens ac vultu placido, Ne quis, inquit, remoretur cursum nostrũ, certamen est de cupa ceruisia. Itiq; iam omnes præbere sese certaminis spectatores. Suspicabantur autem calcearium dolo clamorem eũ fingere, vt hac occasione anteuerteret. Tãdem calcearius cursu victus, sudans & anhelãs, domum rediit. Maccus tulit brabeũ. G. Maccus iste effugit quidem calcearium, at non effugit furem. P. Quam ob rem? G. Quia furem ferebat secum. Po. Forte tum non erat ad manum pecunia, quàm postea resoluit. G. Verùm erat actio furti. P. Ea quidem pòst intentata est, sed iam magistratibus aliquot innotuerat Maccus. Ge.

Quid

Quid attulit Maccus? Po. Quid attulit rogas, in causa tam vincibili? Magis periclitatus est actor quam reus. Ge. Quî sic? Pol. Quia grauabat illum actione calumniæ, & intendebat legem Rhemiã, quæ dicta, vt qui crimen intenderit, quod probare non posſit, pœnã ferat, quã laturus erat reus, si cõuictus fuisset. Negabat se contrectasse rem alienã inuito domino, sed vltrò deferente, nec vllã precij mentionem interceſsisse. Se prouocasse calcearium ad certamen cursus, illum accepisse conditionem, nec habere quod queratur, cũ esset cursu superatus. Ge. Hæc actio non multum abest ab vmbra asini. Quid tãdem? P. Vbi satis risum est, quidam è iudicibus vocauit Maccũ ad cœnã, & numerauit calceario pretium. Simile quiddam accidit Dysentriæ me puero. Erat tempus illud quo regnant piscatores, frigent lanij. Quidã astabat ad feneſtram fructuariæ, siue Græcè mauultis, oporapolidis, fœminæ vehementer obesæ, oculis intentis in ea quæ propoſitis venũ erant: Illa ex more inuitauit, si quid vellet: & quũ videret hominem intentũ ficis, vis, ait, ficos? sunt perquàm elegantes. Cum ille annuisset, rogat quot libras vellet. Vis, inquit, quinq; libras? Annuenti, tantum ficorum effudit in gremium. Dũ illa reponit lances, ille se subducit, non cursu, sed placidè. Vbi prodisset acceptura pecuniam, vidit emptorem abire, insequitur maiore voce, quàm cursu. Ille dissimulãs pergit, quò cœpit ire: tandem multis ad fœminæ voces concurrentibus restitit. Ibi in populi corona agitur

Legem Rhemiã, Quæ ad pœnã talionis vocat calũniatorem.

Vmbra asini, vide Chiliades.

Frigẽt lanii, Circuitione notauit quasdrageſimam, quæ vendit fructus arborum.

ransa: risus oboritur, emptor negabat se emisse, sed quod vino delatũ fuisset accepisse: si vellet experiri apud iudices, se cõpariturũ. G. Age, narrabo fabulam tuæ non admodũ dissimilem, fortasse nec inferiorem, nisi quòd hæc non habet auctorem perinde celebrem atq; Maccus. Pythagoras totum mercatum diuidebat in tria hominũ genera: quorũ alij prodissent vt venderent, alij vt emerent: hoc vtrũq; genus aiebat solicitũ esse, proinde nec felix: alios nõ ob aliud venire in forum, quàm vt spectent, quid illic proferatur, aut quid agatur: hos solos esse felices, quod vacui curis gratuita voluptate fruerentur. Atq; ad hũc modum dicebat philosophũ versari in hoc mũdo, quemadmodũ illi versarentur in mercatu. Verùm in nostris emporijs quartũ hominum genus obambulare solet, qui nec emunt, nec vendũt, nec otiosi cõtemplãtur, sed obseruant solicitè si quid possint inuolare. Atq; in hoc genere reperiũtur quidã mirè dextri, dicas esse Mercurio fauente natos. Cõuiuator dedit fabulam cũ coronide, ego dabo cum præmio. Nũc accipite quod nuper accidit Antuerpiæ. Sacrificus quidam receperat illic mediocrẽ summã pecuniæ, sed argenteæ: id impostor quidã animaduerterat: adit sacrificũ qui gestabat in zona crumenã nummis turgidã, salut t cuiliter, narrat sibi datũ negotium è suis, vt vic: sui parocho mercaretur nouum pallium sacrũ, quæ summa vestis est sacerdoti rem diuinã peragenti. Rogat hoc in re commodaret sibi tantillam operæ, vt secum ire

ad eos, qui vendũt huiusmodi pallia, quò videlicet ex modo corporis ipsius sumeret maius aut minus: nam sibi videri staturã ipsius cũ parochi magnitudine vehementer cõgruere. Hoc officiũ cùm leue videretur, facilè pollicitus est sacrificus. Adeunt ædes cuiusdam, prolatũ est palliũ, sacrificus induit, venditor affirmat mire congruere. Impostor cùm nunc à fronte, nunc à tergo cõtemplatus esset sacrificum, satis probauit palliũ, sed causatus est à fronte breuius, quàm par esset. Ibi venditor, ne nõ procederet contractus, negabat id esse pallij vitium, sed crumenam turgidam efficere, ea parte offenderet breuitas. Quid multa? Sacrificus deponit crumenam, denuò contemplantur. Ibi impostor auerso sacrifico crumenam arripit, ac semet in pedes conijcit. Sacerdos cursu insequitur vt erat pallatus, & sacrificum venditor. Sacrificus clamat, tenete furem: venditor clamat, tenete sacrificum: impostor clamat, cohibete sacrificum furentem: & creditũ est, cũ viderent illum sic ornatum in publico currere. Itaq; dũ alter alteri in mora est, impostor effugit. Egregius qui non simplici suspendio pereat tantus artifex. G. Nisi iam pendet. Eu. Vtinam non solus, sed vna cum illo qui talibus portentis fauent in perniciem Reipublicæ. Ge. Nam fauent gratis. Catena est, quæ demissa in terras pertingit ad Iouem. Eu. Ad fabulas redeũdum. As. Ad te redit ordo, si fas est regem in ordinem cogere. Eu. Non cogar, imò volens meniam in ordinem, alioqui tyrannus essem, non rex,

Catena est. Alludit ad catenã argẽteã Homeri. Videtur subindicare, quod ex talibus impostoribus aliquid lucri redeat ad præfectos, & hinc ad principes.

Ordo. i. vices

Coger: in ordinẽ, est facere cæteris æqualem.

si leges quas alijs præscribo, recusem. At veruntamen aiunt, principem esse supra leges. E. Isthuc nō omnino falsò dictum est, si principem accipias summum illum principem, quem tunc vocabāt Cæsarem: Deinde si sic accipias superiorem legibus, quod alij coacti vtcunq; seruant, illum suapte sponte multò cumulatius præstare. Quod enim animus est corpori, hoc est bonus princeps Reipublicæ. Quid opus erat addere bonus, quādo malus princeps non est princeps: quemadmodum spiritus impurus, qui inuasit corpus hominis, nō est animus. Sed ad fabulam: & arbitror conuenire, vt rex regiam fabulam adferam. Lodouicus Galliarum rex, eius nominis vndecimus, cum rebus domi turbatis peregrinaretur apud Burgundiones, occasione venationis nactus est familiaritatem cùm Conone quodam homine rustico, sed animi simplicis ac synceri. Nā hoc genus hominibus delectantur monarchæ. Ad huius ædes frequēter diuerterat rex ex venatu, &, vt plebeis rebus nonnunquam delectātur magni principes, apud eū magna cū voluptate vescebatur rapis. Mox vbi Lodouicus restitutus, iam rerum potiretur apud Gallos, submonuit Cononē vxor, vt regem veteris hospitij commonefaceret, adiret illum, & rapas aliquot insignes illi dono adferret. Tergiuersatus est Conon, se lusurū operam, principes enim non meminisse talium officiorū. Sed vicit vxor, delegit Conon rapas aliquot insignes, accingitur itineri. Verùm ipse per viā captus illecebra cibi, paulatim deuorauit omnes, vna dun-

taxat excepta insigniter magna. Vbi Conon prorepsis-
set in aulam, qua rex erat iturus, statim agnitus est à
rege & accersitus. Ille magna cum alacritate detulit
munus, Rex maiore cum alacritate accepit, mandans
cuidam è proximis, vt diligẽter reponeretur inter ea,
quæ haberet charissima. Cononem iubet secum pran-
dere, à prandio egit Cononi gratias, & cupienti repe-
tere rus suum, iussit pro rapa numerari mille corona-
tos aureos. Huius rei fama, cùm, vt fit, per omne regis
famulitium esset peruagata, quidam ex aulicis dono
dedit regi equum non inelegantem. Rex intelligens
illum prouocatum benignitate quam præstiterat Co-
noni, captari prædam, vultu maiorem in modũ alacri
accepit munus, & conuocatis primoribus, consultare
cæpit, quo munere pensaret equum tam bellum, tamq;
preciosum. Interim qui donarat equum, spes optimas
animo concipiebat, sic cogitans: si sic pensauit rapam
donatã à rustico, quanto munificentius pensaturus est
equum talem oblatum ab aulico? Cùm regi veluti de
re magna cõsultãti alius aliud respõderet, diuq; vana
spe lactatus esset captator, tãdem rex: Venit, inquit, in
mẽtẽ, quod illi donem: & accersito ex proceribus quo-
piam, dicit in aurem, vt adferat id quod reperiret in
cubiculo (simulq; locum designat) serico diligẽter ob-
uolutũ. Adfertur rapa: eã vt erat obuoluta, rex suis
manu donat aulico, addẽs sibi videri bene pẽsatũ equũ
cimelio, quod sibi constitisset mille coronatis. Digres-
sus aulicus, dum tollit linteum, pro thesauro reperit,

non

tarbones, quod aiunt, sed rapam iam subaridam. Ita captator ille captus, risui fuit omnibus. A. Iam si permittis rex, vt plebeius loquar regalia, referã quod ex tua fabula venit in mentẽ de eodem Lodouico. Nã vt ansa ansam, ita fabula trahit fabulam. Quidã famulus, cum vidisset pediculum repentẽ in veste regia, flexis genibus ac sublata manu significat se, nescio quid officij præstare velle: Lodouico præbente se, sustulit pediculum, & clàm abiecit. Rogãte rege quid esset, puduit fateri. Cùm instaret rex, fassus est fuisse pediculũ. Lætum, inquit, omen est, declarat enim me esse hominem, quòd hoc genus vermiculorũ peculiariter infestet hominem, præsertim in adolescẽtia. Iussitq; pro officio numerari coronatos quadraginta. Post dies aliquot multos alter quidam, qui viderat illi feliciter cessisse tam humile officium, nec animaduertens plurimum interesse, ex animo facias quid, an arte, simili gestu aggressus est regem, ac rursus illo se præbente, simulabat se tollere quiddam è veste regia, quod mox abiceret. Cum vrgeret Rex tergiuersantem, vt diceret quid esset, mirè simulato pudore, tandem respondit, esse pulicem. Rex intellecto fuco. Quid, inquit, an tu me facies canem? Iussit tolli hominem, ac pro captatis quadraginta coronatis infligi quadraginta plagas. P. Non tutum est, vt audio, cum regibus facetijs ludere. Quemadmodum enim leones se nonnunquam placidè præbent fricanti, ijdem, vbi luditum est, leones sunt, & iacet colluſor: itidem fauent principes.

Ceimelion, Græcis est pretiosum aliquid quod seruãdi causa seponitur apud Homerũ, vulgo dicimꝰ clenodia.

Canem. Nã hoc animal maxime infestatur a pulicibus. Tolli, sub limen in humeros, vt vapularet.

Sed adferam tuæ fabulæ fabulã nõ dissimilem, ne recedamus interim à Lodouico, cui pro delectamẽto erat coruos hiantes fallere. Dono acceperat alicunde decem milia coronatorũ (quoties autem principibus obtigit noua pecunia, venantur omnes officiarij & captant aliquam prædæ partem: id non fugiebat Lodouicum.) Cùm igitur ea pecunia exprompta esset in mensa, qui magis irritaret spem omnium, sic loquutus est circunstantibus. Quid? an non videor vobis rex opulentus? vbi collocabimus tãtam pecuniæ vim? Donatitia est, donari vicissim conuenit. Vbi nũc sunt amici, quibus pro suis in me officijs debeo? Adsint nũc, priusquàm hic effluat thesaurus. Ad hanc vocem occurrêre permulti, nemo nõ sibi sperabat aliquid. Rex cùm vidisset aliquem maximè inhiantẽ, & iam oculis deuorãtem pecuniam, ad eum cõuersus, Amice, inquit, quid tu narras? Ille commemorabat se diu aluisse falcones regios summa fide, nec sine grauibus impendijs: alius aliud adferebat, suum quisq; officium verbis quantũ poterat, exaggerabat, idq; non sine mendacijs. Rex omnes benignè audiebat, & singulorum orationem comprobabat. Hæc cõsultatio dilata est in longũ tempus, quò diutius sic metuq; torqueret omnes. Astabat inter hos primus Cancellarius, nam & hunc inuiserat acciri. Is cæteris prudentior, nõ prædicabat officia sua, sed agebat spectatorẽ fabulæ. Ad hũc tandẽ cõuersus rex. Quid, inquit, narrat meus Cancellarius? Solus ille nihil petit, nec prædicat officia sua. Ego, inquit

Can-

Cancellarius, plus accepi à benignitate regia, quàm promeruerim, nec vlla de re magis solicitus sum, quã vt regiæ in me munificentiæ respondeam, tantũ abest vt velim flagitare plura. Tum rex: Vnus igitur, inquit, omniũ non eges pecunia? Ne egerẽ, inquit alter, iam tua præstitit benignitas. Ibi rex versus ad alios. Ne ego sum, inquit, regum omniũ magnificentissimus, qui tam opulẽtum habeam Cancellarium. Hic magis accessa spes est omnibus, futurum vt pecunia cæteris distribueretur, quãdoquidem ille nihil ambiebat. Ad hunc modum vbi satis diu lusisset rex, coẽgit Cancellarium vt totam eam summã domũ auferret. Moxq; versus ad cæteros iam mœstos: Vobis, inquit, erit alia expectanda occasio. P. Fortasse frigidius videbitur, quod narraturus sum, proinde deprecor doli mali suspitionem fucíue, ne videar de industria ambiisse immunitatem. Adiit eũdem Lodouicum quidam, petẽs vt munus, quod fortè vacabat in eo pago in quo habitabat, iuberet in ipsum trãsferri. Rex audita petitione, expeditè respõdit: Nihil efficies, videlicet amputãs omnem spem impetrandi quod petebatur. Petitor item mox actis regi gratijs, discessit. Rex ex ipsa fronte colligens hominem ess: non omnino sinistri ingenij, suspicansq; illum non intellexisse, quid respondisset, iubet eum reuocari. Redit. Tum rex intellexeras, inquit, quid tibi responderim? Intellexi. Quid igitur dixi? Me nihil effecturum. Cur igitur agebas gratias? Quoniam, inquit, est domi quod agam: proin-

de magno meo incõmodo persequuturus erat hic ſtem ancipitem: nunc beneficium interpretor, citò negaſſe beneficiũ, meq; lucratum quicquid eram perditurus, ſi vana ſpe lactatus fuiſſem. Ex eo reſponſo rex coniectans hominem minimè ſegnem, vbi pauca percõtatus eſſet, Habebis, inquit, quod petis, quò mihi bis agas gratias, ſimulq; verſus ad officiarios, Expediantur, inquit, huic ſine mora diplomata, ne hîc diu ſuo damno hæreat. E. Non deeſt quod referam de Lodouico, ſed mâlo de noſtro Maximiliano, qui vt nequaquam ſolitus eſt defodere pecuniam: ita clementiſſimus erat in eos, qui decoxerant, modo nobilitatis titulo commendarentur. Ex hoc hominum genere cùm cuidam iuueni vellet opitulari, mandauit illi legationem, vt à ciuitate quadã, tutulo neſcio quo, peteret centũ millia florenorum. Talis autem erat titulus, vt ſi quid impetratum eſſet dexteritate legati, pro lucro duci poſſet. Legatus extorſit millia quinquaginta. Cæſari reddidit triginta. Cæſar lætus inſperata, præda dimiſit hominem, præterea nihil inquirens. Interea quæſtores & rationes olfecerant plus acceptum fuiſſe quàm exhibitum, interpellant Cæſarem, vt accerſeret hominem. Accitus eſt, venit illico. Tum Maximilianus. Audio, inquit, te accepiſſe milia quinquaginta. Faſſus eſt. Non exhibuiſti niſi triginta milia. Faſſus eſt & hoc. Reddenda eſt, inquit, ratio. Promiſit ſe facturum, & deceſſit. Rurſum cùm nihil eſſet actum, interpellantibus officiarijs reuocatus eſt. Tum Cæſar. Nuper, inquit,

quit, iussus es reddere rationẽ. Memini, inquit ille, & iubet sum. Cæsar suspicans illi rationem nondũ satis est subductã, passus est illum sic abire. Cùm sic eluderet, officiarij vehemẽter instabant, clamitantes nõ esse ferendũ, vt ille tam palam illuderet Cæsari. Persuaserũt, vt accersitus iuberetur inibi præsentibus ipsis exhibere rationẽ. Annuit Cæsar. Accitus venit illico, nihil tergiuersatus. Tum Cæsar: Nónne, inquit, pollicitus es rationẽ? Pollicitus, respondit ille. Iam, inquit, opus est: en adsunt qui excipient, nec est diutius tergiuersandi locus. Assidebãt officiarij paratis ad id codicillis. Ibi inuenis sat dextrè. Nõ detrecto, inquit, ratiõnẽ inuictissime Cæsar, verum huiusmodi rationum nõ sum admodũ peritus, vt qui nũquam reddiderim: isti qui assident, talium rationũ sunt peritissimi, si vel semel videro quemadmodũ illi tractẽt huiusmodi rationes, ego facilè imitabor. Rogo iubeas illos vel exemplũ edere, videbunt me docilem. Cæsar sensit dictum hominis, quod nõ intelligebant hi, in quos dicebatur, ac subridens. Verũ, inquit, narras, & æquũ postulas. Ita iuuenẽ dimisit. Subindicabat enim sic illos Cæsari solere reddere rationẽ, quemadmodũ ipse reddiderat, nimirũ vt bona pecuniæ portio penes ipsos remaneret.

L. Nũc tẽpus est, vt ab equis, quod aiunt, ad asinos descendat fabula, à regibus ad Antoniũ sacrificũ Louanienſem, qui Philippo cognomento Bono fuit in deliciis: huius viri feruntur multa vel iucundè dicta, vel incondè facta, sed pleraq; sordidiora. Nam pleroſque

lusus suos condire solitus est vnguento quodam, quod non admodum eleganter sonat, sed peius olet: deligam vnum ex mũdioribus. Inuitarat vnum atq; alterum bellum homunculũ fortè obuios in via. Cùm rediisset domum, reperit culinam frigidam, nec erat nummus in loculis, quod illi nequaquam erat insolẽs. Hîc opus erat celeri consilio. Subduxit se tacitus, & ingressus culinam fœneratoris, quicum illi erat familiaritas, quòd frequenter ageret cũ illo, digressam famula, subduxit vnã ex ollis æneis vnà cũ carnibus iam coctis, ac veste tectam deferebat domũ: dat coquæ: iubet protinus effundi carnes & ius in aliam ollam fictilem, simulq; fœneratoris ollã defricari donec niteret. Eo facto mittit puerum ad fœneratorem, qui depositio pignore drachmas duas à fœneratore sumat mutuò, sed accipiat chirographũ, quod testaretur talem ollam missam ad ipsum. Fœnerator nõ agnoscẽs ollam, vt pote defrictam ac nitentem, recipit pignus, dat chirographũ, & numerat pecuniam, ea pecunia puer emit vinum. Ita prospectum est conuiuio. Tandem cùm apparetur prandium fœneratori, desiderata est olla. Hic iurgium aduersus coquam. Ea cùm grauaretur, constanter affirmauit, neminem eo die fuisse in culina præter Antoniũ. Improbũ videbatur hoc suspicari de sacrifico. Tãdẽ itũ est ad illum, exploratum an apud illũ esset olla: ne musca quidẽ olla reperta. Quid multis? Seriò flagitata est ab illo olla, quod solus esset ingressus culinã, quo tẽpore desiderata est. Ille fassus est sumpsisse cõmodato

ollam

ollam quandã, sed quam remisisset illi, vnde sumpse-
rat. Cùm illi pernegarent, & incaluisset contentio,
Antonius adhibitis aliquot testibus. Videte, inquit,
quàm periculosum est cũ horum temporũ hominibus
agere sine chirographo, intenderetur mihi prope modũ
actio furti, ni manũ haberem fœneratoris. Et protulit
syngraphã. Intellectum est dolus: fabula magno cum ri-
su per totã regionem dissipata est, ollam epignoratam
ipsi cuius erat. Huiusmodi dolis libentius fauent ho-
mines, si cõmissi sint in personas odiosas, præsertim eos
qui solent aliis imponere. A. Na tu nobis mare fabu-
larũ aperuisti, nominato Antonio: sed vnã dũtaxat,
eamq; breuem referam, quã audiui nuperrime. Agi-
tabant simul conuiuũ aliquot belli, vt dicũt, homun-
culi, quibus nihil prius in vita quàm ridere. Inter
hos erat Antonius, atq; alter ite & ipse celebris hoc
genere laudis, ac velut æmulus Antonij. Porrò que-
admodũ inter philosophos, si quando cõueniunt, pro-
poni solent quæstiunculæ de rebus naturæ: ita hic sta-
tim nata est quæstio, quænam esset hominis pars hone-
stissima. Alius diuinabat oculos, alius cor, alius cere-
brũ, alius itẽ aliud: & suæ quisq; diuinationis rationẽ
adferebat. Antonius iussus dicere sententiã, dixit os
sibi videri partẽ omniũ honestissimã, & addidit cau-
sam nescio quã. Tũ alter ille, nè quid ipsi cõueniret cũ
Antonio, respõdit eam partẽ qua sedemus sibi videri
honestissimã. Cùm id videretur omnibus absurdũ, at-
tulit hãc causam, quod is diceretur vulgo honoratis-

simus, qui primus consideret: hoc honoris competere parti quã dixisset. Applausum est huic sententiæ, & risum est affatim. Placuit homo sibi de hoc dicto, visusq; est in eo certamine victus Antonius. Dissimulauit Antonius, qui non ob aliud detulerat ori primã honestatis laudem, nisi quòd sciret illum velut æmulũ suæ gloriæ diuersam partem nominaturum. Post dies aliquot cum rursus vterq; vocatus esset ad idem cõuiuium, ingressus Antonius offendit æmulum cũ alijs aliquot cõfabulantẽ, dum adornatur cœna: & auersus emisit clarum ventris crepitum ante faciem alterius. Ille indignatus. Abi, inquit, scurra, vbi nam didicisti mores istos? Tum Antonius, Etiã indignaris, inquit? Si te salutassem ore, resalutasses: nũc te salutis parte corporis, vel te iudice, omnium honestissima, & scurra vocor. Sic recuperauit prius amissam gloriam Antonius. Diximus omnes, nunc superest vt pronunciet iudex. G. Id faciã, sed non prius quàm suũ quisq; cyathum ebiberit. En auspicor, sed lupus in fabula. P. Haud læuum omen adfert Leuinus Panugathus. L. Quid actum est inter tam lepidos cõgerrones? P. Quid aliud? Certatum est fabulis, donec lupus interuenires. L. Huc igitur adsum, vt perficiam fabulam, volo vos omnes cras apud me prandere prandium theologicũ. G. Scythicum promittis conuiuium. L. Αὐτὸ δ' ἐστὶ σαφὲς. Nisi fatebimini hoc fuisse vobis fabuloso conuiuio iucundius, non recuso dare pœnas in cœna. Nihil iucundius, quàm cùm seriò tractantur nugæ.

Scythicum, i. triste.

ἀυτὸ δείκνυσι. i. ipsa res indicabit. Vide prouerbium.

PVER.

PVERPERA.

Eutrapelus, Fabulla.

Eu. Salua sit optima Fabulla. F. Salue multũ Eutrapele. Sed quid tandem nouæ rei accidit, quòd nunc salutator insolens aduenerís, quem hoc triennio toto nemo nostrum vidit? E. Dicam: forte præteriens has ædes, vidi cornicẽ obuinctam candido linteo, demirabar quid esset causæ. F. Adeóne hospes es in hac regione, vt ignores hoc esse symbolũ puerperij in ædibus? E. Eho, an non prodigium est videre cornicẽ albam? Sed extra iocum, sciebã maximè, verùm suspicari non potui, te puellam vixdum ingressam decimum sextũ annum, tam maturè didicisse difficillimam artem gignendi liberos, quàm ægrè discunt quædá ante annos triginta. F. Vt tu semper es quod dicerís, Eutrapele. Et nunquã deest Fabullæ fabula. Demiranti igitur cõmodum occurrit Polygamus. F. Is qui nuper extulit vxorem decimam? E. Is ipse, sed quod te fugit, opinor, rursum tã ambitiosè procũ agit, quasi hactenus vixerit cælebs. Hic percõtãte quid accidisset nouæ rei, muliebre corpus, inquit, in his ædibus per mediũ sectum est in duo. Ob quod, inquã, facinus? Si verũ est, inquit, quod rumore populari iactatur, hic mater familiæs sustinuit deglubere maritum suum, simulq; cum risu subduxit sese. F. Homo crasse facetus. E. Ego me protinus intro conjcio, tibi felicem partũ gratulaturus. F. Salutẽ mihi gratulare si voles Eutrapele, felicẽ partũ tũ gratulabere, cùm quod enixa sum videris de se præbere

Eutrapelus, facetus.

Cornicẽ, ciculum ferreũ, aut aliquid huic loco additum ostio, quo pulsetur, Græci kononin vocant, vel ob figuram, vel ob garrulitatẽ.

præbere ſpecimen boni viri. E. Piè tu quidem & vere mea Fabulla. F. Nullius Fabulla ſum niſi Petronij. E. Vni quidem Petronio paris, at non vni viuus, opinor. Cæterum hoc quoq; gratulor, quod puerum enixa es. F. Sed quas ob cauſas felicius iudicas peperiſſe maſculum quàm fœminã? E. Quin tu potius Fabulla Petronij (iam enim vereor mea dicere) illud mihi expedi, quas ob cauſas vos magis gaudetis peperiſſe maſculos quàm fœminas? F. Quid aliæ ſentiant neſcio, ego nũc me gaudeo peperiſſe maſculum, quia ſic viſum eſt deo: ſi maluiſſet ille puellã, maluiſſem & ipſa. E. An putas deo tantum eſſe otij, vt etiam parturientibus obſtetricetur? F. Quid agat ille potius Eutrapele, quàm vt propagatione ſeruet quod cõdidit? E. Quid agat ô bona? Imò ni deus eſſet, nõ arbitror ſuffecturum tot negotijs. Exulat Chriſtiernus Danorũ rex, pius Euangelij fautor: Franciſcus Galliarum rex hoſpes eſt Hiſpaniarum, neſcio quàm ex ipſius animi ſententia, vir certè dignus meliore fortuna: Carolus molitur monarchiæ proferre pomœria: Ferdinandus rerum ſuarũ ſtatum agit in Germania: Bulimia pecuniarum vrget aulas omnes: periculoſos motus cõcitãt agricolæ, nec tot ſtrugibus ab inſtituto deterrentur: populus meditatur anarchiã: periculoſis factionibus collabitur eccleſia domus: hinc atq; hinc diſtrahitur illa Ieſu tunica inconſutilis. Vinea domini nõ ab vno iã apro vaſtatur, ſimulq; periclitatur ſacerdotũ cum decimis auctoritas, Theologorũ dignitas, monachorũ maieſtas: nutat confeſſio,

Bulimia. ſumma fames.

Anarchia, cũ nullo principe tumultuatur populus.

feſtio, vacillat voto, labaſcũt leges Pontificiæ, vocatur in diſcrimẽ euchariſtia, expectatur Antichriſtus, totus orbis parturit neſcio quid magni mali. Interim ſuperãt & imminent Turcæ, nihil non populaturi, ſi ſucceſſerit, quod agunt, & tu rogas quid agat potius? Imo tempus arbitror, vt ſuo quoq; regno proſpiciat in tempore. F. Quod hominibus videtur maximũ, id fortaſſe videtur deo nullius momenti. Sed ab hac fabula dei perſonã, ſi vis, ſecludamus. Dic quæ te cauſſæ moueant, vt felicius exiſtimes peperiſſe catulũ quàm catellam. E. Piæ mentis eſt, hoc iudicare optimum, quod dedit Deus citra cõtrouerſiã optimus. Verùm ſi Deus tibi daret poculum chryſtallinũ, nónne maximas ageres gratias? F. Agerem. E. Quid ſi idẽ daret vitreũ, num pares ageres? Sed vereor ne tibi moleſtiam adferam pro ſolatio, hæc apud te philoſophans. F. Imò Fabullæ nihil eſt iam à fabulis periculi. Iã quartã hebdomadam decumbo, ſatisq; valeo vel ad luctam. E. Quin igitur è nido prouolas? F. Vetuit rex. E. Qui rex? F. Imò tyrannus. E. Qui quæſo? Syllaba dicam, Mos. E. Heu quàm iſte rex multa præter equum exigit. Pergimus igitur philoſophari de chryſtallo & vitro. F. Mauem vti conuicio, natura præſtantiorem, ac firmiorem iudicas, quàm fœminã. E. Sic arbitror. F. Nimirũ viris victoribus. Num igitur viri vinaciores ſunt quàm fœminæ? nũ à morbis immunes? E. Nequaquã, ſed in genere viribus antecellũt. F. Sed ipſi rurſus ſuperãtur è camelis. E. Imò prior Creatus eſt anſtutus.

Mos tyrannus.

F. Prior

F. Prior conditus est Adam, quàm Christus. Et soli artifices in posterioribus seipsos vincere. E. At Deus mulierem viro subiecit. F. Non statim melior est qui imperat, & nuptam subycit, non fœminam: at rursus nuptam subijcit, vt cũ vtriq; sit potestas alterius, mulierem tamen velit viro morem gerere, nõ vt præstantiari, sed vt ferociori. Dic Eutrapele, vter infirmior, qui cedit alteri, an cui ceditur? E. Tibi quidem hîc cedã, si mihi declararis, quid senserit Paulus scribens Corinthijs, cùm viri caput dicit esse Christum, mulieris caput virum: rursus cùm virum dicit imaginem, & gloriam Dei, mulierem gloriam viri. F. Istud expediam, si mihi declararis, an solis viris datum sit esse membra Christi. E. Absit, id quidem datum est omnibus hominibus per fidem. F. Qui fit igitur, vt caput vnum cum sit, non habeatur omnibus membris commune? Deinde cùm Deus hominẽ fingeret ad imaginẽ sui, vtrum hanc imaginem expressseris in corporis figura, an in animi dotibus? E. In animi dotibus. P. At in his quid tandem habent viri nobis excellentius? In vtro sexu plures sunt temulentiæ, rixæ, pugnæ, cædes, bella, rapinæ, & adulteria? E. At soli viri bellum gerimus pro patria. F. Sed ijdẽ sæpiũ deserto loco turpiter fugitis: nec semper pro patria, sed frequentius pro sordido salariolo deseritis vxorem, & liberos, & peiores gladiatoribus vltro corpora vestra traditis in seruilem necessitatẽ vel morieidi, vel occidendi. Iam vt maximè iactes mihi vir-

Christus caput viri. Viri mulieris.

tutem

tutem bellicum, nemo vestrum si semel esset expertus, quid sit parere, non mallet decies in acie stare, quàm subire semel, quod nobis toties est experiendum. In bello non semper venitur ad manus: & si venitur non in quauis exercitus parte discrimen est. Tui similes disponuntur in acie media, alius est in subsidijs, alius tutò sedet post principia: denique plurimos seruat deditio & fuga: nobis cominus cũ morte conflictandum est. E. Ista non nunc primum audio, verùm sunt ne hæc vera, quæ dicuntur? F. Nimium vera. E. Vis ne igitur Fabulla, vt marito tuo persuadeam, ne posthac te contingat? Nam eo pacto tuta fueris ab isto discrimine. F. Equidem nihil malim, si possis. Eu. Quid præmij feret orator hic, si persuaserit? Fa. Dabo decem linguas bubulas fumo duratas. Eu. Istas malim, quàm decem linguas lusciniarum. Non reijcio conditionem, verùm contractum hunc ratum esse nolim prius quàm intercesserit stipulatio. F. Addatur, si libet, & si qua est alia cautio. Eu. Id fiet ex animi tui sententia post mensem exactum. F. Quin potius nunc fit ex animi mei sententia? Eu. Dicam, quia vereor, ne post mensem non sit eadem animi tui sententia. Itaq; & tibi soluendum esset duplex præmiũ, & mihi duplex esset sumenda opera, persuadendi, ac dissuadendi. F. Agè fiat vti voles, sed interim perge demonstrare, quare viri sexus sit præstãtior fœmineo. E. Video te meditatam monomachiam, quam ob rem in præsentia quidem consultius arbitror tibi conce-

Tui similes. i. ignauiores, Vt numerum augeant. Nã alæ, & cornua sustinent belli molem. Post princ. Alludit ad illud Terẽtianum in Eunucho.

concedere. Cõgrediar alias, sed armatus, nec absq; subsidiario milite. Nam vbi lingua res geritur, ne sepe quidem viri pares sunt vni fœminæ. F. Nimirũ hoc tela armauit nos natura, quãquã ne vos quidem elingues estis. E. Fortassis, sed vbi puellus? F. In conclaui proximo. E. Quid illic, coquit olus? F. Nugator, apud nutricem est. E. Quam mihi nutricem narras? an est alia nutrix, quàm ea, quæ mater est? F. Quid ni? vulgo fit.

Nutrix.

E. Pessimum mihi nominas auctore rei bene gerendæ vulgum Fabulla. Vulgò peccant, vulgo luditur alea, vulgo cõmeatur ad fornices, vulgo fraudatur, potatur, insanitur. F. Sic amicis visum est, cesuerunt enim parcẽdum huic ætati tam teneræ. E. Atqui si natura dedit vires ad concipiendũ, haud dubie dedit & ad lactandum. F. Probabile quidẽ est. E. Dic mihi, nónne sentis esse dulcissimum matris vocabulum? F. Sentio. E. Itaque si fieri posset, patereris aliam mulierem esse matrem tui partus? F. Minimè gentium. E. Cur igitur volens plus quàm dimidiatũ matris nomẽ transfers in fœminam alienam? F. Bona verba Eutrapele, non diuido filium, sola, totaq; sum mater. E. Imò hic tibi Fabulla reclamat in os ipsa natura. Cur terra dicitur omnium parens? an quòd gignat tantum? imò multo magis quòd nutriat ea, quæ gennit. Quod aquis gignit, in aquis educatur. In terra nullũ animãtis aut plantæ genus nascitur, quod eadem terra succo suo nõ alat. Nec est vllum animantis genus, quod non alat suos fœtus. Vrsulæ, leones, & vipera educant partus

Mater.

Terra omnium parens. Vide hoc Aul. Gellij Noct. lib. 12. cap. 1.

suos

ſuos? & homines ſuos fœtus abijciunt? Obſecro te quid crudelius ijs, qui prole educationis tædio dicũtur exponere? F. Abominanda dicis. E. Atqui non perindè factũ abominãtur homines. An nõ expoſitionis genus eſt, infantulũ teneriũ adhuc à matre rubentem, matrẽ ſpirantem, matris opem ea voce implorãtem, qua mouere dicitur & feras, tradere mulieri, fortaſsis nec corpore ſalubri, nec moribus integris, deniq; cui plus ſit pecuniæ pauxillũ, quàm totus infans tuus? F. Delecta eſt mulier ſalubri corporis temperatura. E. Hoc Medici certius iudicent, quam tu. Sed finge hîc illam tibi vel parem, vel aliquãto, ſi vis, ſuperiore: an nihil intereſſe cenſes, vtrum infans tenellus cognatũ illum & familiarem hauriat ſuccum & calore eam aſſueto foueatur, in alienis cogatur aſſuescere? Triticum in aliud ſolum iactum, degenerat in auenam, aut ſiliginem: vitis in alium collem tranſlata, mutat ingeniũ: plantula reuulſa à parente terra, flacceſcit, ac velut emoritur, eoq; quantum fieri poteſt, cum terra natiua transferunt. F. Imò narrãt plantas tranſlatas & inſitas exuere ſylueſtre ingeniũ, & fructus edere generoſiores. E. At nõ protinus vt natæ ſunt ô bona. Veniet & olim hoc tempus, ſi Deus voluerit, vt adoleſcentẽ tuũ ableges ab ædibus, literis iam ac ſeuerioribus diſciplinis imbuẽdũ, quæ functio patris eſt potius, quàm matris. Nunc ætas tenera fouenda eſt. Porrò cum ad ſalubritatem, firmitatemq; corporis plurimũ refert qualis ſit alimonia, tum verò præcipuè quo

ſacco tenerum illud, ac molle corpuſculum imbuatur. Nam hic quoq; locum habet illud Flacci dictum, Quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorem Teſta diu. F. De corpore nõ Ita multũ laboro, modo ſit animus qualem optamus. E. Piè tu quidem, ſed parum philoſophicè. F. Quam ob rem? E. Cur tu igitur quoties concidis holus, quæreris acie cultri retuſam eſſe, & iubes exacui? Cur acum reijcis obtuſa cuſpide, cùm ea res non adimat artem? F. non deeſt ars, ſed obſtat inſtrumentum parum idoneum. E. Cur quibus eſt opus oculorũ acie, vitant lolium & cæpas? F. Quia vitiant oculos. E. Nónne animus eſt qui cernit? F. Eſt, nam nihil vident exanimes. Sed quid agat faber vitiata ſecuri? E. Agnoſcis igitur corpus eſſe mentis organum? F. Apparet. E. Et fateris vitiato corpore non agere animum, aut incommodius agere? F. Non diſſimule veri dicis. E. Age, videor mihi nactus ingeniũ philoſophicum. Finge igitur animum hominis demigrare in corpus galli gallinacei, num ederet vocem quam nunc edimus? F. Nequaquam. E. Quid obſtaret? F. Quia deſunt labra, dentes & lingua ſimilis: nec epiglottis, nec tres adſunt cartilagines à tribus motæ muſculis, ad quos pertinent nerui à cerebro demiſſi, nec fauces, nec os ſimile. E. quid ſi in corpus ſuis? F. Grunniret ſuillo more. E. Quid ſi in corpus cameli? F. Caneret vt canit camelus. E. Quid ſi in corpus aſini, quod euenit Apuleio? F. Ruderet, opinor, vt aſinus. E. Nimirum fatetur hoc ille, cùm cuperet imitari

Epiglottis, eſt caruncula volubilis nũc gulam claudens, nunc arteriã aſperã. Tres cartilagines. Vide Galenum de locis affectis. Vixo, Hoc Apuleius Lucianum ſequutus.

mare Cæsarem, contractis quantum potuit labris, vix ô sonuit. Cæsarem nullo pacto potuit exprimere. Idem cùm fabulã auditam, ne excideret, describere cupe-ret, damnauit cogitationem tam asininã cùm vngulas intueretur solidas. F. Et meritò. E. Ergo lippientibus oculis, minus videt animus: oppletis sordibus auribus, minus audit: vbi cerebrum occupat pituita, minus olfacit: vbi stupet membrum, minus sentit, vbi malis humoribus vitiata est lingua, minus gustat. F. Negari non potest. E. Non ob aliud, nisi quia vitiatũ est organũ. F. Arbitror. E. nec inficiaris, plerunq; vitiari cibo potuq;. F. Fateor, sed quid istud ad bonam mentem? E. Proinde quid lolium ad perspicaces oculos? F. Quia vitiat organum animi. E. Probè respõdes. Verùm illud expedi, vnde fit quòd alius alio celerius intelligit, ac tenacius meminit? alius alio citius irascitur, aut moderatius odit? F. Sic conditus est animus. E. Non sic elaberis. Vnde fit, vt qui prius fuit ingenio celeri, felici memoria, postea fiat obliuiosus ac tardus, siue plaga, siue casu, siue morbo, siue senio? F. Tu nunc mihi videre sophistam agere. E. Proin tu fac agas sophistriam. F. Opinor hoc te velle dicere, quòd animus quemadmodũ cernit & audit per oculos & aures, ita per organa quædam intelligit, meminit, amat, odit, irascitur & placatur. E. Rectè coniectas. F. Quæ tandem sunt ista organa, & vbi sunt? F. Oculos vbi sunt, vides. F. Et aures, & nares, & palatũ vbi sit, scio. Et toto corpore contractum esse video, nisi cum

ſupor occupat membrum. E. Amputato pede, tamen intelligit animus. F. Intelligit itidē & manu. E. At qui vehemētem plagam accidit in tempus capitis, aut in occipitium, cōcidit mortuo ſimilis, omnig; ſenſu ſuo vacat. F. Iſthuc aliquoties vidi. E. Ex hoc colligo intra cranium eſſe intellectiu, volūtatis ac memoriæ organa, minus quide craſſa, quàm ſunt aures & oculi, ſed tamen materialia. Quandoquidē & ſpiritus, quos habemus in corpore ſubtiliſſimos, corporales ſunt. F. An iſta quoq; vitiantur cibo potuq;? E. Maximè. F. Cerebrū procul abeſt à ſtomacho. E. Ita ſumma fumarij pars abeſt à foco, tamen illi ſi inſideas, ſenties vaporem. F. Non experiar. E. At ſi mihi nō credas, ſcitare è ciconijs, Itaq; refert qui ſpiritus, qui vapores à ſtomacho ſubuolent in cerebrū & in organamētis. Nam hi ſi crudi ſint ac frigidi, recidūt in ſtomachū. F. Næ tu mihi metā diſtillateriam deſcribis, qua ex floribus herbiſque ſuccum exhalantem excipimus. E. Haud ita malè coniectas. Nā hepar, cui fel adhæret, ignis loco eſt, ſtomachus patella, craneum ſumma metæ colophon, atq; adeò ſi vis naſus fiſtulæ plumbeæ vice fungatur. Itaque ex hoc mutuo fluxu ac reflexu humorū naſcitur ferè quicquid eſt morborū, vt vario delabitur varius humor nunc in oculos nunc in ſtomachū, alias in ſcapulas, interim in ceruicē, alioue. Quoque magis intelligas: Cur qui vino immodico ſeſe ingurgitant, ſunt malè memores? Qui cibis aluntur ſubtiliorū ſpirituū, minus torpent ingenio? Cur cur-

andum

eadem memoriã emendat? Elleborus mentẽ purgat? Cur expletio vehemens epilepsim adducit, qua stupo-rem adfert simul omnibus sensibus, quemadmodũ & somnus profundus? Deniq; vt immodica sitis aut ine-dia, ingenij memoriæq; vim elidit in pueris: ita cibus immodicus in pueris gignit ingenij stuporem, si credi-mus Aristoteli, nimirum ignicuio mentis velut ob-ruta ingesta materia. E. Est ne igitur corporeus ani-mus, vt à rebus corporalibus afficiatur? E. Animi ra tionalis natura nõ corrũpitur quidẽ ipsa, sed organis vitiatis impeditur illius vis & actio: velut artifex frustra valet arte, si destituatur idoneis instrumentis. F. Quanta quáue specie est animus? E. Ridicule percõ-taris de magnitudine aut figura, cũ fatearis incorpo-reũ. F. Ego corpus intelligo, quod sentitur. E. Imò qua nõ sentiuntur perfectissima sunt velut deus & an-geli. F. Audio deum & angelos spiritus appellari, at spiritũ sẽtimus. E. Hac voce literæ sacræ obrudes ho-mines balbutiunt, mentẽ significantes purã ab omni cõmercio rerũ sensib..ũ. F. Quid igitur interest inter angelũ & animũ? E. Ha..ssim quod inter limacẽ & cochleã, aut si mauis testudinẽm. F. Corpus igitur domicilium est animi magis, quàm instrumẽtum. E. Nihil vetat instrumentum adiunctũ dici domiciliũ. Atq; hac quidem de re variant philosophorum sen-tentiæ. Sunt qui dicãt corpus esse vestem animæ, sunt qui domiciliũ, sunt qui instrumẽtũ, sunt qui harmo-niam. Horum quodcunq; dixeris, consequitur actio-

nes animi corporis affectionibus impediri. Primùm ſi quod veſtis corpori, idem corpus eſt animo: quantũ ad corporis valetudinem faciat veſtis, declarauit Hercules: ne quid de coloribus, aut pilorum pellumque generibus referam. Cæterum an eadem anima ſufficiat pluribus corporibus deterendis, quemadmodum corpus multas deterit veſtes, viderit Pythagoras. F. Non incommodum foret, ſi iuxta Pythagoram liceret, vt veſtibus, ita corporibus mutatorys vti, ſic vt menſibus hybernis ſumeretur corpus obeſum, craſſæque texturæ, æſtiuis rarius & gracilius. E. Atqui parum opinor eſſet commodum, ſi quemadmodũ multis veſtibus detritis, tandẽ & corpus deterimus: ita multis corporibus detritis, tandẽ & anima ſeneſceret, deficeretq́. F. Non ſanè. E. Iam quemadmodum ad corporis ſalubritatem, agilitatemq́ refert, qua veſte ſit amictum. Ita refert, quod corpus circumferat anima. F. Profectò ſi corpus veſtis eſt animæ, video multos homines admodum variè cultos. E. Sic eſt. Et tamen nonnulla pars huius rei ſita eſt in nobis, quàm commodè veſtiatur anima. F. Valeat igitur veſtis, dic aliquid de domicilio. E. Atqui, ne quod dico tibi, videatur commentum Fabulla, ipſe dominus Ieſus ſuũ corpus templum appellat. Et Petrus apoſtolus ſuũ corpus tabernaculum appellat. Nec defuerunt, qui corpus dixerunt animæ ſepulchrum, σῶμα dictum arbitrantes, quaſi σῆμα: alij carcerem mentis appellarunt, nonnulli præſidium, velut arcem munitam.

Corpus Chriſto, & Chriſtianis quid.

Quæ

Quorũ animus est vndiquaque purus, in templo habitat. Qui non tenentur amore rerũ corporalium, horum animus agit in tabernaculo, libeter exiliturus si vocet imperator. Qui prorsus excæcati sunt vitijs spurcissimis, vt nunquã aspirẽt in auram libertatis Euangelicæ, horũ animus iacet in sepulchro. Cæterùm qui molestè luctantur cum vitijs, nec adhuc possunt, quod volunt, horũ animus habitat in carcere subinde clamãs ad liberatorẽ omnium, Educ de carcere animã meã, vt confiteatur nomini tuo domine. Qui gnauiter pugnant cum satana, vigilãtes, & excubantes aduersus insidias illius, qui circumit, vt leo quærẽs quẽ deuoret, horũ animus versatur in præsidio, vnde iniussu imperatoris non licet discedere. F. Si corpus est animi domicilium, plurimos video, quorũ animus malè habitet. E. Sic est, videlicet inædibus perstillantibus, opacis, ventis omnibus obnoxijs, fumosis, pituitosis, laceris, ac ruinosis, denique putribus, et infectis. Et tamen Cato primam felicitatis partem iudicat, bene habitare. F. Tolerabilis res, si liceret in aliud demigrare domicilium. E. Emigrare non licet nisi cum euocat locator. Veruntamen si non licet emigrare, licet arte, curaque nostra domicilium animi commodius reddere, quemadmodũ in ædibus mutãtur fenestræ, attollitur solũ, incrustantur, aut conuestiuntur tabulatis parietes, situs igni sulphurãque purgatur. Id in senili corpore iamque ruinã minitante difficillimum est. Plurimum autem conducit, si puerile corpus ab ipso protinus ortu,

Psalm. 143.

Locator. Significat esse cõductitium.

sicut oportet, curetur. F. Tu quidem matrẽ, ac nutricem medicam esse iubes. E. Planè iubeo quod attinet ad delectum ac moderationem cibi, potusq́, motus, somni balneorum, vnctionum, frictionum, vestitus. Quàm multos esse censes, qui grauissimis morbis, ac vitijs obnoxij sunt, epilepsia, gracilitati, imbecillitati, surditati, fractis lumbis, distortis membris, infirmo cerebro, stupori mentis, non ob aliud, nisi quod à nutricibus indiligenter curati sunt? F. Demiror te non pro pictore factum fuisse Franciscanum, qui tã bellè concioneris. E. Vbi te Claranã videro, tũ ego tibi Franciscanus concionabor. F. Ego sanè libens scire cupiam, quid sit anima, de qua tã multa audimus, dicimusq́, cum nemo viderit. E. Imò nemo non videt, cui sunt oculi. F. Video pictas animas infantuli specie. Verùm cur nõ adduntur alæ, quẽadmodum angelis? E. Quoniam delabentibus è cælo fractæ sunt alæ, si qua Socraticis fabulis habenda fides. F. Quomodo igitur subuolare dicuntur in cælum. E. Quoniam & charitas faciunt, vt illis renascantur alæ. Has alas petebat ille pertæsus domicilium sui corporis, dum clamat. Quis dabit mihi pennas sicut colũbæ, & volabo & requiescã? Nec enim alias alas habet anima, cùm sit incorporea, nec vllam habet speciem, qua corporis oculis sit conspicua, sed certius cernuntur ea, quæ videmus animo. Credisne Deum esse? F. Maximè. E. At nihil minus videri potest, quàm Deus. F. Videtur in rebus conditis. E. Itidem videtur animus ex actione.

Si

si quaris quid agat in corpore viuo, cõtemplare corpus exanime. Cum vides hominem sentire, cernere, audire, moueri, intelligere, meminisse, ratiocinari: certus vides animum adesse, quàm nunc vides hunc cãtharum: potest enim fallι sensus vnus, tot argumenta sensum non fallunt. Fa. Proinde si non potes ostendere animam, sic illam notis quibusdam pinge, quasi mihi velis describere Cæsarem, quem nondum vidi. Eu. Aristotelis definitio in promptu est. F. Quæ? Nã aiunt istum esse probum rerum omnium depictorem. E. Anima est actus corporis organici, physici, vitã habentis in potentia. F. Cur actum vocat potius, quàm iter aut viam? E. Non hìc tractatur aurigis aut equitibus, sed animæ ratio definitur. Et actũ vocat formã, cuius natura est agere, cùm materiæ ratio sit pati. Omnis autem corporis motus naturalis ab anima proficiscitur. Est autem varius corporis motus. F. Intelligo. Sed cur addit organici? Eu. Quoniam anima nihil agit, nisi per organa, hoc est, instrumenta corporis. F. Cur addit physici? E. Quia Dædalus finxtra frageret tale corpus. Ideò addit vitam habetis in potetia. Fa. Forma non agit in quiduis, sed in materiam capacẽ. F. Quid si angelus migraret in corpus hominis? E. Ageret quidem, sed non per organa naturalia, nec vitã daret corpori, si abesset anima. F. Habeóne iam totã animæ rationẽ? E. Habes Aristotelicã. F. Equidẽ accepi celebrem esse philosophum, & vereor ne sapiẽtum centuriæ mihi scribant hæreseos, dicam si quid refrager.

Anima quid Aristo
Cur actum.
Græcis est endelecheia, vocabulum philosophis peculiare. Sed fabula detorquet ad inreconsultos, cui distinguunt interpretor, actũ & viam.
Psalm. 54.

refrager. Alioqui quicquid adhuc dixit de anima hominis cõpetit in asinum & bouem. E. Imò in scarabeum quoque & limacem. F. quid igitur interest inter animam bouis & hominis? E. Qui dicunt animã nihil aliud esse, quàm harmoniam qualitatũ corporis, faterentur non ita multum interesse, videlicet harmonia soluta perire animas vtriusq; Ne ratione quidẽ distinguitur bouis ab hominis anima, sed quòd boum minus sapit quàm hominũ, quemadmodum videre est & homines, qui minus sapiunt quàm bos. F. Nã isti bubulam habent mentem. E. Attamen illud ad te pertinet, quòd pro testudinis qualitate modulatior est harmonia. F. Fateor. E. nec parui refert ex quo ligno, quáue figura sit facta testudo. F. Verisimile dicus. E. Nec ex quorum libet animantium intestinis fiunt canoræ fides. F. Audini. E. Atque hæ quidem ex aëris circunfusi madore aut siccitate laxantur, cõtrahuntur, nonnunquam & rumpuntur. F. Isthuc vidi non semel. E. Hîc igitur potes opem præstare non vulgarem infantulo tuo, vt animus illius testudinem habeat bene temperatam, minimeq; vitiatam, ne laxus sit segnicie, ne stridula sit iracundia, ne rauca sit tesmulentia. Nã hos effectus miseret in nobis nonnũquã educatio victusq; ratio. F. Admonitionẽ accipio, sed expecto, quo pacto tuear & Aristotelem. E. Ille quidẽ descripsit in genere animã animantẽ, vegetantem, ac sentientem. Anima dat vitã, sed nõ protinus animal est quod viuit. Viuunt enim & senescunt & emoriuntur

tantur arbores, at nõ sentiunt: quanquã his quoq; nõ nulli sensum tribuunt stupidũ. In adhæsis vix deprehenditur sensus, in spongia deprehenditur ab auulsoribus, in arboribus materiarũ cæsores sensũ cõperiũt, si quid illis credimus. Aiũt enim si palma ferias trũcũ arboris, quã velis cadere, quemadmodũ ferè solent materiarij, difficilius arbor inciditur, vt semet contraxit metu. Quod autẽ viuit ac sentit, animal est: nihil autẽ prohibet esse vegetabile, quod nõ sentit, velutifungi, betæ, caules. F. Ista si viuũt vtcunque, si sentiunt vtcunque, si mouẽtur, cùm adolescũt, quid prohibet eadem dignari animalis cognomine? E. Non ita visum est maioribus, neque nobis fas est ab illorũ placitis discedere, at ne refert quidem ad hoc, quod nunc agimus. F. Atqui non feram eandem esse animã scarabei & hominis. E. Non est eadem ô bona, sed ratio quadãtenus cõmunis est. Animat, vegetat, sensibile reddit corpus tuũ anima tua. Idem agit scarabei anima in suo corpore. Nam quòd quædã aliter, aut aliud agit anima hominis, quã scarabei, partim in causa est materia. Nõ canit, non loquitur scarabeus, quia caret organis ad hæc idoneis. F. Illud igitur dicis, si anima scarabei demigraret in corpus hominis, idem ageret, quod agit anima humana. E. Imò ne si mens quidem angelica quemadmodũ dixi. Nihil autem interest inter angelũ et animã humanã, nisi quòd hominis anima in hoc cõdita est, vt agat corpus humanũ naturalibus organis instructũ, quẽadmodũ anima scarabei

Stupidum. Hoc sentit Pythagoras, nec omnino dissimile veri est.

non

non mouet nisi corpus scarabei: angelus nõ in hoc cõditus est, vt animet corpus, sed vt absque corporalibus organis intelligat. Fa. Num idem potest anima? E. Potest quidẽ à corpore semota. F. Non est igitur puerperis, dum est in corpore. Eu. Non perfectò, nisi siquid accidat præter cõmunem naturæ cursum. Fa. Verum tu mihi pro vna anima plures animas effudisti, animantem, vegetantẽ, sensibilẽ, intelligentẽ, memorem, volentẽ, irascentem, concupiscentẽ. Mihi satis erat vna. E. Eiusdẽ animæ diuersæ sunt actiones, ex his varia sortitur cognomina. Fa. Non satis assequor quod dicis? E. At faciã vt assequaris. Tu in cubiculo es vxor, in officina es textrix aulæorũ, in taberna es aulæorũ venditrix, in culina es coqua, inter famulos & famulas es domina, inter liberos es mater, & tamen hæc omnia es eadẽ in domo. Fa. Satis tu quidẽ pingui Minerua philosopharis. Sic igitur est animus in corpore, quemadmodum ego in domo? E. Sic. F. Atqui dum ego texo in officina, non coquo in culina. E. Neque enim tu es anima tantũ, sed anima corpus circũferens: corpus autem non potest simul pluribus inesse locis: anima quoniam est forma simplex, sic est in toto corpore, vt in singulis corporis partibus sit tota: quãuis nõ idẽ agat per omnes partes, nec eodẽ modo per quomodolibet affectas. Nã sapit ac mẽinit in cerebro, irascitur in corde, cõcupiscit in hepate, audit in auribus, cernit in oculis, olfacit in naribus, gustat in palato & lingua, sentit omnibus partibus corporis, quæ nerueas aliquid

aliquid habent adiunctum. Neque enim sētit in pilis nec summis vnguibus, ac ne pulmo quidem per se sēnit, nec hepar, fortasse nec lien. Fa. Proinde in quibusdā partibus animat tātū ac vegetat. Eu. Ita videtur. Fa. Si in vno homine facit hæc omnia eadē anima, consequitur, vt fœtus in vtero materno statim vt ageſcit, quod est vitæ signum, simul & sentiat, & intelligat, nisi fortè vnius hominis initio plures sunt animæ, deinde ceteris cedentibus, vna peragit omnia. Ita vt primum homo fuerit planta, mox animal, postremo homo. Eu. Quod dicis fortasse non absurdū videatur Aristoteli. Nobis probabilius est, simul cū videtur infundi rationalem animā, sed quæ, velut ignículus, immersa materiæ supra mòdum humidæ nondū queat exerere vires suas. Fa. Animus igitur illigatus est corpori, quod agit mouet q? E. Non aliter quàm testudo domui, quā circunsert. Fa. Eā mouet quidem, sed sic vt simul moueatur, quemadmodū gubernator flectit nauē, quò vult, sed ipse interim cum naui mouetur. Eu. Imo quemadmodum sciurus voluit cauēam rotatilem, mobilis interim & ipse. F. Sic & afficit anima corpus, ac vicissim afficitur? E Sanè quod ad operatiōes attinet. Fa. Ergo quod ad naturā pertinet, par est anima morionis animæ Solomonis. E. Nihil absurdum. F. Itaque pares sunt & angeli, quandoquidē carēt materia, quæ parit, vt ait, inæqualitatem. E. Iā satis philosophiæ. Quinpotius hæc Theologos torqueant, nos hoc agamus, quod cœpimus. Si to-

ta

te mater esse vis, cura corpusculũ infantuli tui, quò posteaquã sese explicuit ex vaporibus mentis ignic-
lus, bonis & cõmodis organis vtatur. Quoties audis
puerũ tuũ vagientẽ, crede illum hoc abs te flagitare.
Cùm vides in pectore duos istos veluti fonticulos tu-
gidos, ac lacteo liquore vel suapte sponte manãtes, te-
de naturã admonere te tui officij. Alioqui cũ infans
Mamma. iã fari meditabitur, ac blãda balbutie te mammã ve-
cabit, qua fronte hoc audies ab eo, cui mãmã negaris,
& ad conductitiã mãmã relegaris, perinde quasi ve-
præ aut oui subiecisses? Vbi iã erit fandi potens, quid
si te pro matre voces semimatrẽ? Virgã expedies, opi-
nor. Atqui vix semimater est, quæ recusat alere quod
peperit. Potior genituræ pars est nutricatio teneri pu-
elli. Alitur enim nõ solũ lacte, sed et fragrantia ma-
terni corporis requirit eũdem liquorẽ iã notũ & fa-
miliarem, quem hausit in corpore, & vnde coaluit.
Atq; ego quidem sum in hac sententia, vt existimẽ
in pueris ex lactis natura & indolẽ vitiari nõ aliter
quàm in frugibus & plantis terræ succus mutat in-
genitũ eius quod alit. An putas temere vulgo dici: iste
malitiã cũ lacte nutricis imbibit? Ne illud quidẽ opi-
nor, quod à Græcis dici solet. Vt nutrices: cùm signifi-
cãt aliquẽ male pasci: paululũ enim præmãsi in os in-
serũt infantis, maximã partẽ deglutiũt ipsæ. Proinde
ne peperit quidẽ, quæ quod enixa est, mox abiicit. Is-
huc enim abortiri est, nõ parare. Et in tales fœmi-
mihi cõpetere. Græcorum videtur etymologia, qui a-

ci μὴ σῴζειν putant à μὴ τηρεῖν, hoc est à nõ seruando. Nã prorsus cõductitiã nutricẽ infantulo adhuc à matre penitus asciscere, genus est expositionis. F. Accedat, si delecta esset mulier, in qua nihil desideres. E. Vt nihil referat, quod lac bibat mollis infantia, quã saliuã cũ præmanso cibo deglutiat, vt talis cõtigerit nutrix, quale haud scio an vlla reperiatur, an putas vllã esse, quæ nutricationis omne tædiũ deuorare possit, quemadmodũ mater? sordes, assessiones, vagitus, morbos seruãdi nunquã satis diligentem curã? Si est quæ pariter amet vt mater, erit quæ pariter curet. Quin et illud fiet, vt segnius amet te filium, natiua illa charitate velut in duas matres distracta: nec tu simili pietate duceris erga filiũ, vt iã grãdior minus libẽter sit obtemperaturus iussis tuis, & tu frigidius illius curã habitura, in cuius moribus fortasse videbis nutricem. Præcipuus autẽ discendi gradus est, mutuus inter docentem ac discentem amor. Ergo si nihil decesserit illi natiuæ pietatis fragrantiæ, facilius illi instillabis præcepta rectè viuẽdi. Neq; enim hîc parum valet mater, vel ob hoc, q̃ materiã tractet mollissimã & in omnia sequacem. F. Vt video non tã facilis est res peperisse, q̃ vulgus existimat. E. Si mihi parum habes fidei, en tibi Paulus apertè de muliere loquens: Salua inquit, fiet per liberorũ generationem. F. Salua est igitur quæ peperit? E. Nequaquam, sed addit, si liberi permanserint in fide. Nondum absoluisti genitricis munus, nisi primum tenerũ corpusculum filij, mox animum æque

mollem

mollem recta educatione finxeris. Fa. Atqui istum matribus in manu non est, vt filij perseuerent in pietate. E. Fortassis, sed tantũ habet momẽti vigilãs admonitio, vt Paulus existimet matribus imputandum, si liberi degenerent à pijs moribus. Denig, si præstiteris quod in te situm est, Deus opem suã conferet tuæ diligentiæ. F. Mihi quidem Eutrapele, tua pertsuasit oratio, si queas idem persuadere parentibus & marito. E. Isthuc ad me recipio, modo tu me tuo iuues suffragio. F. Polliceor. E. Sed licétne videre puellum? F. Licet maximè. E. Heus Syrisca, voca nutricem vnà cum infante. E. Scitus admodum puer. Vulgò dicitur veniam deberi primùm experienti. At tu prima statim experientia summam artis expressisti. F. Non est sculptilis imago, vt arte sit opus. Eu. Verùm, sed fusile figillum est. Vtcunq; res habet, felicissimè cecidit; vtinam pari felicitate cadãt imagines, quas intexis anleus. F. At tu contra feliciùs pingis, quàm gignis. Esic vsum est naturæ cũ omnibus paria facere. Quam solicita est natura, ne quid pereat. Duos homines in vno repræsentauit, nasus & oculi patrẽ referunt, frons ac mentũ matre exprimunt. An tu posses hoc tã charũ pignus alienæ fidei concedere? Mihi bis crudelis videntur esse, quæ id facere sustinent. Quandoquidem non solum faciunt id infantis quẽ abligant periculo, verùm etiam suo, propterea quòd in his lac auersum corruptũ sæpenumero periculosos morbos pariat. Itaq; fit, vt dum vnius formæ corporis consulent, parum consu-

tulent duorum corporum vitæ: dumq; cauent, ne
contingat præproperũ senium, conijciunt sese in mor-
tem præproperam. Quod est inditum puero nomen? F.
Cornelius. E. Hoc erat nomẽ aui paterni. Vtinam vi-
rum integerrimum & moribus nobis referat. F. Da-
bitur opera, quod quidem in nobis erit. Sed heus Eu-
trapele, vnũ quiddam obnixè te rogarim. E. Imò pu-
ta me tuum esse mancipium, imperabis & impetrabis
quæ voles. F. Proinde non prius te manumittã, quàm
hoc mihi beneficium captum absoluas. E. Quodnam?
F. Vt præscribas mihi primùm, quibus rationibus
quem infantis valetudini cõsulere, deinde cum erit
firmior, quibus rudimentis ad pietatem præparandus
sit rudis animus. E. Id faciã lubens pro mea quidem
sapientia, sed proximo colloquio, nunc orator adeo ma-
ritum ac parentes. F. Precor exorator vt sies.

Manumit. quia se dixerat mancipiũ.

PEREGRINATIO RELIGIONIS ERGO

Menedemus, Ogygius.

M. Quid hoc nouæ rei? Nónne Ogygium vicinum meum video, iam totos sex menses nõ visum cuiquã? interisse rumor erat. Ipsus est, nisi prorsus hallucinor. Adibo ac saluere iubeo. Saluus sis Ogygi. Og. Salue & tu Menedeme. M. Quæ regio te nobis reddidit incolumẽ? Nam tristis rumor hîc sparserat, te nauigasse Stygiam paludem. O. Imò gratia superis, me interim valui, vt vix vnquam antehac melius. M. Ita sæpe vanitatis coarguas eiusmodi rumores. Sed

imbricatis.i. imbricũ specie variatis. Vide Plin lib.6.ca.33.de mira varietati cõcharum. Culmeis e stramine factis. Oua serpentũ, significat globulos, quibus vtuntur ad numerandas preces. Sic enim oua serpentum cum prodeunt, coherent.

quid istunc ornatus est? obsitus ea conchis imbricatis, stanneis ac plũbeis imagenibus oppletus vndiq; culmeis ornatus torquibus, brachium habet oua serpentũ. O. Visi diuum Iacobum Compostellanum, & hinc reuersus, Virginem Parathalassiam apud Anglos percelebrem, quin potius haut reuisi. Nam ante annos tres inuiseram. M. Animi gratia, vt arbitror. O. Imo religionis causa. M. Istam opinor religionem docuerũt te Græcæ literæ. O. Mater vxoris voto sese obstrinxerat, vt si filia peperisset masculum vitalem, ego diuo Iacobo præsens præsenti salutem dicerem, & gratias agerem. M. Salutasti diuum tuo duntaxat & socrus nomine? O. Imò totius familiæ verbis. M. Equidem arbitror nihilominus salutis futurum fuisse familia, etiam si Iacobum insalutatũ reliquisses Sed obsecro, quid respondit agenti gratias? O. Nihil, sed afferenti munus visus est arridere, & capite leuiter annuere, simulq; porrexit hoc imbricatum putamen. Me. Cur istã potius donat quàm alia? O. Quoniam his abundat suggerente vicino mari. M. O benignum diuum, qui & obstetricatur parturientibus, & operam dat hospitibus. Verùm quodnã istunc nouũ vouendi genus, vt otiosus alijs laborem imponat aliquis? Si tu te vllo adstringeres vt si quod ageres feliciter cederet, ego ieiunarem bis in hebdomede, an credis me facturum quod vouisses? O. Non credo, etiã si tu ipse tuo nomine vouisses. Nam tibi diuis os oblinere ludus est. Ali socrus est, mos gerendus erat. Nosti mulierum

nere, re. ail.

ctum, & mea quoq; referebat. M. Si nõ præstitisses vo-
tũ, quod erat periculi? O. Non poterat me diuus vocã-
tem iuuare, fateor: sed poterat in posterum esse surdus ad
vota mea, aut tacitus aliquid calamitatis immittere
in meam familiam. Nõsti principũ mores. M. Dic mi-
hi, quid valet agitq; vir optimus Iacobus? O. Multò
frigidius solito. M. Quid est in causa? O. Senium? Og. Nu-
gator, scis diuos non senescere. Verùm hæc noua per-
suasio, quæ latè per orbem diuagatur, facit vt infre-
quentius saluteturr solito: & si qui veniunt salutant
tantum, nihil aut quàm minimũ donant, dictitantes
eam pecuniã rectius collocari in egeno. M. Impia per-
suasio. O. Itaq; tantus apostolus, qui solet totus gemmis
& auro fulgere, nũc stat ligneus vix sebacea habens
candelam. M. Si verum est, quod audio, periculum est,
ne reliquis diuis idem veniat vsu. O. Imò circũfertur
epistola, quam hac de re scripsit ipsa Virgo Maria. N.
Qua Maria? O. Quæ cognome habet à lapide. M. A-
pud Rauracos, ni fallor. O. Ea est. M. Lapideam igitur
diuam mihi narras. Sed cui scripsit? O. Nomen ipsa in-
dicat epistola. M. Per quem missa est? O. Haud dubiè
diuum per angelũ, qui posuerat scriptam in suggesto,
vnde concionatur is, ad quem scripta est. Et ne quid
fraudis suspiceris, videbis epistolã αὐτόγραφον. M.
Itáne agnoscis manũ angeli, qui est Virgini ab epi-
stolis? O. Quid ni? M. Quo tandem argumento? O.
Lege epitaphiũ Bedæ, quod ab angelo insculptum est:
Elementorũ figuræ per omnia cõgruunt, Legi & syn-

Impia persu. Ironia est, quum sit admodum pia.

autographõ. Id est, ab ipso scriptã quẽ admodũ oracula dicuntur autophona ab ipso deo reddita voce.

Virgil. Ipsa canas oro.

Aegr. missam Nota est fabula, de Carolo magno, cui cũ desperaret veniam admissorum,

S. Aegid. impetrauit syngrapha ab angelo continentem hunc versiculum, Aegidij merito Caroli peccata remitto. Lapides hoc modo inf. Sentit de Lydio lapide qui dicitur index, Is prodit aurũ subæratum aut imitatitium. Lege Oui. de Batto in lapidem verso.

graphum diuo Aegidio missam: congruunt. An non hæc satis arguunt rem? M. Fásne est inspicere? O. Fas, si deieres te taciturnum. M. Ob lapidi dixeris. O. Iam sunt et lapides hoc nomine infames, quod nihil celẽt. M. Muto igitur dicito, si lapidi parũ fidis. O. Hac lege recitabo, tu fac vtranq; arrigas aurem. M. Arrexi. O. Maria mater Iesu Glaucopluto. S. D. Quòd Lutherum sequutus strenuè suades, superuacaneum esse inuocare diuos, à me quidẽ isto nomine bonã magnamq; inisti gratiã, scito. Nam antehac tantũ non enecabar improbis mortaliũ opplorationibus. Ab vna postulabantur omnia, quasi filius meus semper infans esset, quia talis fingitur, pingiturq; in sinu meo, vt ex nutu matris adhuc pendeat, neq; quicquã ausit negare petẽti, videlicet metuens, ne si quid neget rogãti, ego vicissim illi negẽ mammã sitienti. Et nonnunquã ea petunt à virgine, quæ verecundus iuuenis vix auderet petere à lena, quæq; me pudet literis committere. Interim negociator lucri causa nauigaturus in Hispaniã, cõmittit mihi pudicitiam suæ concubinæ. Et virgo deo sacra, abiecto velo fugam adornãs, deponit apud me famã integritatis suæ, quã ipsa tẽdit prostituere. Occlamat mihi miles impius, & ad lanienã cõductus: Beata virgo da prædã opimã. Occlamat aleator: Faue diua, pars lucri tibi decidetur. Et si parũ faueas alea, me conuitijs lacerant, maleq; precantur, quã non adfuerim sceleri. Occlamat quæ quæstui turpi semet exponit: Da prouentũ vberẽ. Si quid negem, ilico re-

clamant

clamant, Ergo ne sis mater misericordiæ. Aliorũ vo-
tum non tam impia sunt, quã inepta. Clamat innupta,
Maria da mihi formosum ac diuitem sponsum, Cla-
mat nupta, da mihi bellos catulos. Clamat grauida, da
mihi facilem partũ. Clamat anus, da diu viuere sine
tussi suique. Clamat seex delirus, da repubescere. Cla-
mat philosophus, da nodos insolubiles nectere. Clamat
sacerdos, da sacerdotium opimũ. Clamat episcopus,
serua meam ecclesiam. Clamat nauta, da prosperos
cursus. Clamat præfectus, ostende mihi filium tuum
antè quàm moria. Clamat aulicus, da verè confiteri
in mortis articulo. Clamat rusticus, da tempestiuam
pluuiam. Clamat rustica, serua gregẽ & armẽtum
incolume. Si quid renuo, ilico sum crudelis. Si relego
ad filium, audio, Vult ille quicquid tu vis. Itáne e-
go sola & mulier & virgo dabo operã nauigãtibus,
belligerantibus, negociantibus, ludentibus aleam, nu-
bentibus, parturientibus, satrapis, regibus & agrico-
lis? Atqui quod duci minimũ est præ his quæ patior.
Sed his negotijs nunc multò minus grauor, quo quidẽ
nomine tibi gratias agerẽ maximas, nisi cõmodũ hoc,
incõmodũ maius secũ traheret: plus est otij, sed minus
est honorũ, minus est opum. Antè salutabar regina
cælorũ, domina mũdi: Nũc vix à paucis audio, Aue
Maria, Antè vestiebar gemmis & auro, abũdabã
mutatorijs, deferebantur aurea gẽmeaq; donaria: nũc
vix tegor dimidiato palliolo, eoq; corroso à muribus.
Prouentus autẽ ãnui vix tãtũ est, vt alã miserũ adi-

Ædituum. veteres, vt indicat. varro, ædituum vocabant, custos erat tuendæ sacræ ædis.

tuũ, qui accendat lucernulã aut candelã sebaceam. Atq; hæc tamen poterãt ferri, ni maiora etiã moliri dicereris. Huc tendis, vt aiunt, vt quicquid vspiam est diuorũ, exigas ex ædibus sacris, etiã atq; etiã videquid agas. Nõ deest alijs dius quo suam vlciscantur iniuriã. Electus è templo Petrus, potest tibi vicissim occludere regni cælestis ostiũ. Paulus habet gladium. Bartholomæus cultro armatus est. Guilhelmus sub pallio monachi totus armatus est, nõ sine graui lacea.

Cataphra. id est, graui armatura manito.

Quid autem agas cum Georgio & equite & cataphracto, hasta simul & gladio formidabili? Nec inermis est Antonius, habet sacriũ ignẽ. Sunt item & cæteris sua vel arma, vel mala, quæ quibus volunt, immittũt. Me verò quantumuis inermem nõ tamen ejcies, nisi simul ejecto filio, quẽ vlnis teneo. Ab hoc nõ me patiar diuelli: aut hunc vnà mecũ extrudes, aut vtrũq; relinques, nisi mauis habere templũ sine Christo. Hæc te scire volui, tu cogita, quid mihi respondendũ cẽseas. Nã mihi planè res cordi est. Ex ædibus nostra lapidea, Cal. Aug. anno filij mei pasi. 1524

Virgo lapidea mea manu subscripsi.

Habet sacrũ ignem: Hoc enim nomine sanctũ illiũ amabilem reddidere formidabilẽ: quemadmodũ Ioannẽ Baptistã, præter alios, morbo comitiali, Hubertũ, hydrophobo: itẽ alios alijs malis. Et hæc verrimus inquæstũ nostrum, cuius studiosiores sumus quam seruandarum animarum.

Me. Minax profecto ac formidabilis epistola. Cauebit opinor Glaucoplutus. Og. Si sapit. M. Quam ob rem non eadem de re scripsit huic optimus ille Iacobus? O. Nescio, nisi quod longius abest, & hic temporibus intercipiuntur omnes epistolæ. M. Sed quis Deus te redegit in Angliam? O. Ventus illuc inuitat at mirè secundus, atque id propemodum eram pollicitus

diuæ

dnæ Parathalassiæ, me post biennium ipsam reuisu-
rũ. M. Quid petiturus ab illa? O. Nihil noui, nisi illa
vulgaria, familiã incolumẽ, rẽ vberiorẽ, longæuam
latamq; vitã in hoc seculo, & perennem felicitatem
in futuro. M. Non poterat eadẽ præstare Virgo ma-
ter apud nos? Habet Antuerpiæ templũ lõgè angu-
stius, quàm in Parathalasso. O. Haud nego posse, ve-
rùm alys in locis alia largitur, siue sic visum est ani-
mo illius, siue vt est benigna, semet in hoc nostris
affectibus accommodat. M. De Iacobo frequẽter au-
dimus: sed obsecro te, describe mihi regnũ istius Para-
thalassiæ. Og. Equidem expediã, quam potero pauci-
simis. Celeberrimũ nomen est per vniuersã Angli-
am, nec temere reperias in ea insula, qui speret res
suas fore saluas, quin illã quotannis aliquo munus-
culo pro facultatũ modo salutarit. M. Vbi habet? O.
Ad extremum Angliæ finem inter Occidentẽ &
Septentrionẽ, haud procul à mari, passuum feretri-
bus milibus. Vicus est vix aliã re victitãs, quàm cõ-
meantiũ frequẽtia. Collegiũ est canonicorũ, sed quibus
à Latinis regulæ cognomẽ additur: mediũ genus in-
ter mõachos & canõicos, quos seculares appellãt. M.
Amphibios mihi narras, quod genus est fiber. Og. I-
mo & crocodilus. Sed omissis cauillis, tribus verbis ex
pediã, quod vis. In odiosis canonici sunt, in fauorabi-
libus monachi. M. Adhuc mihi quidẽ ænigma refers
O. Quin addã apodixim mathematicã. Si Ro. põtifex
fulmine feriat cẽs monachos, tũ canonici fuerint, nõ

monachi, sin idem permittat omnib⁹ in monachis vxorẽ ducere, tũ fuerint monachi. M. O nouos fauores, vtinã abducant & meã. O. Sed vt ad rẽ: collegium hoc vix alios habet prouentus, quàm ex liberalitate Virginis. Nã maiora quidẽ donaria seruãtur. Cæterùm quid est nummorũ aut leuioris precij, cedit in alimoniã gregis & præfecti, quẽ illi Priorẽ vocant. M. Prisbæ vitæ? O. Nõ illaudatæ pietate ditores, quàm ãnuo censu. Templũ est nitidũ & elegans, verum in eo nõ habitat Virgo, sed illud honoris gratia cessit filio. Illi suum habet templum, vt dextra sit filio. M. Dextra? Quò igitur spectat filius? O. Bene mones. Cũ Occidentẽ spectat, dextrã habet matrẽ: vbi se vertit ad Solis exortum sinistra est. Nec hìc tamen habitat, nondum enim ædificium est absolutũ, & locus est vndiq; perflabilis patentibus ostij patẽtibus fenestris, & in propinquo est Oceanus, ventorum pater. Me. Durũ, vbi igitur habet illa? O. In eo templo quod inabsolutum dixi, est sacellum angustum ligneo tabulatu cõstructũ, ad vtrunq; latus per angustũ ostiolum admittẽs salutatores. Lumen est exiguũ, nec ferè nisi ex cereis, fragrat odor naribus gratissimus. M. Hæc omnia cõgruunt religioni. Og. Imò si introspicias Menedeme, dicas diuorum esse sedem, adeò gemmis, auro, argentoq; nitent omnia. Me. Accendis animum, vt eò me conferam. O. Haud pœnituerit itineris. M. Nihil est illic oles sacri? Og. Inepte. Oleum istud non resudat, nisi è sepulchris diuorum, velut Andreæ &

Cæ-

Catarina. Maria ſepulta non eſt. M. Erraui fateor. ſed abſolue fabulã. O. Quò latius ſe ſpargat religio, dua alijs locis oſtenduntur. M. Et fortaſſis vt vberior ſit largitio, iuxta illud: Eit cito per multas prada petita manus. O. Et nuſquam non præſto, ſunt myſtagogi. M. Ex canonocu?. Nequaquã, illi non adhibentur, ne per occaſionem religionis alienentur à religione, ac dum obſeruant virginem, parum ipſi conſulant ſuæ virginitati. Tantum in intimo ſacello, quod dixi condaue diua Virginis, adſtat altari canonicus quidam. M. In quẽ vſum? O. Vt recipiat, ſeruetq; quod datur. M. An dãt qui nolint? O. Minimè, ſed nõnullos pius quidã pudor huc adigit, vt dent aſtante quopiam, nõ daturi ſi teſtis abeſſet: aui largius dani aliquantò quã erant daturi. M. Affectum humanum dicis, et mihi non inexpertum. O. Imò verò ſunt quidã adeò dediti ſanctiſſimæ Virgini, vt dũ ſimulant ſeſe munus imponere altari, mira dexteritate ſuffuretur, quod alius poſuerat. M. Fac nullum aſtare, an non in tales ilico fulminaret Virgo? O. Quî magis id faceret Virgo, quàm ipſe pater æthereus, quẽ nõ verẽtur nudare ſuis ornamentis, vel perfoßo templi pariete? M. Nõ ſatis mihi conſtat, vtrum magis debeam admirari, illorumne impiam cõfidentiam, an dei lenitatem. O. Ad latus itaque Septentrionale porta quædam eſt, non templi, ne quid erres, ſed ſepti, quo tota clauditur area templo adiacens. Ea oſtiolum habet perpuſillum, quale videmus in valuis nobiliũ, vt qui velit ingredi

primùm tibiam periculo expenere cogatur, deinde ca
put etiam ſubmittat. M. Profectum tutũ nõ fuerit a
hoſtem ingredi per tale oſtiolum. Og. Rectè coniectas.
Narrabat myſtagogus olim virum equeſtris ordinis,
equo inſidentem, per hoc oſtiũ elapſum è manibus ini-
mici, qui iam fugienti imminebat. Ibi miſer deſperati
ſui, ſubita cogitatione ſalutem ſuam cõmodauit dex
Virgini, quæ erat in proximo. Nã ad huius aram fu-
gere decreuerat, ſi valua patuiſſet. Et ecce rem inau-
ditam. Subitò totus eques erat intra ſepta templi, al-
tero fruſtra foris inſaniente. M. Et faciebat tam ad-
mirandæ narrationis fidem? O. Maximè. M. Id qui-
dem nõ admodũ facile apud te hominem philoſophũ.
O. Oſtendebat in oſtio laminam cupream clauis affixã,
quæ habebat imaginem equitis ſeruati, eoq; cultu qu
tum Anglica gens vtebatur, quem & in vetuſtis
ribus picturis videmus: quæ ſi non mentiuntur, frige-
bãt id ætatis tonſores, & qui pannos tingunt ac tex-
unt. M. Qui ſic? O. Quia barbatus erat nõ aliter quam
capræ, & vniuerſa veſtis nullam habebat rugam, ad-
eoq; non erat maior corpore, vt ſtrictu corpus ipſum
redderet anguſtius. Erat & altera lamina, cellæ fi-
guram ac magnitudinem referens. M. Iam dubitare
fas non erat. O. Subter oſtiolum erat cratis ferrea, qua
peditem tantũ tranſmitteret. Non conueniebat vt e-
quus poſt eum calcaret locum, quem prior eques Vir-
gini conſecraſſet. M. Et merito. O. Hinc ad orientem
eſt ſacellum prodigijs plenum, cò me confero. Excipit

alius,

alium mystagogum. Illic orauimus paulisper. Mox exhibetur nobis articulus humani digiti, è tribus maximis exoscular, deinde rogo cuius sint reliquiæ. Ait sã ti Petri. Nũ apostoli, inquã? Aiebat. Deinde cõtemplans magnitudinem articuli, qui gigantis videri poterit: Oportuit, inquã, Petrum fuisse virũ prægrandi corpore. Ad hanc vocem è comitibus quidam in cachinnum solutus est, id certè molestè tuli. Nam si is fuisset, æditũ nos nihil celasset reliquorũ. Eum tamẽ vtcũq; placauimus datis aliquot drachmis. Antè ædiculã erat tectum, quod aiebat hyberno tempore, cum nix obtexisset omnia, eò subitò fuisse delatum è loginquo. Sub eo tecto putei duo ad summũ pleni fontis venã aiunt esse sacrã diuæ Virgini, liquor est mire frigidus, efficax medicando capitis stomachiq; doloribus. M. Si frigida medetur doloribus capitis & stomachi, posthac & oleum extinguet incendiũ. O. Miraculum audis ô bone, alioqui quid esset miraculi, si frigida sedaret sitim? M. Et ista sanè est vna pars fabulæ. O. Affirmabant eum fontem de repente prosiliisse è terra iussu sanctissimè Virginis. Ego cuncta diligenter circũspiciens, rogabã quot essent anni, quòd ea domuncula fuisset eò deportata, dixit aliquot secula. Alioqui parietes, inquam, non præ se ferunt aliquid vetustatis. Non repugnabat. Ne columnæquidem hæ ligneæ. Non negabat esse nuper positas, & res ipsa loquebatur. Deinde hæc, inquam, tecti culmea arundineáque materia videtur esse

recen-

recentior. Assentiebatur. Ac ne trabes quidē hæ in-
quā, transuersæ, nec ipsa tigna quæ culmos sustinent
videtur ante multos ānos posita. Annuebat. Atqui
cùm iā nulla casæ pars supereſſet, vnde igitur cōſta,
inquā, hāc esse casulā illam è lōginquo delatā? M. Di-
secro quomodo sese ab hoc nodo explicuit ædituus? O.
Scilicet incontāter ille ostendit nobis peruetustā vr̄
pellē tignis affexā, ac propemodū irrisit nostrā tardita-
tē, qui ad tā manifestū argumentū nō haberemus o-
culos. Itaque persuasi, & tarditatis culpā deprecati,
vertimus nos ad celestæ hac beatæ virginis. M. Ma-
trem filie simillimā, ille nobis tantùm sanguinis sui
reliquit in terris, hæc tantū lactis, quantū vix cre-
dibile est esse posse vni mulieri vniparæ, etiā, si ni-
hil bibisset infans. O. Idem causantur de cruce domi-
ni, quæ priuatim ac publicè tot locis ostenditur, vt si
fragmenta conferantur in vnum, nauis oneraria iu-
stum onus videri possint, & tamen totā crucem suam
baiulauit dominus. M. An nō tibi quoq; mirum vi-
detur? O. Nouum fortasse dici possit, mirum nequa-
quàm, cùm dominus, qui hæc auget pro suo arbitrio,
sit omnipotens. M. Piè tu quidem interpretaris, at
ego vereer, ne multa talia fingatur ad quæstum. O.
Non arbitror deum passurū, si quis ipsum ad istum
irrideat modum. M. Imò cùm à sacrilegis spoliatur
& mater & filius & pater & spiritus, ne tantillū
quidem sese commouent interdum, vt vel nutu, vel
crepitu deterreant scelestos. Tanta est numinis lenī-

tas

ge. O. Sic est, sed audi reliqua. Id lac seruatur in al-
tari summo, in cuius medio Christus, ad dextram ma-
ior, honoris gratia. Lac enim matrem repræsentat. M.
Conspicuum est igitur. O. Videlicet inclusum chrystal-
lo. M. Liquidũ igitur. O. Quid liquidum mihi narras,
cùm fusum sit ante annos mille quingentos? Concre-
tum est, dicas cretam tritam, albog; oui temperatam.
M. Quin igitur nudum ostentant? O. Ne contamine-
tur virorum osculis lac virgineum. M. Probè dicis.
Nam sunt, opinor, qui os admoueãt nec purũ nec vir-
gineum. O. Vbi nos videt mystagogus, accurrit, lineam
vestem induit, sacram stolam addidit ceruici, procu-
buit religiosè & adorauit, mox nobis lac sacrosanctũ
osculandum porrexit. Hîc in extremo altaris gradu
religiosè procubuimus & ipsi, Christo ꝓ primùm salu-
tato, Virginem oratiuncula tali, quam in hoc ipsum
pararam, appellauimus: Virgo parens, quæ tuis virgi-
neis vberibus lactare meruisti cœli terræq; dominũ fi-
lium tuum Iesum, optamus & illius sanguine puri-
ficati proficiamus & nos ad felicẽ illam infantiã co-
lumbinæ simplicitatis, quæ nescia malitiæ, fraudis ac
doli, lac Euangelicæ doctrinæ concupiscit assiduè, ad-
net prficiat in virum perfectũ, in mensurã plenitudi-
nis Christi cuius felici consortio frueris in æternũ, cũ
patre & spiritu sancto. Amẽ. M. Pia sanè deprecatio.
Quid illa? O. Visus est vterq; annuere, nisi me fallebãt
oculi. Nam subsilire videbatur sacrum lac, & can-
didior aliquantò affulgebat eucharistia. Interim

Precatio ad Virginem matrem.

mysta-

mystagogus ad nos accessit, tacitus quidem, sed tabellam porrigens, qualem apud Germanos offerunt, qui a pontibus telos exigunt. M. Equidem sæpenumero male precatus sum illis petacibus tabellis, cum per Germaniã iter facerem. O. Dedimus drachmas aliquot quas ille obtulit Virgini. Mox per interpretem eum linguæ pulchrè peritũ, & iuuenem blãdæ cuiusdam eloquentiæ, nomẽ erat, ni fallor, Robertus Aldrisius, percõtatus sum, quàm potui ciuilissimè, quibus argumentis cognitum haberes, hoc esse lac virginis. Id ego sanè pio studio scire cupiebam, quò possem impijs quibusdam hæc omnia videre solitis, os obturare. Primum mystagogus obducta fronte obticuit: iussi, vt interpres instaret, sed blãdius etiam. Ille vero blandissimè, adeo vt si matrem ipsam nuper puerperam talibus verbis appellasset, non fuerit ægrè latura. At mystagogus tanquam afflatus numine quopiam, nos intuens ecce stupentibus ac velut horrore vocem blasphemã execrantibus. Quid opus, inquit, ista percontari, cùm habeatis tabulam authenticam? Et omnino videbatur nos vt hæreticos iecturus, nisi drachmæ delinissent hominis ferociã. Me. Quid vos interim? Og. Nos quid censes? Non aliter quam fuste icti, aut fulmine tacti, nosmet illinc subduximus suppliciter audaciæ veniã comprecati. Sic enim cõuenit in rebus sacris. Inde proficiscimur ad ædiculam hospitium diuæ Virginis. Huc cuntibus aperit sese quidam hierophanta ex illis minoribus, nosque veluti noscitans intuetur: ali-

mystagog. qui ostendit arcana, qui & hierophãta dicitur.

quã-

...ulum progressis occurrit alius, itidem contem-
...plans nos: post etiam tertius. M. Fortasse cupiebant te
...uere. O. At ego longè diuersũ suspicabar. M. Quid
...tibus? O. Sacrilegum quempiam suppilasse nonnihil
ex mundo sacræ Virginis, & in me suspicionem in-
...entam esse. Itaque sacellum ingressus, tali precatiun-
...cula salsto matrem Virginem: O sola fœminarũ om-
...nium mater & Virgo, mater felicissima, virgo puris-
...sima, nunc te puram impuri visimus, salutamus, do-
...mariolis nostris vtcunque colimus, vtinam donet no-
...bis filius tuus, vt sanctissimos tuos mores imitantes,
...mereamur, & nos per spiritus sancti gratiam spiritu-
...aliter dominũ Iesum intimis animi visceribus conci-
...pere, semelq; conceptũ nunquam amittere. Amen. Si-
...mulq; exosculatus aram, deposui drachmas aliquot et
...abij. M. Quid hîc virgo? Nullone nutu dedit signum
...audita precatiuncula? O. Lumen, vt dixi, erat ambi-
...guum, & illa stabat in tenebris ad dextrũ latus al-
...taris. Postremo me sic deiecerat oratio prioris mysta-
...gogi, vt non auderem oculos attollere. M. Istius igitur
profectionis non erat admodum lætus exitus. O. Imò
multò lætissimus. M. Reddidisti animũ: nã mihi quoq;
cor in genua deciderat, vt tuus loquitur Homerus. O.
A prandio repetimus templum. M. Audebas suspe-
ctus sacrilegij? O. Fortissis, sed ipse mihi suspectus non
eram. Nescit pastorem mens sibi bene conscia. Tra-
hebat me tabulæ visendæ cupiditas, ad quam mysta-
gogus nos relegarat. Eam diu quæsitam tandem

Ex mundo, ex ornamentis. Dicitur autem mundus muliebris

Alia precatio.

inue-

inuenimus, verum in alto defixam, vt nõ à quibuslibet oculis legi posset. Mihi tales sunt oculi, vt nec luceus dici possim, nec omnino luscioſus. Itaq; legentem Ældrusiũ oculis obiter assectatus sũ, nec illis satis fidens in re tanta. M. Excussa est omnis dubitatio. Puduit me mei, qui subdubitassem, adeò res tota illic ponebatur ab oculos, nomen, locus, res vt erat ordine gesta: breuiter nihil omissum. Dictus est Guilhelmus Lutetiæ natus, vir pius cùm aliâs, tũ præcipuè religiosus in conquirendis toto orbe diuorũ reliquijs. Is peragratis regionibus plurimis, monasterijs at templis vndiq; lustratis, tandem peruenit Constantinopolim. Nã huius Guilhelmi frater illic agebat episcopum. Is iam adornantem reditum, admonuit esse virginem quandam deo dicatam, quæ lac haberet Virginis matris, adbunde felicem futurũ, si vel precario, vel precio, vel arte portionẽ aliquã posset nanciſci. Nam cateras reliquias omnes quas hactenus collegerat, nihil esse ad tã sacrum lac. Ibi Guilhelmus non conquieuit, donec exorat dimidium eius lactis. Eo thesauro plus quam Cræsus sibi videbatur. M. Quid ni, & quidem præter spem. O. Rectà domum properat, in itinere morbus occupat. M. Vt nihil est in rebus humænis nec diu, nec vndiquaq; felix. O. Vbi videt periculũ, accersit clàm Gallum, fidissimum eius peregrinationis comitem. Et religiosè stipulatur silentiũ, cõmittit illi lac ea lege, vt si incolumis domũ redeat, deponat cum thesauro in ara diuæ Virginis, quæ colitur Lutetiæ in augusto templo.

...ple, string. Sequanã prætерlabentem intuens: &
... ipse videtur honoris gratia decedere numini
...ginis. Vt rẽ in pauca conferã, sepultus est Guilbel-
...us, alter properat, & hunc morbus corripit. Is des-
...perans sui, tradit Anglo comiti lac, sed multis obte-
...stationibus adstricto, vt faceret quod fuerat ipse factu-
...rus. Moritur hic, recipit ille, & in orã deponit lac ca-
...nonicis eius loci præsentibus, qui tũ temporis adhuc di-
...cebantur regulares, quales adhuc sunt apud dinam
...Genouefã. Ab ys ĩpetrauit lactis dimidiũ. Id dela-
...tũ in Angliã, tandẽ in Parathalassium detulit, huc
...vicãte mẽte illius afflatu spiritus. M. Pulchrè certè si-
...bi constat hæc narratio. O. Imo ne qua residere posset
...dubitatio, ascripta erant nomina episcoporũ à suffra-
...gijs, qui lac illud inuisentibus non absque munusculo,
...tantũ impartierunt relaxationis, quantùm ex suo
...dimenso largiri possunt. M. Quantũ id est? O. Dierum
...quadraginta. M. Etiã apud inferos dies est? O. Certè
...tempus est. M. Vbi totum hoc dimensum semel fuerint
...largiti, non superest quod largiantur? O. Minime.
...Subscatet enim subinde quod dẽt, ac planè diuersum
...quiddam accidit hîc atq; in dolio Danaidum. Illud
...enim cum continenter impleatur, semper tamen ina-
...ne est: hinc si semper hauriras, nihilo tamen minus est
...in dolio. M. Si centum hominum millibus largiantur
...quadraginta, singuli tantundem habent? O. Tantun-
...dem. M. Et si qui ante prandium acceperunt qua-
...draginta, rursus sub cœnam poscerent quadraginta

Ex suo dimenso. i. ex modo præscripto. Romanus enim pontifex e dolio promit: episcopis certus modus præscriptus est. Apud inferos. Nã ad purgatorium nunc prorogant dies, vbi nullus est dies, & tamẽ dies vocant Danaidũ dolium. Vide Prouerbiũ.

præſtóne eſſet, quod daretur? O. Imò ſi hora eadē
cies. M. Vtinã mihi tale ſcriniolũ eſſet domi, nõ op
rim niſi ires drachmas, modo ſic ſcateant. O. Quin p
tas vt totus fias aureus, tantũde accepturus ex mu
Verùm ad fabulãredeo. Addebatur & illud pr
inſdam candoris argumentũ, lac Virginis, quod d
cõpluribus in locis oſtẽdebatur, ſatis quide eſſe ven
randũ, hoc tamẽ cæteris eſſe venerabilius, quod
abraderentur à ſaxis, hoc ex ipſis Virginis vberib
affluxiſſet. M. Vnde id conſtabat? O. Oh, narrat h
virgo Conſtãtinopolitana, quæ lac dederat. M. Et
fortaſſe communicarat diuus Bernardus. O. Sic ar
tror. M. Cui natu grandi contigit guſtare lac ex
mãma, quã ſuxit puer Ieſus. Vnde miror, illum m
liſſluum dici potius quàm lactiſluum. Sed quom
lac Virginis dicitur, quod non fluxit ex vberibu
O. Fluxit & illud, ſed ſaxo, cui fortè lactans inſi
bat, exceptum concreuit, deinde volente deo ſic m
tiplicatum eſt. M. Rectè. Perge. O. His itaq; pera
dũ paramus abitũ obambulantes interim, et ſi q
offerretur ſpectatu dignũ circumſpectantes, rurſ
adſunt myſtagogi, limis intuentur, digito ſubnota
accurrunt, abeunt, recurrunt, nutant, videban
compellaturi, ſi fuiſſet audacia ſatis. M. Nihil
metuebas? O. Imò faciem illis obuerti, ſic arridens
intuens, quaſi ad compellandum inuitarem. Tand
vnus aggreſſus, rogat quod mihi nomen eſſet, e
Num is eſſem qui ante biennium affixiſſet vot
tu

Limis. i. oculis obliquis ac ſemiclauſis, quo modo ſe aſpici leones indignãtur.

tabellam literis Hebraicis. Fatebar esse me. M. Scribis Hebraicè? O. Minimè, sed isti qui quid nõ intelligũt, Hebraicũ vocãt. Mox accertum, vt conjcio, venit illum collegij πρῶτος ὕστερος. M. Quod isthuc dignitatis nomen est? Nõ habent abbatẽ? O. Nõ. M. Cur ita? O. Quia nesciũt Hebraicè. M. Nõ episcopũ? O. Nequaquã. M. Quam ob rẽ? O. Quia Virgo pauperior etiam nunc est, quàm vt emat pedum ac mitrã nimio vendalem. M. Non saltem Præpositum? O. Ne id quidem. M. Quid obstat? O. Quia Præpositum dignitatis est nomen, non sanctimoniæ. Et ideo canonicorum collegia nomen abbatis reijciunt, Præpositi libenter amplectuntur. M. Atqui πρῶτον ὕστερον ante hac audiui nunquam. O. Næ tu magnopere rudis es grãmatices. M. ὕστερον πρῶτον noui in tropis. O. Tenes. Hic qui Priori proximus est, Prior est posterior. M. Suppriorem dicis. O. Is me salutauit satis humaniter. Narrat quantopere sudatum sit a multis, vt versus eos legerent, quot frustra extersa perspicilla. Quoties aduenisset aliquis vetustus Theologiæ aut Iuris doctor, adductus est ad tabellam: alius dicebat esse literas Arabicas, alius fictitias: tandem repertus est qui legeret titulum. Is descriptus erat verbis ac literis Romanis, sed maiusculis, Græci versus erant descripti Græcis maiusculis, quæ prima specie videntur referre maiusculas Latinas. Ingratus descripsi sententiam carminum Latinè versum verbo reddens. Huius opellæ cum præmiolum

oblatũ constanter recusarem, affirmans nihil esse tam arduũ, quod in Virginis sanctissima gratiã nõ esset cupidissimè facturus, etiã si literas iuberet illinc perferre Hierosolymã. M. Quid opus te grammatophoro, cũ illi tot angeli adsint à manibus atq; à pedibus? O. Ille protulit è crumena ligni fragmentũ desectum è trabe, in qua virgo mater visa est consistere. Odor murrhæ protinus arguebat esse rẽ oppido sacrã. Ego verò tã insigne munus pronus & nudato capite, summa cũ veneratione terq; quaterq; exosculatus, reposui in crumenã. M. Licet ne videre? O. Per me quidẽ licebit. Cæterùm si ieiunus non es, aut si nocte proxima fuit tibi res cũ vxore, nõ suaserim vt videas. M. Ostende, nihil periculi. O. En tibi. M. O te beatũ isto munere. O. Ego, ne sis insciens non permutarim hoc tantillum fragmentulum cum vniuerso auro Tagi: includam auri, sed sic vt per chrystallũ pelluceat. Tum Hysteroprotum vbi me videt tã religiosè gestientẽ eo munusculo, ne dicans nõ indignũ, cui maiora quoque cõmitterẽtur, rogat, num quãdo vidissem secreta Virginis. Ea vox me nonnihil cõmouit, nõ tamen ausus sum percontari, quæ discerem secreta Virginis. Siquidẽ in rebus tã sacris etiã linguæ lapsus nõ vacat periculo: Nego me vidisse, sed videndi cupidissimũ esse dico. Inducor velut afflatus numine. Accenditur vna atq; altera tæda cerata, ostẽditur imaguncula nec magnitudine nec materia, nec opere præcellens, sed virtute pollens. M. Moles nõ multũ habet momenti ad ædẽda mira-

Auro Tagi, Tagus inter fluuios artificos commemoratur.

cula

cula. Vidi Christophorū Lutetiæ nō hamaxiæum aut
collossæū, sed monti iusto parē, nullis tamen illic mira-
culis nubilē, quod quidē audierim. O. Ad pedes vir-
ginis est gemma, cui nōdum apud Latinos aut Gra-
cos nomen inditum, Galli à buffone dederunt nomē,
eò quod buffonis effigiem sic exprimat, vt nulla ars
idem possit efficere. Quod magis est miraculum, pu-
sillum est lapillus, non prominet buffonis imago, sed in
ipsa gemma velut inclusa pellucet. M. Fortassis ima-
ginātur buffonis similitudinē, quemadmodū in secta
silicis stirpe imaginamur aquilam. Et quemadmodū
pueri, quid non vident in nubibus? dracones ignem
spirantes, montes igni candentes, armatos concurren-
tes. O. Imo ne sis nesciens, nullus buffo vivus euiden-
ius exprimit se ipsum, quàm illic erat expressus. M.
Hactenus pertuli fabulas tuas, posthac aliud quare,
ni persuadeas de buffone. O. Nihil mirum est. Me-
dehme, te sic affectum esse. Nec mihi quisquam per-
suasurus erat, etiam si totus ordo Theologorum asse-
rasset, misi his oculis, hisce inquam oculis vidissem,
utinam essem, comperissem. Sed interim mihi videris
tui incuriis rerum naturalium. M. Quamobrem?
quia non credo volare asinos? O. An non vides, quā
sedulo artifex natura omnium rerum coloribus ac
formis exprimendis, cùm aliis quidem in rebus, sed
præcipuè in gemmis? deinde quàm admirandas vi-
res gemmis illis indiderit prorsus incredibiles, ni
nimirum experientia, faceret nobis fidem? Dic mihi,

Hamaxiæ, Græcis dicūtur præ grādia, quasi quæ plastri iustum onus sint. Colloss dicūtur: ut magnine, ad miraculum vsque grandes.

crediturus eras chalybē intactū à magnete attrahi, & rursus ab eodē depelli sine contactu, nisi vidisses oculis? M. Profecto nūquā, etiā si decem Aristoteles mihi deieraſſent. O. Ne protinus igitur fabuleſum clames, ſi quid autē nondū experimento compertum. In Ceraunia. Vide Plinij de gemmis. *In Ceraunia fulminis videmus imaginem, in pyropo vivū ignem, in chalazia grandinis & ſpeciē & rigorem, etiāſi conjcias in mediū ignem: in ſmaragdis profundas ac pellucidas maris vndas: carcinias cancri marini ſpeciem imitatur, echites vipera, ſcarites ſcari piſcis, hieracites accipitris, geranites gruis collū effictū exhibet: ægophthalmus caprinū oculū oſtendit: eſt qui ſuillū, eſt qui tres ſimul hominis oculos: hydrophthalmus lupi pingit oculū quatuor coloribus, rutilo & ſanguineo, in medio nigrū candido cingitur: cyameā nigrā ſi aperias, fabā in medio reperies: dryites truncū arboris eſſingit, & ligni in modū ardet quod & ciſſites & narciſſites hederā pingit: aſtrapias fulminis radios è medio cādido ſeu cyaneo iaculatur: phlegontites incendiū intus oſtendit quod nō exeat: in anthracitide videas ſcintillas quaſdā diſcurrere: crocias croci colorem reddit, rhodites, rhoſa, chalcanteris: æetites aquilam exprimit, cauda candicāte: pauonis picturam habet, chelidonia aſſidit: myrmecites innatam habet formicæ repentis imaginem: tharias ſcarabeum totum exprimit: ſcorpites ſcorpium mirè depingit. Sed quid ego hæc perſequor, quæ ſunt innumera, cùm nulla ſit naturæ pars vel in ea*

quæ

mentũ, vel in animantibus, vel in plantis, quam illa veluti lasciuiens non expresserit in gemmis? Mirarũ in hac gemma buffonem expressum? M. Miror naturã tantũ esse otij, vt sic ludat omniũ rerũ imitatione. O. Voluit exercere curiositatem humani ingenij, nosq; vel sic ab otio propellere. Et tamen quasi nihil sit, quo fallamus tædiũ temporis, insanimus in moriones, in aleas, in præstigiarũ ludibria. M. Verissima prædicas. O. Addunt quidam non leues, hoc gemmarũ genus si admoueas aceto, innatare motũ etiam membris. M. Cur buffonem addunt Virgini? O. Quia hæc spurcitiẽ omnem, virulentiam, fastum, auaritiam, & quicquid est terrenarum cupiditatum, vicit, calcauit, extinxit. M. Væ nobis qui tantùm buffonum geramus in pectore. O. Puri erimus, si sedulo colamus Virginẽ. M. Quomodo gaudet coli? O. Gratissimum illi cultum præstiteris, si fueris imitatus. M. Numero dixisti, sed isthuc perdifficile est. O. Est sanè, sed idem pulcherrimum. M. Agè, perge quod cœperas. O. Deinde commonstrat aureas argenteasq; statuas, Hæc, inquit, merè aurea est, hæc argentea inaurata: addit singulis pondus, precium ac doni auctorem. Cùm adsingula mirabundus gratularer Virgini tam beatam opulentiam, mystagogus, quoniam, inquit, video te pium spectatorem, non arbitror æquũ, vt te quicquam celem, videbis quæ Virginis sunt secretissima: simulq; depromit ex ipso altari mundum rerũ admirabilium, cuius singulas partes si pergam recensere,

Numero dixisti, id est, expedite & cõpendio.

dies hic non ſuffecerit narrationi. Sic illa ſanè peregrinatio mihi feliciſſimè ceſſit. Expletus ſum affatim ſpectaculis, & hoc inæſtimabile donum mecũ affero, pignus ab ipſa virgine datũ. M. Nullúmne feciſti periculum quid valeat lignum tuum? O. Feci: in deuerſorio quodã ante triduũ reperi quendã mente captũ, cui iã parabãtur vincula, lignũ hoc ſuppoſitũ eſt illius ceruicali: clã ipſo, obdormit ſummo profundo pariter ac prolixo, manè ſurrexit integræ mentis. M. Non fuerat phreneſis, ſed parœnia fortaſſis. Huic malo ſolet mederi ſomnus. O. Cùm libebit iocari Menedeme, fac aliã tibi quæras materiã: in diuos iocus ludere, nec pium eſt, nec tutũ. Imò vir ipſe narrabat ſibi ſomnio apparuiſſe mulierẽ admiranda ſpecie, quæ poculũ ipſi porrexerit. M. Elleborum opinor. O. Iſthuc incertum eſt, illud certiſſimum hominem mentis eſſe compotem. M. Præteriſti Thomam Cantuarienſem archiepiſcopum? O. Minimè gentium. Nulla peregrinatio religioſior. M. Audire geſtio, niſi moleſtum eſt. O. Imò te quæſo, vt audias. Cantium dicitur ea pars Angliæ, quæ Galliam & Flandriam ſpectat. Huius metropoli eſt Cantuaria. In ea ſunt duo monaſteria penè contigua, vtrunque Benedictinos habet. Id quod habet diui Auguſtini vetuſtius, videtur antiquius: hoc quod nunc appellatur diui Thomæ, ſedes archiepiſcopi fuiſſe videtur, vbi cum paucis electis monachis vitam ageret, quẽadmodum et hodie præſules habent ædes eccleſiæ cõtiguas, ſed

Parœnia, id eſt deliratio ex vino.

Thomas Cãtuarienſis.

Cantium.

Cantuaria.

sed ab ædibus reliquorũ canonicorũ semotas. Olim enim ferè tum episcopi, tum canonici monachi erãt. Id arguũt manifesta rerũ vestigia. Templum ante diuo Thomæ sacrũ tanta maiestate sese erigit in cœlum, vt procul etiam intuentibus religionem incutiat. Itaq; nunc suo splendore vicini luminibus officit, & locũ antiquitus Religiosissimũ velut obscurat. Turres sunt ingentes duæ, procul veluti salutantes aduenas, mirog; nolarum æne arum boatu longè lateq; regionem vicinã personantes. In vestibulo templi, quod est ad austrum, stant saxo sculpti tres armati, qui manibus impijs virum sanctissimum trucidarunt: addita sunt gentis cognomina, Tusci, Fusci, Berri. M. Cur tantũ honoris habetur impijs? O. Videlicet idem honoribus habetur ijs, quod habetur Iudæ, Pilato, Caiphæ, cohorti militũ sceleratorũ, quos operose sculptos vides in auratis altaribus. Adduntur cognomina, ne quis posthac vsurpet gloriæ causa. Ingeruntur oculis, ne quis aulicus post hac inijciat manus vel in episcopos, vel in possessiones ecclesiæ. Nã tres illi satellites à peracto facinore versi sunt in rabiẽ, nec reddita mens est nisi implorato Thomæ sanctissimi fauore. M. O perpetuã martyrũ clementiã. O. Ingressus aperit sese spatiosa quedã ædificij maiestas. Ea pars quoslibet recipit. M. Nihilne illic visendum? Og. Nihil præter structuræ molem, & libros aliquot columnis affixos, in quibus est Euãgelium Nicodemi, & sepulchrorum nescio cuius. M. Quid deinde? O. Cancelli ferrei sic arcent ingressum,

greſſum, vt cõſpectũ admittãt eius ſpatij, quod eſt inter extremã ædẽ & chori, quẽ vocant, locũ. Adhũc cõſcẽditur multis gradibus, ſub quibus teſtudo quædã aperit ingreſſum ad latus Septẽtrionale. Illic ẽditur altare ligneũ diuæ Virgini ſacrũ, paſillum, nec vlla re viſendũ, niſi monumẽto vetuſtatis, luxũ hiſce temporibus exprobrãte. Illic vir pius dicitur extremũ vale dixiſſe Virgini, cùm mors immineret. In ara eſt cuſpis gladij, quo præfectus eſt vertex optimi præſulis ac cerebrũ cõfuſum, videlicet quò mors eſſet præſentior. Huius ferri ſacrã rubiginẽ amore martyrũ religioſe ſumus exoſculati. Hinc digreſſi ſubimus cryptoporticũ: ea habet ſuos myſtagogos: illic primũ exhibetur caluaria martyris perforata, reliqua tecta ſunt argento, ſumma cranij pars nuda patet oſculo. Simul oſtenditur plũbea lamina Thomæ Acrẽſis titulũ habens inſculptũ. Pendet ibidẽ in tenebris induſia cilicina, cingula, ſubligariaq;, quibus antiſtes ille ſubigebat carnẽ ſuã, ipſo aſpectu horrorem incutiẽtia, nobiſq; mollicie ac delitias noſtras exprobrãtia. M. Fortaſſis & monachis ipſis. O. Iſthac de re nec affirmare poſſũ nec negare, nec refert quidẽ mea. M. Vera narras. O. Hinc redimus in chori locũ. Ad latus Septentrionale reſerãtur arcana, dictu mirũ quantũ oſſium illinc prolatũ ſit, caluaria, menta, dẽtes, manus, digiti, integra brachia, quibus omnibus odoratis fiximus oſcula: nec erat futurus finis, niſi qui mihi tũ comes erat eius peregrinationis parũ cõmodus, interpellaſſet

oſtentandi

ostendi studiũ. M. Quis iste? O. Anglus erat nomine Gratianus Pullus, vir eruditus ac pius, sed minus affectus erga partẽ hãc religionis, quam ego volebã. M. Vicleuita quispiã opinor. O. Nõ arbitror, etiã si libros illius legerat, incertũ vnde nactus. M. Ostendit mystagogũ? O. Prolatũ est brachiũ adhuc carnem habens sanguinoletã, huius osculũ exhorruit, ac vultu quoq; tedium quoddã præ se ferebat. Mox sua cõdidit mystagogus. Hinc spectauimus altaris tabulam & ornamenta, mox quæ sub altari fuerãt recõdita, opulenta omnia: diceres Midã aut Cræsum fuisse mendicos, si spectares vi auri atq; argẽti. M. Hic nihil osculorũ? O. Nõ, sed aliud votorũ genus tetigit animũ meũ. M. Quodnã? O. Suspirabã domi meæ nihil esse taliũ reliquiarũ. M. Sacrilegũ votũ. O. Fateor, & supplex veniã precatus sum à diuo prius quàm pedẽ efferrẽ templo. Post hæc ducimur in sacrariũ, Deus bone, quæ illic põpa vestiũ holosericarũ, quæ vis cãdelabrorũ aureorũ? ibidẽ vidimus pedum diui Thomæ. Videbatur arũdo lamina argẽtea obuestita, minimùm erat ponderis, nihil operis, nec altius q̃ vsq; ad cingulum. M. Nulla crux? O. Nullã vidi. Ostẽsum est palliũ, holosericum quidẽ, sed crasso filo, nullo auro, gemmisue insigne. Aderat & sudarium, sudoris ex collo cõtracti manifestasq́ue sanguinis notas retinens. Hæc vetustæ frugalitatis monumẽta libẽter sumus exòsculati. M. Ista non ostenduntur quibuslibet? O. Nequaquam ô bone. M. Vnde tibi tantum est habitũ fidei, vt nihil

arcani

artani celaretur? O. Erat mihi nonnihil notitiæ cum R.P. Guilhelmo VVaramo archiepiscopo, is me tribus verbis tõmendauit. M. Ex multis audio virũ singulari præditũ humanitate. O. Quin potius dicas ipsam esse humanitatẽ, si noris. Iã ea doctrina, ea morũ sanctitas, ea vitæ pietas, vt nullã absoluti præsulis dotẽ in eo desyderes. Ab his igitur deducimur ad superiora. Nã post altare summũ rursus velut in nouum templũ ascenditur. Illic in sacello quodam ostenditur tota facies optimi viri inaurata, multisq; gẽmis insignita. Hîc casus quidã inopinatus penè totã illã felicitatẽ interturbauit. M. Expecto quid mali dicas. O. Hîc minimẽ iniit gratiæ comes meus Gratianus. Is à precatiuncula rogauit mystagogum assessorem: Hem, inquit, bone pater, verúmne est quod audio, Thomã, dum viueret, fuisse benignissimum erga pauperes? Verissimum, inquit ille. Capitq; multa de illius erga tenues beneficentia commemorare. Tum Gratianus. Non arbitror eum affectum in illo mutatum esse, nisi fortè in melius. Assensus est mystagogus. Rursum ille: Cùm igitur vir sanctissimus tam liberalis fuerit in egenos, cùm adhuc pauper esset, & ipse præsidijs pecuniarũ egeret, ob corpusculi necessitatem: an non putas æquo animo laturũ nunc, cùm tã opulentus sit, nec vllius egeat, si qua mulier paupercula, domi habẽs liberos famelicos, aut filias ob dotis inopiã de pudicitia periclitantes, aut maritum morbo decumbentem, omnibusq; præsidijs destitutũ, precata veniã, detrahat?

trahat ex his tantis opibus aliquam particulã sublenandæ familiæ, velut à volente sumens vel dono vel mutuo? Ad hæc cũ nihil responderet assessor capitis curei, Gratianus, vt est vehemens, Ego, inquit, planè confido sanctissimum virum etiam gauisurum quòd mortuus quoq; suis opibus sublenaret inopiã pauperũ. Ibi mystagogus corrugare frontem, porrigere labra, Gorgoneis oculis nos obtueri, nec dubito, quin sputo cõuitusq; nos eiecturus fuerit è templo, nisi cognouisset nos ab archiepiscopo cõmendatos. Equidem vtcunq; placaui blandis verbis iram hominis, negans Gratianũ quicquã horum ex animo loqui, sed suo more ludere, simulq; drachmas aliquot deposui. M. Ego sanè tuã pietatẽ vehemẽter approbo. Verùm mihi nonnũquam serio venit in mentẽ quo colore possint excusari à crimine, qui tantũ opum insumunt templis extruendis, ornandis, locupletãdis, vt nullus omnino sit modus. Fateor in sacris vestibus, in vasis templi, deberi cultui solenni suã dignitatẽ, volo & structuram habere maiestatẽ suam. Sed quorsum attinent tot baptisteria, tot cãdelabra, tot statuæ aureæ? quorsum organorũ quæ vocant, immensi sumptus? nec vnicis interim contenti sumus: quorsum ille musicus hinnitus, magno censu cõducendus, cùm interim fratres & sorores nostræ, viuaq; Christi templa situ fameq; contabescunt? O. In his quidem nemo vir pius ac prudens modum non desyderat: verùm quoniam hoc vitium ex immodica quadã pietate nascitur, fauorem prome-

retur,

retur, præsertim quoties in mentē venit diuersitas mor
bus istorū, qui templa suis opibus spoliāt. Ista fere dona
tur a potentibus ac monarchis, decorum periturum a-
liā ac bellū. Et si quid hinc alienes, primùm habetur
pro sacrilegio, deinde cōtrahunt manus suas qui dare
solent, insuper & inuitātur ad rapinā. Igitur harum
rerū magis illis custodes sunt, q̄ domini. Denique ma-
lim videre rēplum sacra supellectile luxurians, q̄, vt
sunt quædam, nuda, sordida, stabulis æquorum simi-
liora q̄ templis. M. At legimus olim laudatos epis-
pos, quòd vasa sacra diuēdiderunt eaq̄ pecunia sub-
uenerunt egenis. O. Laudātur & hodie, sed laudātur
tantùm, imitari nec licet nec libet opinor. M. Remit-
tor tuā narrationem. Nunc expecto fabulæ catastro-
phen. O. Accipe, paucis expediam. Inter hæc prodit
summus ille mystagogus. M. Quisnam? abbas loci? O.
Mitram habet, census habet abbaticos, solo nomine
caret, & Prior dicitur ob id, quòd Archiepiscopus
abbatis loco est. Nam antiquitus quisquis erat eius
ditionis Archiepiscopus, idem erat et monachus. M.
Equidem vel camelus appellari sustinerem, si census
esset abbate dignus. O. Mihi quidem visus est vir
pius iuxta & prudens, neque Scotica Theologia tu-
dis. Is nobis aperuit thecam, in qua reliquum sancti
viri corpus requiescere dicitur. M. Vidisti ossa? O.
Id quidem fas non est, nec liceret, nisi admotis scalis.
Sed aureā thecam theca contegit lignea, ea funibus
sublata opes nudat inæstimabiles. M. Quid audio? O.
vilissimæ

pulcherrima pars erat aurum, gemmis raris ac pregrãdibus collucebant, nitebant ac fulgurabant omnia, quædã superabant sui anserini magnitudinem. Ibi multa cum veneratione circunstabant aliquot monachi, sublato regimẽto adorauimus omnes. Prior candida virga demõstrabat cõtactu singula gemmis, addens nomen Gallicum, pretium & auctore doni. Nã præcipuas monarchæ dono miserant. M. Opportunè illũ esse præditum insigni memoria. Og. Recte coniicis, quanquã iuuat & exercitatio, frequenter enim hoc agit. Hinc reducit in cryptoporticum. Illic domicilium habet Virgo mater, sed subobscurũ, semel atque iterum ferreis cãcellis circunsepta. M. Quid metuit? Og. Nihil opinor, nisi fures. Nec enim vnquã vidi quicquam diuitijs onustius. M. Cæcas mihi diuitias narras. Og. Admotis lucernis vidimus plus quàm regale spectaculũ. M. Vincit opibus Parathalassiam? O. Specie longè superat, abstrusa nouit ipsa. Hæc nõ ostenditur, nisi magnatibus aut præcipuis amicis. Postremò reducimur in sacrarium, illic detractum est scrinium nigro contectum corio, depositum est in mensam, apertum est, mox omnes flexis genibus adorarunt. M. Quid inerat? Og. Fragmenta quædam linteorum latere, pleraq; mucci vestigium seruantia. Hic, vt aiebant, vir pius extergebat sudorem à facie siue collo, pituitam à naribus, aut si quid esset similium sordiũ, quibus nõ vacãt humana corpuscula. Ibi meus Gratianus rursum non optimam iniit gratiam. Huic &

Anglo,

Anglo, & nisi medicinam adhibeat, [illegible]
ac benignus vnũ è linteolis obrutis domo [illegible] sese
quamvis longè gratissimum offerre. Sed Gallum hic
parũ gratus, nõ sine fastidij significatione fugitu con-
trectauit vnũ, & cõtemptim reposuit, porrectus labijs
veluti popysmũ imitãs. Nam hic illi mos erat, si quid
offenderet, quod tamen contemnendũ esse iudicaret.
Mouũ animum simul & pudor, & timor discrucia-
bant. Prior tamen, vt est homo non stupidus, dissimu-
labat hoc factũ, nosq; post oblatũ vini poculũ humani-
ter dimisit. Cùm rediremus Lõdinũ. M. Quid opor-
tuit cùm iam nõ procul abesses à littore tuo? O. Sic est.
Sed ego littus illud perquã lubens fugi, magis infame
fraudibus ac rapinis, quàm vlla sunt Malex nauspa-
gus. Dicã quod proxima vidi traiectione. Cõplures e
littore Caletiensi schalmo deuehebamur ad nauem
maiorem. In hac erat Gallus quidã iuuenis, pauper ac
pãnosus. Ab hoc exigũt dimidiũ drachmæ. Tantum
enim extorquent è singulis ob breuissimã vectionem.
Ille excusabat paupertatem, isti per iocũ explorãt fu-
licet, ac detractis calceis, inter suppactas soleas repe-
unt decẽ aut duodecim drachmas, eas eripiũt pala-
ridẽtes, & conuitijs ludentes in sceleratum Gallum.
M. Quid inuenis? O. Quid aliud? Flebat. M. Nunc
auctoritate faciebant ista? O. Prorsus eadem, qua fu-
rantur sarcinas hospitum, quas tollunt crumenas, si
quando datur opportunitas. M. Mirum est istos tan-
tum audere facinus, tot testibus cõscijs. O. Sic assue-

Littus Anglix rapinis infame.

...rectè fieri putent, spectabant è maiore nauí
...colares, in cymba aderant aliquot Angli negotia-
...res, qui frustra obmurmurabãt. Illi velut in re fa-
...cta gloriabantur deprehensam sceleratã Gallũ. M.
Ego istos maritimos fures ludens ac iocans subigere
...s crucem. Og. Atqui talibus scatet vtrunq; littus.
Hic mihi cõiecta. Quid domini faciant, ausint tam
...dis fures? Proinde posthac quaslibet ambages ma-
...lim, quàm illud cõpendiũ. Adhæc quemadmodũ ad
...feros facilis descessus, sed reditus difficilimus, ita p
...ot littus ingressus nõ admodũ facilis, exitus difficil-
...imus est. Hæc rebant Londini nautæ aliquot An-
...uerpienses, cũ illis decreuerã me mari cõmittere. M.
Habet ea regio nautas adeò sanctos? Og. Vt simia se-
...er est simia, fateor, ita nauta semp est nauta: verùm
...ad hos cõferas qui rapto viuere didicerunt, angeli
...sunt. M. Meminere, siquando me quoq; libido cæpe-
...rit cã insulã inuisendi. Sed in viã reas, vnde te de-
...uxi. O. Ergo Lõdinũ petẽtibus, haud procul à relicta
...tuaria, occurrit via vehemẽter caua simul & an-
...fusta, præterea declivis sic vtrinq; abrupto aggere, vt
...non possis effugere, nec vitari potest, quin hac faciat
...ter. Ad eius viæ lævum latus est mẽdicabulũ ali-
...quot seniculorũ: ab ijs procurrit aliquis, simulásque
...sentiũt aduenientẽ equitẽ, cõspergit aqua sacra, mox
...offert calcei summã partem obuinctam æreo circulo,
...in quo vitrũ est gemmæ specie. Exosculati dãt nu-
...mulum. Ade. In eiusmodi via malim mendicabulum

seniculorũ, quàm gregem veterum latronũ. O Gre-
tianus æquabat mihi siniſter, propior mendicalu-
cõſperſus eſt aqua, tulit vtcũq; Vbi porrigeretur ca-
ceus, rogabat quid ſibi velet. Ait calceũ eſſe S. Tho-
mæ. Incãduit homo, & ad me verſus. Quid inquit,
ſibi volũt hæ pecudes, vt oſculemur calceos omnium
bonorũ virorũ? Quin eadem opera porrigunt oſculãdos
ſtutũ, aliaq; corporis excremeta? Miſerebat me ſen-
culi, datoq; nũmulo cõſalutaui ſum triſtem. Dic. Mea
ſententia, nõ omninò præter cauſſam incãduit Grati-
nus. Si calcei ſoleæq; ſeruarẽtur, vt argumẽtũ frugã-
lis vitæ, non improbarũ, cæterùm impudes mihi vi-
detur, ſoleas, calceos, & ſubligaria cuiquã oſculãda
obtrudere. Nam ſi quis id ſuo ſtõte faciat ex ingenti
quodã pietatis affectu, venia dignũ arbitror. Oſtẽ-
ſtabat iſta nõ fieri, ne quid diſſimulem: verùm exhi-
bus quæ ſubitò corrigi nõ poſſunt, ſoleo ſi quid mihi
boni decerpere. Delectabat interim animũ meũ illa
cõtemplatio, virũ bonũ eſſe ſimilem cui: malũ, nam
beſtiæ. Vipera poſteaquam periit, mordere quidem
non poteſt, odore tamen ſanieq; inficit: ouis cũ vi-
lacte nutrit, lana veſtit, fœtura ditat: mortua præ-
git vtile corium, totaq; eſculẽta eſt. Itide viri ſeren-
& huic mũdo dediti, dũ viuũt, omnibus incõmodã
ſũt, mortui ſtrepitu nolarũ, ambitioſa ſepultura mo-
leſti ſunt viris, nõnunquã & ſucceſſorũ inaugura-
tionibus, hoc eſt, nouis exactionibus: probi verò nulla
nõ ex parte magnã omnibus de ſe præbẽt vtilitatem.

Calceus S. Thomæ.

Viri boni ac mali comparatio.

Velut

elut hic deus, dū in viuis esset, exemplo, doctrina,
nitu ad pietatē inuitabat, cōsolabatur destitutos,
leuabat egenos: ac mortui penē maior utilitas:
erruxit hoc locupletissimū tēplū, sacerdotū ordini
uniuersā Angliā plurimū auctoritatis cōciliauit.
ot denig calcei fragmentū alit egenorū cōmeatibū.
te. Est quidē ista pia cōtemplatio: sed demiror te, cū i-
o sis animo, nūquā inuisisse antrū S. Patricij, de quo
digiosa quædā vulgò iactant, nec mihi satis veris-
mile. Og. Imò nulla hic tā prodigiosa potest esse nar-
atio, quin res ipsa superet. M. Ergo illuc quoq; pene-
asti? O. Enauigaui paludē verè Stygiā, descendi in
uces Auerni, vidi quicquid apud inferos geritur.
M. Bearis me, si nō grauaberis referre. Og. Sit hoc col-
quij nostri proœmium, satis, vt arbitror, prolixū. Eo
omū, vt iubeā adornari cœnā: nā adhuc impransus
m. M. Cur impransus? nū religionis gratia? Og. Mi-
ime, sed inuidiæ causa. M. Nū inuides ventri tuo?
. Imo rapacibus cauponibus, qui cū nolint quod a-
ū est apponere, tamē nō verentur ab hospitibus quod
iquū est exigere. Eos sic vlciscī soleo: si ſpes detur
ænæ lautioris vel apud notū, vel apud pandocheum
alo minus sordidū, in prandio laborat mihi stoma-
hus. Sin prādiū obtulit fortuna quale volo, sub cœ-
ā incipit dolere stomachus. M. Nō pudet videri par-
ū ac sordidū? O. Menedeme, qui talibus in rebus pu-
oris impendium faciunt, crede mihi male collocant
umptū. Ego meū pudorē alijs vsibus seruare didici.

M. Iam sitio reliquum fabulæ: quare me in cœnam expecta tenuiam, ibi narrabis commodius. Og. Equidem habeo gratiam, quòd vltrò temet offers cõuiuã, cùm multi vehemẽter rogati pernegent: sed hæc tibi conduplicabitur gratia, si hodiè domi cœnes. Nam mihi tempus hoc sumetur salutandæ familiæ. Cæterũ habeo consilium vtrique nostrum commodius: Cras mihi vxorique meæ domi tuæ adornato prandium, tum vel vsque ad cœnam proferentur fabulæ, domi te fatearis iam esse saturum, & si voles, ne in cœnam quidem te destituemus. Quid scabis caput? Tu para, nos bona fide veniemus. Me. Malim inemptas fabulas. Verùm agè, prandiolum dabitur, sed insipidum, nisi tu bonis fabulis condias. Og. Sed heus tu, nónne titillat te animus, vt has peregrinationes ibi eas? Me. Fortasse titillabit, vbi tu peroraueris, nunc vt affectus sum, sat habeo stationes obire Romanas.

Stationes Romanæ.

Og. Romanas, qui Romam nunquam videris? Me. Dicam. Sic domi obambulo, ingredior conclaue, vxóque vt salua sit filiarum pudicitia. Rursus hinc in officinam, contemplor quid agant famuli famulæ; inde in culinam, circumspiciens, si quid opus sit admonitu: hinc aliò atque aliò, obseruans quid agant liberi, quid vxor, solicitus vt omnia sint in officio. Hæ mihi sunt stationes Romanæ. O. At ista prius curaret diuus Iacobus. M. Vt ipse curem ista, præcipiunt sacræ literæ: vt diuis committam, nusquam legi præceptum.

Lanio

Lanio, & Salsamentarius.

Dic mihi insulsissime Salsamentarie, nondũ emisti
stim? Sa. Restim Lanio? La. Ita restim. Sa. Cui tãdẽ
ei? L. Cui, nisi suspendio? Sa. Emãt alij, me nõdũ vs-
queadeò tadet huius vitæ. La. At breui tedebit. Sa.
In vatem ipsum ista vertat Deus aliquis potiùs. Sed
quid est mali? La. Si nescis, dicã. Instat tibi tuisq; pla-
nè sagãtina, quod aiũt, fames, vt res prorsus sit vobis
ad laqueũ reditura. S. Bona verba Lanio. Ista sint ho-
stibus nostris. Vnde nobis ex lanio repẽtè prodisti Py-
thius quispiã, vt diuines tantã calamitatẽ? L. Nõ est
diuinatio, ne tibi blãdiaris, res ipsa adest in foribus.
Sa. Enecas, ede rem si quid habes. La. Edã tuo magno
malo. A Romano senatu venit edictũ, vt posthac li-
berũ sit cuique vesci quibus velit. Quid igitur tibi
huic ordini restat, nisi bulimia cũ putribus salsamẽ-
tis? S. Per me quidẽ vel limacibus, vel vrticis vesca-
tur, qui volet. At num interdictũ est cuiquam, ne
vescatur piscibus? La. Non, sed data potestas vescendi
carnibus quibus fuerit collibitũ. S. Sine vana prædi-
tio, tu potiùs dignus es suspendio: siue vera, tibi poti-
ùs parandus funis. Nã mihi posthac spero quæstũ v-
beriorem. La. Imò prouentũ vberrimũ, sed esuritionis
usque ad saturitatem: aut si mauis audire lætiora,
posthac longè mundiùs vives, neq; quod soles, cubito
nasum emunges pituosum, & scabie fruticantem. Sa.
Ohe venimus ad summum, cæcus conuicia iacit in
nasum, quasi verò quicquam apud lanienes purius

Cubito na. Extat iocus Cic. in salsamentarij filium.

Venimus ad summũ. Dere extremæ impudentiæ, dicit Horat. Lotiene fuquia subinde inquinarur: de quo alias.

sit ea parte corporis, quæ dicitur semper latine supe-
rior. Vtinã verum esset quod annũtias, at vereor ne
me cõjicias in falsum gaudiũ. La. Tibi quidem nimiũ
vera nuntio. Sed vnde tibi quæstũ promittis vberi-
rem? Sa. Quoniã eò video recidisse mores hominũ, vt
quod vetitũ sit, impetentius appetãt. La. Quid tũ pro-
fectò? Sa. Quia plures abstinebũt ab esu carnium, vbi
permissa est vescendi potestas, nec vllũ erit lautũ con-
vivium absq; piscibus, quemadmodũ apud priscos pa-
tres cõsuetum. Itaq; carnium esum permissum gaude-
vtinã & piscium esus esset interdictum, auidius ea
vescerẽtur homines. La. Pium me hercle votum. Sa.
Hoc optarem, si, quod tu facis, nihil aliud spectarem
quàm pecuniæ lucrũ, cuius amore tu crassam istã &
carniuorã animã dys manibus deuouisti. La. Salsus
totus, cum insulsa sit oratio. Sa. Quæ ratio commo-
Romanos, vt tot seculis obseruatam legem carnarium
relaxarim? La. Nimirum hoc ipsa res iandudum ali-
us persuasit. Reputant id quod est, per salsamentarios
inquinari ciuitatem, infici terrã, flumina, aerem, &
ignem, & si quod aliud est elementũ, corrũpi corpora
mortalium: ex piscium enim esu corpus implere pu-
tribus humoribus: hinc febres, tabes, podagra, epilep-
ses, lepra, & quid non malorũ? Sa. Dicitur mihi
Hippocrates, cur in ciuitatibus benè institutis vetitum
est intra mœnia mactare tauros ac sues. Rectius ea
consuleretur salutis ciuium, si nec pecudes ingularẽ-
tur. Cur lanijs describitur certus locus, ne si passim

Dijs manibus. Inferis sic Decius & Q. Curtius se dijs manib.

Tabes, quam phthisin Græci. Epilepsis morbus comitialis.

vinaſ

uiunt, totã urbem reddãt pestilentẽ? An est illum
saturis genus corrupto animãtium cruore sanieq; pe-
stilentius? La. Aromata mera sunt, si ad piscũ puto-
rem cõferas. S. Tibi quidẽ opinor, aromata mera sunt,
at nõ idẽ uisum magistratibus, qui uos ab urbe sub-
mouent. Porrò quàm suauiter oleant uestra iste la-
niena, declarãt ij, qui naribus obturatis pretereunt:
declarãt uulgò, qui malũt habere uicinos decẽ leno-
nes, quàm uniũ lanionẽ. L. At uobis ad abluẽda pu-
tria salsamenta, nec lacus, nec amnes toti sufficiunt:
uerũq; quod dici solet, inaniter aquã cõsumitis. Sem-
per enim piscis piscem olet, etiã si unguentis oblinas.
Quid autẽ mirũ, mortuos sic olere, cum pleriq; uiui
mox ut capti sunt oleãt? Carnes muria cõditæ seruã-
tur multos in annos, adeò nõ putentes, ut aromaticũ
quiddã redoleãt. Rursus uulgari sale cõditæ durant
absq; fœtore. Duratæ fumo uetõue, nihil molesti odo-
ris contrahunt. Hæc omnia si pariter adhibeas pisci,
nihil aliud quàm piscẽ olebit. Vel hinc conijce, nullũ
esse putorẽ cum piscium fœtore cõferendum, quod ab
hoc putrefit etiã ipse sal, in hoc à natura datus, ut à
reliquis arceat putrefactionẽ, dum genuina ui claudit
constringitq;, simul & excludens quod extrinsecus
noxam adferre possit, & humores intus unde putre-
factio poterat oriri, deficcans: in solis piscibus sal non
est sal. Nostras ædes fortassis aliquis delicatior præ-
teriens obturans nares, at nemo sustinet in cymba se-
dere, in qua uestra sunt salsamẽta. Viatori si quãdo

occurrunt plaustra onusta salsamentis: quæ ibi fœtor! quæ narium obturatio? quæ sputa? quæ excreatio? Et si quæ fieri possit, vt salsamenta pura in vrbe inuenerentur, quemadmodũ nos mactatorũ carnes apportamus, lex nõ dormiret: nũc quid facias ijs, quæ putrida sunt, etiã cùm comedũtur? Et tamẽ quoties videmus ab agoranomis dãnatas merces vestras conijci in flumẽ, vobis indicta mulcta? Id verò sæpius etiã fieret, nisi illi corrupti per vos magis spectarent priuatũ cõmodũ, quàm publicã salutem. Nec hac tãtum parte nocetis Reipub. sed impia cõspiratione vetatis, ne alundè pisces recentiores aduehantur in ciuitatem. Sa. Quasi verò nullus vnquã viderit mulcta percussum lanionem, quòd porcũ insyncerũ, & linguæ maculã lepræ vitium profitẽtem vendiderit, aut quod anem aquis cænóue suffocatũ aut alioqui verminantes armos, lotione & circũlito recens cruore vitium dissimularit. La. Atqui nullũ ex nobis tale extat exemplũ, quale nuper ex vobis: ex vnica anguilla crusto panis incocta, periere nouem cõuiuæ. Talibus obsonijs vos instruitis mensas ciuium. Sa. Casum narras, qui nemini vitari possit, si fortuna velit. At vobis pæne quotidianum est, pro cuniculis altiles feles vendere, pro leporibus canes, si per auriculas & pedes hirsutos liceret. Quid autem cõmemorem artocrea ex humanis carnibus confecta? La. Tu quod in me damnabas, casus & hominum vitia mihi opprobras, tueantur ista qui cõmittunt, ego quæstum cum quæstu confero.

Agoronomi, præfecti fo-ris, in quibus venduntur escalenta.

Alioqui

Aliqui dãnetur & olitores, quod interdũ imprudentes pro caule vendant cicutã aut aconitũ: damnentur & pharmacopolæ, quod interdũ pro remedijs porrigũt venena. Nulla est ars tam inculpata, quin isthac incidant mala. Vos quũ omnes officij numeres impleueritis, venenũ est quod venditis. Si torpedine si hydrũ, si leporem marinũ retibus admixtũ cum cæteris vendideritis, casus esset nõ crimen: nec magis imputari poterat vobis quam Medico, qui nonnunquã occidit egrũ quem curat. Fieri poterat hoc malum si mensibus dũtaxat hybernis extruderetis vestra pistrleta: rigor temporis mitigaret pestilentiam. Nunc æstatis incendio putrẽ additis materiam, autumnum per se nocentem reditis nocentiorem. Cumq; iam se renouat annus, & humores cõditi sese rursus proferunt, non absque corporũ periculo, ibi vos totos mẽses duos tyrannidẽ occupatis, & anni renascẽtis infantiam accersito senio vitiatis. Cumq; hoc meditetur natura, vt corpora succis insalubribus repurgata, nouis succis repubescãt, vos ingeritis meros puto, res meras, sanies, & si quid est in corporibus vitij, augentis malum malo adijcientes, & bonos insuper corporis succos corrumpentes. Tolerari poterat hæc quoq; si tantùm corpora vitiaretis, nunc quoniam ex ciborum differentijs vitiantur animorum organa, fit vt ipsi vitiantur animi. Tales ferè videas homines istos pisculentos, quales sunt ipsi pisces, pallent, olent, stupẽt, muti sunt. O nouum Thaletem. Quid igitur

Torpedo, piscis tetalis cõtactu, Hydrus serpens aquatilis.

Lepus piscis, homini præsentissimũ & immedicabile venenum, & homo pisci, adeo vt hominis contactu solo moriatur.

sapiunt qui bestiis victitãt? nimirũ quãtum ipsa beta. Quid sapiunt qui bones, & oues, & capras deuorãt? nimirũ quod bones, et oues, & capræ. Y os hados pro delitijs venditis, & tamen hoc animal vt est morbo comitiali obnoxium, ita gignit eundem morbum in his qui gaudẽt esu carniũ. An nõ præstabat salsamẽtis placare latrantẽ stomachũ? L. Quasi solum hoc mẽtiti sint rerũ naturalium scriptores. Et si maximè verũ sit, quod narrant, corporibus morbo obnoxijs sæpè quæ per se optima sunt, pessima sunt. Hecticis ac phthisicis vendimus hados, non vertiginosis. S. Si piscium esu tantam perniciem adfert rebus mortalium, cur nobis præsulũ ac principum sentẽtia licet toto anno nostras merces diuendere, vobis bonam anni partem indicta sunt feriæ? L. Istud quid mea refert? Fortassis hoc procuratum est à malis Medicis, quò quæstus ipsis esset vberior. S. Quos malos Medicos mihi commemoras, cùm nulli sint piscibus hostes æquè capitales? L. Ne quid erres ô bone, non faciunt hoc studio vestri, nec amore piscium, cum ab his nulli religiosiùs abstineãt, suum agunt negotiũ. Quò plures tussiunt, langueant, ægrotant, hòc illis annona benignior est. S. Medicis hic non patrocinabor, ipsi suam vicem vlciscentur, quando in casses illorũ incideris. Mihi pro mea causa sufficit veterum sanctimonia, vitæ probatissimorũ auctoritas, episcoporũ maiestas, publica Christianarũ gentium cõsuetudo, quos omnes si damnabis insaniæ, malo cum illis insanire, quàm cum lanijs esse sobrius.

Hectici qui perpetuã laborant febri iam in habitũ actã. Phthisici qui contabescunt, & excrescũt. vertigo capitis est præiudicium ad morbũ comitialẽ. Hœdus autẽ dicitur esse obnoxius ei morbo, & carnes inimicæ ad id proponẽtes malũ.

L. Tu recusas patronus esse Medicis, ego nolim esse exterminator aut censor veterum publicanę consuetudinum. Ista venerari soleo, non excedere. S. Illo quidem nomine cautus es verius, quàm pius lanio, nisi te prorsus non noui. L. Meo iudicio sapiunt, qui tale prorsus non noui. L. Meo iudicio sapiunt, qui tale prorsus non noui. L. Meo iudicio sapiunt, qui tale

dissimile veri. L. Illic igitur vesci, voluptatis erat, nō necessitatis. S. Audiui. L. Et abstinere à laniandis animantibus, humanitas erat, non sanctitas. S. Nescio. Animantium esum à diluuio permissum lego, priu interdictū nō lego. Quorsum autē attinebat permittere, si iam permissus erat? L. Quare non vescimur rauis? Nō quia vetitæ, quoniā abhorremus. Quî scis, si deus illic admonuerit, quem cibū requireret humana fragilitas, nō quem permitteret? S. Nō sum ariolus. L. Atqui in ipso statim conditi hominis initio legimus: Dominamini piscibus maris, et volatilibus cæli, & vniuersis animalibus quæ mouētur super terram. Quis vsus dominij, si vesci nō licet? S. O crudelem herum. Itáne deuoras seruos & ancillas, tuos liberos & vxorem? Quin eadē opera vescēris matula tua, cuius dominus es? L. Sed audi vicissim insulse salsamētarie. E cæteris vsus est, nec est inane dominij nomē. Equus vehit me tergo, camelus gestat sarcinas, piscibus verò quis vsus, nisi vescaris? S. Quasi vero nō sint innumera ex piscibus remedia. Deindè multa sunt in hoc tantùm condita, vt delectent hominem contemplantem, & in cōditoris admirationem rapiant. Fortè ne credes delphinos hominem tergo vehere. Deniq; sunt pisces, qui nobis prædicant imminentem tempestatem, velut echinus. At non talem seruum optares domi tuæ? L. Verùm vt hoc largiamur, antè diluuium nō fuisse fas vesci cibis, præterquam terrā fragibus, nihil magni erat abstinere ab ijs quæ non requi-

Echinus piscis est, spinas habens pro pedibus, hic imminente tempestate affigit sese saxo. Liberat pœna.

requirebat corporis necessitas, & habebant laniandi
crudelitatẽ: illud fateris, animãtium esum initio per-
missum ob humanorũ corporũ imbecillitatem. Frigus
induxerat diluuiũ: & hodiè videmus in regionibus
frigidis nasci homines cæteris edatiores: ac terræ pro-
uentũ vel extinxerat, vel corruperat inundatio. S.
Esto. L. Et tamẽ à diluuio præteribãt annũ ducente-
simũ. S. Credo. L. Cur igitur Deus quod illis robustis
extra exceptionem permisit, post imbecillioribus ætiq
contractioris astrinxit ad certa animantium genera,
quemadmodũ præcepit Moses? S. Quasi meũ sit eorũ
quæ deus gerit, rationẽ reddere. Arbitror tamẽ hoc
ũ fecisse Deum, quod solent heri qui cõtrahunt in-
dulgentiam in seruos, vbi vident illos abuti lenitate
dominorum. Sic equo plus satis ferocienti subducimus
habas & auenam, parcoq; fœno pascimus, frænoq; &
calcaribus asperioribus subigimus. Excusserat homi-
ũ genus omnem reuerentiã, in tantãq; licẽtiam sese
effuderat, quasi nullus omninò Deus esset. Hîc inuẽri
unt legis cancelli, ceremoniarum repagula, minarũ
& præceptorum fræna, quòd vel sic resipiscerent. L.
Quin igitur manent hodiè legis illius repagula? S.
Quia sublata est carnalis seruitutis asperitas, posteà
quam per Euangelium adoptati sumus in filios Dei.
Detractum est præceptis, vbi contigit vberior gra-
tia. L. Cùm Deus appellet suum testamentum sempi-
ternum, cumq; Christus negarit se soluere legem, sed
consummare, qua fiducia posteriores ausi sunt bo-

nam legis parte abrogare? 5. Gentibus ea lex data erat, & ideo visum est apostolis, eas nō onerare circūcisionis molestia, ne quod Iudei faciunt & habent in corporalibus observationibus constituerent salutis spem potius quam in fiducia & charitate erga Deū. 6. Omitto gentes. Quæ scriptura manifestè docet, Iudeos si professione Euāgelicā fuerint amplexi, manumissos esse a Mosaica legis seruitute? 5. Quoniā id fore prædictum erat à prophetis, qui promittunt testamentum nouū & cor nouum, inducuntq; deum abominātem festos Iudæorū dies, auersantem illorū victimas, detestātem ieiunia, reijcientem donaria, desiderātem populū circunciso corde. Cōfirmauit illorum promissa dominus ipse, qui porrigens discipulis corpus & sanguinem suum, appellat testamentum nouum. Si nihil aboletur de veteri, cur hoc dicitur nouum? Ciborum Iudaicum delectum non exemplo quidem, sed sententia sua abrogauit Dominus, cùm negat hominem inquinari cibis qui mittūtur in stomachum, & per secessum repurgantur. Docet idem Petrus conspecta visione, imo Petrus ipse cum Paulo cæterisque vescens cibis communibus, à quibus lex præceperat temperari. Agit hoc vbique Paulus in suis epistolis, nec dubitatur, quin quod hodie sequitur populus Christianus, ab apostolis velut per manus traditum ad nos denique peruenerit. Itaq; nō tam manumissi sunt Iudæi, quàm à legis superstitione velut à lacte consueto quidem & familiari, sed iam intem-

pestiui

ostium depulsi. Neq; lex abrogata est sed ea pars iussa
est cedere, quæ iam erat etiosa. Frondes & flores pol-
liciuntur fructum exoriturum, ut vbi granat arbo-
rem, nemo flores desiderat. Neque quisquam deplo-
rat se esse filij sui pueritiam, vbi iam ad ætatem ma-
turam peruenit. Neque quisquam requirit lucernas
aut funalia, vbi se terris deprõpsit sol. Nec habet quod
agitet pædagogus, si filius iam puber suum liber-
tatem sibi vendicat, ac pædagogum in sua vicissim
habet potestate. Pignus desinit esse pignus, vbi promissa
sunt exhibita. Sponsa prius quàm deducatur ad sponsõ-
rem, epistolys ab illo missis se consolatur, exosculatur
munuscula ab illo venientia, picturas illum re-
ferentes amplectitur: cæterùm vbi iam ipsius sponsi
data est copia, præ huius amore negligit illa prius
amata. At Iudæi primùm ægrè diuellebãtur à cõ-
uictu, velut si puer assuetus lacti iam grandis mam-
mã inclamat, cibũ solidũ fastidiens. Itaq; propemodũ
qui depulsi sunt ab illa vel figuris, vel vmbris, vel
temporarijs solatijs, quo se iam totos cõuertant in eum
quem lex illa prouiserat & adumbrarat. L. Quis
expectaret tantum Theologiæ à salsamentario? S.
Oleo piculentum commeatum suppeditare nostræ
ciuitatis Dominicano collegio: itaque fit, vt illi fre-
quenter prandeant apud me, ego nonnunquam apud
illos. Ex eorũ conflictationibus hæc decerpsi. L. Natus
ingenue es, qui ex salsamentario fias piscium recentiũ
mangitor. Verùm illud expedi: Si Iudæus esses, neque

mihi

mihi satis liquet an sis, & immineret ex fame certa vitæ periculum, vescereris carne suilla, an morte præoptares? S. Quid facturus essem, scio: quid mihi faciendũ esset, nodum intelligo. L. Deus vtrunq; vetuit, non occides, & non vesceris carne suilla. In tali casu vtrum præceptũ vtri par est cedere? S. Primum non constat, an hoc animo Deus vetuerit vesci suilla, vt mortem vellet oppeti potiùs, quàm esu vita consuli. Nam ipse Dominus excusat Dauid, qui contra legis præceptũ comederit sacros panes. Et in exilio Babylonico multa nõ obseruata sunt à Iudæis, quæ lex præscripserat. Proindè censerem eam legem quam ipsa quoque natura tulit, eoq; perpetua est & inuiolabilis, debere potiorem haberi ea, quæ neq; semper fuit, & pòst erat abroganda. L. Cur igitur laudati sunt fratres Macchabæi, qui maluerunt duris cruciatibus examinari, quàm carnẽ gustare suis? S. Opinor, quoniam hic esus à rege præscriptus complectebatur totius patriæ legis abnegationem, quemadmodum circumcisio, quam Iudæi gentibus obtrudere conabantur, cõtinebat totius legis professionẽ, nõ aliter quàm arrha data ad vniuersum contractũ præstandũ obligat. L. Itaque si crassior illa legis pars post exortam Euangelij lucem rectè sublata est, quo consilio nunc videmus vel eadem, vel his grauiora reuocari, præsertim cùm Dominus iugum suum appellet suaue, & Petrus in actis Apostolorum, Iudæorum legem appellet duram, quam nec ipsi ferre potuerint, nos

patres

ratem ipsorum? sublata est circuncisio, sed successit baptismus, duriore propè dixerit conditione. Illa differebatur in octauum diem, & si quis interim casus intercepisset puerũ, votum circuncisionis pro circuncisione imputabatur: nos pueros vixdum à latebris uteri materni egressos, in frigidum aquæ quæ diu in alueo saxeo constitit, non enim dicam cõputruit, totos immergimus: & si vel primo die, atq; adeo in ipso partus ostio perierit, nulla parentũ aut amicorũ culpa, de diuturna ser æternæ dãnatione. S. Sic aiunt. L. Sublatũ est sabbatũ, imò nõ sublatũ est, sed translatum in diem dominicum. Quid refert? Paucorum dierum ieiunia induxit lex Mosaica, nos illis quãtum addidimus numerũ? In delectu ciborũ quanto liberiores Iudæi nobis, quibus licebat vel totum annum vesci, ouibus, capis, perdicibus, & hædis? Illis nullum vestis genus erat interdictũ, præter eam quæ esset lana linoq; contexta. Nunc præter tot vestium proscriptas & interdictas formas & colores accessit capitis rasura, eaq; varia: ne commemorem interim confessionis onus, & constitutionum humanarum farraginas, decimationes non simplices, astrictum arctioribus vinculis matrimonium, nouas affinitatis leges, aliáque multa, quæ faciunt, vt hac parte non paulo commodior videatur fuisse Iudæorum, quàm nostra conditio. S. Erras tota via Lanio: Christi iugum nõ æstimatur ad istam regulã, quam imaginaris. Pluribus astringitur Christianus, & astringitur

ad difficiliora, denig; ad pœnam grauiorem: sed ubi adiuncta copiosior vis fidei & charitatis facit ea facilia, quæ natura sũt grauissima. L. Atqui cum olim spiritus specie linguarũ igniarũ e cœlo delapsus, copiosissimo dono fidei & charitatis locupletarit credentium pectora, cur detractum est legis onus, velut imbecillibus ac sub iniqua sarcina periclitantibus? Cur Petrus iam afflatus spiritu vocat onus intolerabile? S. Detractũ est ex parte, ne Iudaismus, vt emperat, obrueret Euãgelij gloriã, & ne legis odio gentes alienarentur à Christo, inter quas erant infirmi plurimi, quibus instabat duplex periculũ: alterum ne crederet, sine legis observatione neminem posse salutem cõsequi: alterũ, ne potiùs haberet in paganismo manere, quam Mosaicæ legis iugũ accipere. Hurũ imbecilles animos oportebat velut esca quadã libertatis allicere. Rursus quò mederentur illis, qui negabãt ex Euangelij professione salutis esse spem citra legis observationẽ, circũcisionẽ, sabbatismos, delectus ciborũ, aliaq; id genus aut prorsus sustulerũt, aut in aliud verterunt. Porrò quod Petrus negat se legis onus portare potuisse, nõ est referendũ ad eam personam quam tũ gerebat, cùm illi iam nihil esset intolerabile, sed ad crassos & infirmos Iudæos, qui nõ sine taedio arrodebant hordei tunicã, nondum gustatis spiritus medulla. L. Satis tu quidẽ crasse differis. Atqui mihi videtur & hodiè nõ minus esse caussarum, cur observationes istæ carnales hactenus tolli debeant, vbi

Hordei tunicã. Alludit ad allegoriã parabolæ de quinque pãnibus hordeaceis.

arbitrariæ sint, nõ obligatoriæ. S. Quî sic? L. Nuper in
lotes quodã amplissimo vidi totũ orbem depictum.
illic didici quãta esset mundi portio Christi religio-
nem purè sincereq; profitens: nimirũ Europæ parti-
cula vergens ad Occidentem, rursus altera vergens
ad Septentrionem, tertia tendens, sed procul, ad Me-
ridiem: ad Orientem vergentis quartæ postrema
videbatur Polonia. Reliquus orbis aut Barbaros ha-
bet, non ita multùm à brutis animalibus differen-
tes, aut schismaticos, aut hæreticos, aut vtrunque.
S. At non vidisti totum illud littus Austrinum,
& sparsas insulas Christianis insignibus notatas?
L. Vidi, didicique illinc auectas prædas. Christia-
nismum inductum nõ audiui. Cùm igitur tam am-
pla sit messis, videtur hoc esse consultissimum ad re-
ligionem Christianam propagandam, quemadmo-
dum Apostoli sustulerunt onus legis Mosaicæ, ne
gentes resilirent: ita nunc ad illiciendos etiam im-
peritos, tolli quarundam rerum obligationes, sine
quibus initio seruatus est orbis, & nunc seruari pos-
set, modò adsit fides & charitas Euangelica. Rur-
sus audio videóque plurimos esse, qui in locis, vesti-
tu, cibis, ieiunijs, gesticulationibus, cãtibus, summã
pietatis constituunt, & ex his proximum iudicant,
contra præceptum Euangelicum. Vnde fit vt cùm
omnia referantur ad fidem & charitatẽ, harum re-
rum superstitione extinguatur vtrũq;. Procul enim
abest à fide Euãgelica, qui fidit huiusmodi factis: &

procul abest à charitate Christiana, quòd ob potũ aut cibũ, quo rectè quis vti potest, exasperat fratrem, pro cuius libertate mortuus est Christus. Quam amarulentas cõtentiones videmus inter Christianos, quam inimicas calumnias ex veste aliter cincta tinctáue, ex cibo quem porrigunt aquæ, & quem porrigunt pascua? Hoc malum si ad paucos scripsisset, contemni poterat. Nũc videmus vniuersum orbem ob hæc dissidijs exitialibus concuti. Hæc & huiusmodi si tollerentur, et nos maiori concordia viueremus, neglectis ceremonijs, ad ea tantùm cõtendẽtes quæ docuit Christus, & reliquæ nationes citius amplecterentur religionem cum libertate coniunctam. S. Extra Ecclesiæ domum non est salus. L. Fateor S. Extra Ecclesiam est, quisquis nõ agnoscit pontificem Romanũ. L. Non reclamo. S. Sed hunc non agnoscit, qui illum præscripta negligit. L. Atq; ideò spero futurum, vt hic pontifex nomine Clemens, animo pietatéque clementissimus, quò magis omnes nationes ad Ecclesiæ sodalitate alliciat, omnia mitiget, quæ hactenus vsque sunt aliquot populos à Romanæ sedis fœdere alienare, potiusq; habeat Euangelij lucrũ, quàm suum in omnibus ius persequi. Audio quotidie veteres querimonias de annatis, de cõdonationibus, de dispensationibus, deq; reliquis exactionibus, de grauatis Ecclesiis: sed arbitror hunc ita moderaturũ omnia, vt post hac impudẽs sit, qui pergat quæri. S. Vtinã idem facerent omnes monarchæ. Nihil addubito, quin res

Christianæ

Christianæ hîc in arctũ collecta felicissimè sit profe-
rẽda, si gentes barbaræ senserint se vocari nõ ad ser-
uitutem humanã, sed ad libertatem Euangelicã: nec
ad rapinam expeti, sed ad felicitatis & sanctimoniæ
consortium. Vbi coaluerint, & in nobis mores verè
Christianos compererint, vltrò plus offerent, quam
ab eis vlla vis queat extorquere. L. Id breui futurum
auguror, si pestilẽs Ate, quæ duos potentissimos orbis
monarchas funesto bello cõmisit, aderit ἐς πόρσω.
S. Atque ego demiror iamdudum non esse factum,
cum Francisco nihil fingi possit humanius, & Caro-
lo Cæsari arbitror à præceptoribus instillatũ, vt quo
per fortunam plus accesserit imperij finibus, hoc ipse
plus addat clementiæ benignitatisq. Ad hæc, habe-
re solet & ætas ea peculiarem facilitatis ac mansue-
tudinis dotem. L. Nihil est quod in vtroque deside-
res. S. Quid igitur remoratur publicum orbis votũ?
L. Adhuc iureconsulti de finibus ambigunt, & scis
inter mediarum tumultus semper desinere in nuptias:
itidem principes suas finiũt tragœdias. Sed in comœ-
diis subitò coeunt nuptiæ, hic inter magnos magnis
moliminibus res agitur. Et præstat aliquanto serius
obduci cicatricem, quàm mox iterũ vlcus erumpere.
S. An credis istas nuptias esse firma concordiæ vin-
cula? L. Vellem quidem, sed ex his video ferè nasci
maximã bellorũ partẽ: & si quod bellũ ortum fue-
rit, dum affinis adest affini, latius se spargit incẽdi-
um, & difficilius componitur. S. Fateor, & agnosco

Ate dea Homerica, quæ dissidia serit inter deos & homines. Litæ tardæ Ate velox, es coracos. i. in malam rem.

verissimũ esse quod dicis. L. Sed æquùmne tibi videtur, vt ab iure consultorũ rixas & contractũ moras totus orbis tantum perpetiatur mali? Nũc enim nihil vsquam tutũ est, & pessimis licet plurimum, diu neq; bellum est, neque pax. S. De principũ consiliis nõ est meum dicere. Verùm si quis me faciat Cesarẽ, scio quid sim facturus. L. Eia: facimus te Cæsarem, simulq; Romanũ põtificẽ si libet. Quid facis? S. Facio potius Cæsarem, & rege Galliæ. L. Agè esto vtrũq;. S. Protinus cõcepto pacis voto edicerem per vniuersã ditionem meam inducias, dimissis copijs, denuncians pœnam capitis, si quis vel gallinam alterius attigerit. Ita pacatis rebus meo commodo, vel, vt meum dicam, publico, transigerem de editioni finibus, aut de coniugij conditionibus. L. Habẽsne firmiora fœderis vincula, quàm matrimonium? S. Arbitror. L. Imperti. S. Si Cæsar essem, sic absque mora transegissem cum rege Gallorum: Frater, malus quispiam genius bellum hoc inter nos excitauit, neque tamẽ inter nos certamen fuit de capite, sed de ditione. Tu quod in te fuit fortem ac strenuum bellatorem præstitisti. Fortuna mihi fauet, téque ex rege fecit captiuum. Quod accidit tibi, mihi potuit accidere, & tua calamitas omnes nos admonet humanæ conditionis. Experti sumus quàm hoc certaminis genus vtrique sit incommodum. Agè vniuerso genere inter nos cõsistemur. Dono tibi vitam, dono libertatem, pro hoste recipio te amicum. Sit omnium præteritorũ malorũ

oblivio

obtinio, redi ad tuos gratis ac liber, habe tibi tua, eſto bonus vicinus, & poſthac geratur vnũ hoc certamen inter nos, vter alterũ fide, officijs, ac beneuolentia vincat: neq; certemus vter altero latius regnet, ſed vter ſanctius adminiſtret ſuã ditionem. In priori conflictu fortunati laudẽ tuli, hîc qui viccrit, longè pulchrius auferet decus. Mihi quidẽ hæc clementiæ fama plus adferet veræ laudis, quàm ſi vniuerſam Galliã meæ ditioni adiunxiſſem. Et tibi gratitudinis opinio plus decoris cõciliabit, quàm ſi me tota Italia deuiciſſes. Noli mihi inuidere laudẽ quã affecto, ego reciſsim tuæ ſic fauebo, vt huic amico libẽter ſis debiturus. L. Profecto ſic poſsit aſtringi Gallia, imò totus orbis. Etenim ſi conditionibus iniquis hulcus hoc obducatur verius quàm ſanetur, vereor ne mox per occaſionẽ rupta cicatrice plus vetus erũpat maiore cũ malo. S. Quàm magnificã, quamq; plauſibilẽ gloriam nec humanitas per vniuerſum orbe pararet Carolo? Quæ natio ſe nõ lubens tam humano, tamq; clemẽti principi ſubmitteret? L. Egiſti Cæſarem ſat feliciter, nunc age Pontificem. S. Perlongum ſit ſingula perſequi, dicam compendio. Sic agere, vt vniuerſus orbis intelligeret eſſe principẽ Eccleſiæ, qui nihil aliud quæreret quàm Chriſti gloriam, & ſalutem omnium mortalium. Ea res verè mederetur inuidiæ pontificij nominis, & ſolidam ac perennem pararet gloriam. Sed interim ab aſino quod aiunt, delapſi, multum aberrauimus ab inſtituto. La. Ego te mox re-

Ab aſino. i. a propoſito

digressi. Vi- de Chiliad.

dictam in diam. S. Ita igitur obligare potuerint leges omnes qui sunt in ecclesia? S. Ad decem. L. Ad panas gehennæ? S. Aiunt. L. Etiam episcoporum? S. Sic arbitror in sua cuiusque ditione. L. Etiam abbatum? S. Hæreo: nã hi certis conditionibus accipiunt administrationem, nec possunt suos grauare cõstitutionibus nisi ex auctoritate totius ordinis. L. Quid si episcopus iisdem cõditionibus accipiat suam functionem? S. Addubito. L. Quod episcopus constituit, pontifex potest rescindere? S. Opinor. L. Quod põtifex decreuit, nemo potest abrogare? S. Nemo. L. Vnde igitur audimus rescissas pontificum sententias, hoc titulo, quòd parum recte fuerint edocti, & priorum constitutiones à posterioribus antiquatas, quòd à pietate delirarent? S. Ista subreptitia sunt ac temporalia. Nam & in pontificem, vt hominem, cadit ignorãtia personæ siue. Cæterùm quod ex auctoritate consilij vniuersalis proficiscitur, cœleste oraculum est, & penè habet par Euangelijs, aut certè proximum. L. Licet ne de Euangelijs dubitare? S. Bona verba, ne de iis quidem rectè in spiritu sancto congregatis generalibus, editis, & receptis. L. Quid si quis dubitet, an hæc competãt in concilium quod obijcitur, quemadmodum audio Basilienſe concilium à nonnullis reiici, nec omnibus probari Constantiense: loquor de his qui nunc habentur orthodoxi, ne quid dicam de proximo cõsilio Lateranensi. S. Dubitent qui velint suo periculo, ego nolo dubitare. L. Petrus igitur habet auctor-

Antiquatas vel abrogatas.

condendi nouas leges? Sa. Habuit. La. Habuit & Paulus cũ cæteris apostolis? S. Habuerũt sua quisq; ecclesijs, à Petro seu Christo cõmissis. L. Et Petri successoribus par est potestas cum ipso Petro. Quidni? L. Tantundem igitur honoris debetur reipsis Romani Põtifici, quantũ epistolis Petri: & tantunde cõstitutionibus episcoperũ, quantũ epistolis Pauli? S. Equidem arbitror etiam amplius deberi, si præcipiant, & legẽ ferãt cũ auctoritate. L. Sed fásne est dubitare, an Petrus & Paulus scripserint afflatu diuini spiritus? S. Imõ hæreticum sit qui dubitet. L. Idẽ censes de rescriptis & cõstitutionibus pontificum & episcoporũ? Sa. De põtifice censeo, de episcopis ambigo, nisi quod pium est de nullo perperã sentire, ni res ipsa palàm clamitet. L. Cur spiritus citius patitur errare episcopum, quam pontificem? Sa. Quia grauius est a capite periculum. La. Si tantum valent præsulum constitutiones, quid sibi vult quod dominus in Deuteronomio tam rigidè comminatur, ne quis quid addat, aut adimat legi? S. Non addit legi qui latius explicat quod latebat, qui ea suggerit quæ spectant ad legis obseruationem: neque detrahit qui pro viribus audientium legem dispensat, alia promens, alia celans pro ratione temporis. La. Num obligabant Phariseorum ac Scribarum constitutiones? S. Non arbitror. L. Cur ita? Sa. Quia docendi habebant auctoritatem, non condendi leges. La. Vtra potestas videtur amplior, cõdendi leges humanas, an interpre-

tandi diuinas? S. Cõdedi humanas. L. Mihi secus videtur. Etenim cui ius est interpretãdi, huius sententia pondus habet legis diuinæ. Sa. Non satis assequor quòd dicis. La. Dicam explanatius. Lex diuina iubet subuenire parẽti. Phariſæus interpretatur hoc esse datum patri, quod missum est in corbonam, eò quòd Deus pater sit omnium. Nónne huic interpretationi cedit lex diuina? S. Ista quidẽ falsa interpretatio est. L. Sed posteaquã illis semel tradita est interpretandi auctoritas, vnde mihi constabit, cuius sit vera interpretatio, maximè si ipsi inter se dissentiant? S. Si minus satisfecit tibi sensus cõmunis, sequere præsulum auctoritatẽ, id tutissimũ est. La. Ergo Phariſæorũ & Scribarum auctoritas deuoluta est ad Theologos & cõcionatores? S. Est. L. Sed nullos audio frequẽtius inculcãtes, Audite, ego dico vobis, quàm eos qui nũquã versati sunt in palestris Theologicis. S. Audiet omnes cãdidè, sed cũ iudicio, modo ne simpliciter insaniant. Tũ enim oportet populũ cùm sibilo surgere, quò suã agnoscãt dementiam. Cæterùm quibus cõtigit titulus doctoris. His oportet sidere. La. Verum in his quoque comperio nonnullos multò rudiores ac stultiores illis, qui prorsus sunt illiterati, & inter doctissimos miram video controuersiam. Sal. Eligunt quæ sunt optima, explicata aliis relinquito, ea semper amplectens, quæ procerum & multitudinis cõsensus approbauit. La. Scio istuc esse tutius. Sunt igitur & constitutiones iniquæ, quemadmodũ sunt interpretatio-

ationes falsa? S. An non sint, alij viderint, arbitror esse posse. L. Annas & Caiphas habebãt potestatem ãdendi legis? S. Habebant. L. Nũ horũ quauis de re constitutiones obligabãt ad pœnã gehennæ? S. Nescio. Puta Annã cõstituisse, ne quis reuersus à foro sumeret cibũ, nisi loto corpore: qui illotus caperet cibũ, ii crimen gehenna dignum admitteret? S. Nõ arbitror, nisi cõtemptus publicæ potestatis crimen exacerbaret. L. An omnia præcepta Dei obligãt ad pœnã gehennæ? S. Nõ opinor. Nã deus probibuit omne peccatũ quãlibet veniale, si Theologis habẽda fides. L. Forsus & veniale pertraheret in gehennã, nisi Deus ua misericordia subleuaret imbecillitatem nostrã. S. on est absurdũ dictu, affirmare non ausim. L. Cùm sraelitæ exularẽt in Babylone, præter alia plura quæ ex præscripsit, in multis fuit omissa circuncisio. An mnes ibi perierunt? S. Deus nouit. L. Si Iudæus clam me periclitans vescereтur carne suilla, committeret e crimen? S. Mea quidem sententia, necessitas excuret factum, quandoquidem ore domini defensus est Dauid, quod contra legis præceptũ comederit panes acros, quos appellant propositionis: nec solùm comedit ipse, sed & fugæ comites prophanos ijsdem pauit. L. Si quem ea necessitas constringeret, vt aut pereundum sit fame, aut furtum cõmittendũ, vtrum eligeres, mortem an furtũ? Sa. Forsitã in eo casu furtum, furtũ nõ esset. L. Hẽ, quid audio, ouum nõ est ouum? Sa. Præsertim si caperet animo reddendi, placandiq; domi-

dominam cùm primùm liceret. La. Quid si periurium esset homini, nisi falsum testimonium ferat aduersus proximũ, vtrum eligendũ? Sa. Mors. La. Quid si remisso adulterio posset seruare vitam? S. Potior mihi mors. L. Quid si simplici stupro possis effugere mortẽ? Sa. Moriendũ potius, vt aiunt. L. Cur hîc omnium non desinit esse omnium, præsertim si nulla sint vis aut iniuria? S. Fit iniuria corpori puellæ. L. Quid si periurio? Sa. Moriendũ. La. Quid si simplici nullig; noxio mẽdacio? Sa. Docent præoptandã mortẽ. At ego crediderim graui necessitate, aut ingenti præposita vtilitate mendacium huiusmodi aut nullũ esse crimen, aut leuissimũ, nisi quod aperta fenestra, periculum est ne discamus et perniciosis mẽdacijs assuescere. Fingemus cidisse casum, vt innoxio mẽdacio possit seruare corpora, & animas totius patriæ suæ; vtrum eliget magis pius, fugiet mẽdacium? L. Quid alij sint facturi nescio; ego vel quindecim Homerica mendacia non verum dicere, mox q; labentia illa abstergerem aqua sacra. Idem ego facerem. L. Igitur non quicquid Deus præcipit aut interdicit, obligat ad pœnam gehennæ. Sa. Non videtur. La. Modus igitur obligationis non est ab auctore legis tantùm, sed ex materia. Quædam enim cedunt necessitati, quædam non cedunt. S. Sic videtur. La. Quid si sacerdos periclitetur de vita, seruandus si ducat vxorem, vtrum eliget? S. Mortem. L. Cùm diuina lex cedat necessitati, cur lex humana terminum agit nulli dignans concedere? Sa.

Terminũ agit: Fabula de Termino Deo, qui neq; Ioui voluit cõcedere, notissima est.

Non

Nullex obstat, sed votũ. L. Quid si quis voluisset visere Hierosolymã, nec id posset nisi certo vitæ dispendio faceret, an moriatur? S. Moriatur, ni voti relaxationẽ impetrarit à põtifice Romano. L. Cur alterũ votũ relaxatur, alterũ minime? S. Quia alterum solenne, alterũ priuatũ. L. Quid est solenne? Sa. Quod solet fieri. L. An non igitur solenne & alterũ quod frequentatũ fit? S. Fit, sed priuatim. L. Proindè monachus si priuatim apud abbatẽ profiteretur, nõ esset votum solene? S. Nugaris, ideò facilius relaxatur votũ priuatũ, quia minori offendiculo soluitur, & is qui facit, hoc animo facit, vt si commodũ sit, mutet sentẽtiam. L. Hoc igitur animo vouẽt, qui priuatim profitentur perpetuã castimoniam. S. Deberent. La. Perpetuum igitur et nõ perpetuũ? Quid si Carthusianũ hic cõstringat casus, vt aut vescendum sit carnibus aut moriendũ, vtrũ eliget? L. Docent Medici nullas esse carnes tã efficaces, quin idem efficiat aurũ potabile & gemmæ. L. Vtrũ igitur conducibilius gẽmis & auro succurrere periclitãti, an earũ rerum precio multos de vita periclitantes seruare, & ægroto dare pullũ gallinaceum? S. Hæreo. L. Atqui piscium caro carnium esus non est ex eorum numero, quæ vocant substantialia. S. Carthusianos suo iudici relinquamus. L. Dicamus in genere. Diligenter, frequenter, multisq; verbis inculcatur in lege Mosi sabbatismus. Sa. Verum. L. Vtrum igitur succurram vrbi periclitanti violato sabbato, an non? Sa. At interim

me

me vis esse Iudæum? L. Volo, & quidem recumbẽ
Istũ nodũ secuit ipse dominus. Sabbatũ enim hom
nis causa est institutum, non cõtrà. L. Ipsa lex iuu
valebit in omnibus humanis cõstitutionibus, vi
bit, nisi quid obstet. L. Quid si cõditor legis nõ hoc
nimo ferat legem, vt quequam obliget ad pœnã ge
hennæ, imò ne ad reatũ quidẽ vllũ, sed cõstitutio
nihilo plus velit habere põderis, quàm exhortatio
S. O bone, nõ est in manu cõditoris, quãtũ obliget le
Vsus est sua potestate ferendo legẽ, cæterùm ad qu
obliget, aut nõ obliget id Deo in manu est. L. Cur i
gitur audimus quotidie parochos nostros e suggest
clamãtes, cras ieiunandũ sub pœna dãnationis æter
na, si nobis nõ cõstat, quomodo lex obliget humanas
S. Id faciũt, quo magis terreant cõtumaces: nã ad hu
arbitror ea verba pertinere. L. Sed interim an contu
maces talibus dictis territent, nescio: certè infirmas
vel in scrupũ, vel in periculum cõiciunt. S. Difficile
est vtrisq; cõsulere. L. Eadẽ autem est vis cõsuetudi
nis & legis? S. Aliquando maior est consuetudinis
L. Proinde tametsi non adest animus consuetudine
inducentibus iniiciendi laqueum cuiquam, tamẽ ob
ligat volentes nolentes? S. Arbitror. L. Onus impo
nere potest, tollere non potest? Sa. Admodum. L. Ian
itaque vides, opinor, quãtùm sit periculi, nouas legu
ab hominibus ferri, si nulla necessitas vrgeat, aut
nulla magna inuitet vtilitas. S. Fateor. La. Dominus
cùm ait, Nolite omninò iurare, num quemuis iura-

ri

…em obnoxiũ facit gehennæ? S. Nõ arbitror, cõsilium …est enim, nõ præceptũ. L. At istud vnde mihi liquet, …am vix aliud accuratius aut seuerius interdixerit, …quàm ne iuremus? S. Discces à doctoribus. L. Et Pau…lus cùm dat consiliũ, non obligat ad gehennã? S. Ne…quaquã. L. Cur ita? S. Quia non vult inijcere laqueũ …firmis. L. Est igitur in manu cõdentis legẽ obstrin…gere ad gehẽnã, aut nõ obstringere. Et sãctiũ est cauc…ere, ne quibuslibet cõstitutionibus illaqueemur imbe…cilles. S. Est. L. Et si Paulus hic cautionem adhibuit, …multo magis sacerdotibus adhibẽda, de quibus incer…tũ, quo spiritu agãtur. S. Fateor. L. Atqui paulò antè …negabas, esse in manu cõditoris quatenus obstringe…ret lex. S. Iam cõsiliũ est, nõ lex. L. Nihil est facilius, …quàm cõmutare vocabulũ. Noli furari, præceptũ est? …Est. L. Noli omnino resistere malo? S. Consilium est. …Sa. At hoc posterius magis habet speciem præcepti, …quàm illud prius. Saltem hæc est episcopis in manu, …vtrum velint esse præceptũ, quod instituunt, an con…silium? Sa. Est. La. At istud paulo antè fortiter ne…gabas. Etenim qui non vult suam cõstitutionẽ quẽ…quam ad vllum crimen astringere, nimirùm vult eã …esse consilium, non præceptum. S. Vèrùm, sed non ex…pedit hoc scire vulgus, ne protinus clamitent esse cõ…silium, quod seruare non libet. Sa. At quid interim …facies tot infirmis cõscientijs tam miserè confusis tuo …silentio? verùm age, dic mihi, nullisne notis docti de…prehendere possunt, vtrum consilij vim habeat cõsti-

tutio

tutio an præcepti? S. Possunt sicut audiui. L. Nõ lum
scire mysterium? S. Licet, nisi velis ossifure. L. Ab pi-
sci dixeris. Sa. Cæsus nihil audis, nisi hortamur, ordi-
namus, mãdamus, cõsilium est: quũ auda, iubemus,
districtè præcipimus, præsertim si accedant minæ ex-
cõmunicationis, præceptũ est. L. Quid si debeã pistori
meo, cum á soluendo non sim, fungi mihi quàm
coqui in carcere, num peccem imminutæ? S. Non ar-
bitror, nisi desit fulmẽ voluntas. L. Cur igitur exco-
municor. S. Istud fulmẽ terret improbos, nõ adurit
innocentes. Scis enim & apud priscos Romanos fuisse
leges diras ac minaces, sed in hoc ipsum tantùm ad
latas, quales illa fertur è duodecim tabulis, de disse-
cãdo corpore debitoris, cuius tamen nullũ extat exem-
plũ, quòd nõ in vsum sed ad terrorem esset prolata. Ita
vt fulmen nõ agat in cerã aut linũ, sed in asperitates
les excõmunicationes nõ agũt in miseros sed in con-
tumaces. Et tamẽ vt ingenuè dicã, in huiusmodi fa-
uolis adhibere fulmẽ à Christo traditũ, propemodum
esse videtur quod veteres dicebãt, in lente vngue-
L. Nũ idẽ ius patrifamilias in sua domo quod epi-
copo in sua diœcesi? Sa. Arbitror pro portione. L.
huius præscripta similiter obligant? Sa. Quid ni?
Edico, ne quis vescatur cæpis, quomodo periclitatur
apud Deum qui non paruerit? Sa. Ipse viderit. L.
Post hac non dicam meis, præcipio, sed admoneo. Sa.
Sapies. L. Verùm perspicio vicinum meum proxi-
esse periculo, & arreptũ clam admoneo, vt sese
dud

Pisci dixeris: pisces mutos esse declarat proverbium.

De dissecãdo corpore. Vide Aul. Gel. de pœna talionis.

...ut ab ebriosorũ & aleatorũ cõmercio: ille moni-
...re aspernatus, paulò incipit vivere quàm antea,
...ũ hic illũ obstringit admonitio? S. Videtur. L. Igi-
...r neq; cõsulendo, neq; exhortãdo fugimus laqueũ.
...a. Imò nõ affert laqueũ admonitio, sed admonitio-
...is argumẽtũ. Etenim si frater admonitus, vt crepi-
...lus vteretur, negligeret, nullo crimine teneretur. La.
...Non hic percõtabor, quantũ obliget præscripta Me-
...dicorũ. Votũ obstringit ad pœnã gehennæ? S. Maxi-
...mè. L. Omne? S. Omnissimũ, modo sit licitũ, legitimũ,
...ac liberũ. L. Quid appellas liberũ? S. Quod nulla ex-
...orsit necessitas. L. Quid est necessitas? S. Est metus ca-
...dens in constante virũ. L. Etiam in Stoicum, quem si
...fractus illabatur orbis, impauidũ ferient ruinæ? S. Istũ
...Stoicũ mihi ostende, & respondebo. L. Sed extra io-
...cum num famis aut infamiæ metus cadit in constan-
...tem virum? S. Quid ni? L. Si filia nondum emanci-
...pata clàm nubat inscijs parentibus nec passuris si sci-
...ant, legitimum erit votum? S. Erit. L. An sit nescio,
...certè si qua sunt, hoc est vnũ ex illorũ numero, quæ
...licet vera sint tamen ob scandalum imbecillũ silen-
...da sunt. Quid si virgo quæ ex auctoritate parentum
...cõtraxit matrimonium cum sponso, clàm & inuitis
...parentibus, voto semet addicat collegio sanctæ Clarę
...eritne licitum & legitimum? Sa. Si fuerit solenne.
...L. Num solenne est, quod in agro sit, in obscuro mo-
...nasteriolo? Sa. Sic habetur. La. Si eandem domi pa-
...ens testibus voto profiteatur perpetuam corporis in-

Cr. tegritã-

tegritatem, non erit legitimũ? S. Non. L. Quãobrem? S. Quia sanctius votũ obstat. L. Ea de puella si vendat agellũ, valebit cõtractus? S. Non opinor. L. Et valebit si seipsam dederit in potestatẽ alienã? S. Si se Deo dedicaverit. L. An non & votũ privatũ dicat homine Deo? Et qui suscipit sanctũ cõiugij sacramentum nónne se dicat Deo? Et quos Deus iũxit, dicãt se diabolo? De solis cõiugibus dixit Dominus: Quos Deus iũxit, homo ne separet. Ad hæc cùm adolescẽs vixdũ pubescẽs, aut puella simplex minis paretũ sanctis interorũ, improbis instinctibus monachorũ, blanditijs, & otijs attruditur in monasteriũ, nũ liberũ est votum? S. Si sint dolo capaces. L. Ea ætas maximè capax est doli, vt cui facilimè possis imponere. Quid si certũ in animo, diebus Veneris abstinere à vino, perinde obstringit propositũ vt votum? S. Non arbitror. L. Quid igitur interest inter certũ propositũ, et votum tacita cogitatione conceptũ? Sa. Animus obligandi. La. Negabas antè, hîc valere animum. Propono si queam, & voueo siue queam, siue non queam? Sa. Habes. L. Habeo nebulas in pariete depictas, hoc ego nihil. Est igitur & in proposito despicienda materia ratio? Sa. Opinor. L. Et vt illic à legis, ita hîc à voti nomine cauendum? S. Rectè. L. Si Romanus pontifex statueret, ne quis iungat matrimoniũ intra septimũ propinquitatis gradum, admitteret crimen, qui duceret cognatã gradu sexto? Sa. Opinor, certè periclitaretur. La. Quid si episcopus suus ediceret, ne quis ha-

abret rem cũ vxore, nisi die lunæ, Iouis et sabbatis? mitteret crimen, qui clàm alijs diebus vteretur ore? S. Arbitror. La. Quid si edicer, ne quis bulbis ceretur? S. Quid isthuc ad pietate? La. Quia bulbi ocãt libidine. Quod de bulbis dico, ide dictũ puta erucis. S. Hæreo. L. Quid hæres? vnde est humanis ibus obligãdi vis? S. Ex dictis Pauli, Obedire præ- tis vestris. L. Hinc igitur obligat omnes episcopo- ac magistratuũ cõstitutio? S. Modo sit æqua, iusta, legitimè lata. L. Sed istius rei quis erit iudex? Sa. e qui condidit. Nam eius est interpretari, cuius est dere legem. L. Ergo citra delectũ est obediendum bus libet cõstitutionibus? S. Opinor. L. Quid si præ- tus stultus & impius ferat lege impiam & ini- ipsius iudicio standũ erit, & populus, cui nullũ udicandi ius, obtemperabit? S. Quorsum attinet ea uire, quæ non fiunt? La. Qui subuenit parenti, ubuenturus nisi lex cogeret, num implebit legẽ? Non arbitror. La. Qui sic? Sa. Primum non si- eit animo eius, qui condidit legem, deinde & hu- impia addit hypocrisia. La. Qui ieiunat, non ie- turus nisi præciperet Ecclesia, num & is facit le- Sa. Mutas & auctorem legis, & materiam. L. fer igitur Iudæum sic ieiunatem diebus præscri- vt ni lex hæc adigat, nõ sit ieiunaturus cũ Chri- o seruãte ieiunium ab hominibus indictũ, haud quam seruaturo si legẽ tollas: aut si mauis Iudæũ uentem à carne suilla, & Christianũ abstinen-

rem à carnibus & lactarijs die Veneris. S. Infirmitas nonnihil reluctāti legi puto paratā esse veniam, certe proposito lege aduersanti et obmurmurāti nō item. L. Atqui fateris leges diuinas nō semper obligare ad pœnā gehennæ. S. Quid ni fatear? L. Nec audes fateri esse legem humanā, quæ nō obligat ad eandē pœnā, sed homine relinquis in ancipiti? Videris igitur d... quāto plus tribuere legibus hominū quàm Dei. Mendacium & obtrectatio suapte natura sunt mala, quæ à Deo prohibita. & tamen fateris esse aliquod mendacij & obtrectationis genus, quod nō obliget ad pœnā gehennæ, nec audes eum qui quomodocunq; vescatur carnibus in die Veneris liberare a pœna gehennæ. Non est meū quēquā absoluere aut dānare. L. Si diuinæ leges & humanæ pariter obstringūt, quid interest inter has & illas? S. Nimium quod violat legē humanā, immediatè peccat aduersus hominē (si mihi cōcedis scholasticorū sexcentesimum) immediatè aduersus Deū: qui violat lege diuinā, cōtra... Quid refert vtrū prius miscueris acetū, an absinthium, cùm mihi vtrumq; sit ebibendū? An quid refert vtrum lapis à me vulnerato repercussus feriat an cū, an ordine verso? S. Hoc didici. L. Etsi ex materia circunstantiæ sumitur obligādi modus in vtroq; usque legibus, quia interest inter auctoritatem & hominū? S. Impia percontatio. L. Attamen meo credūt plurimùm interesse. Deus tulit legē per se sem, nec licet violare. Ita m fert leges, per pontifi...

ut concilium, quid interest inter hos & illos? Lex
Mosi per homine, leges nostræ per homines. Et vide-
ur minus poderis habere quæ Deus tulit per vnum
ofen, quàm quæ spiritus sanctus edit per frequens
piscoporũ & eruditorũ concilium. De spiritu Mosi
ubitare nõ licet, L. Paulus in episcoporũ vicè venit.
uid igitur interest inter Pauli præcepta et cuiusli-
et episcopi? S. Quia sine controuersia Paulus scripsit
llatus spiritu. L. Hæc scriptorũ auctoritas quousque
porrigit? Sa. Arbitror non vltra Apostolos, nisi
quid conciliorum est inuiolata auctoritas. La. Qua-
de Pauli spiritu dubitare non licet? Sa. Quia ob-
t ecclesiæ consensus. La. De episcopis dubitare li-
? Sa. De his nihil temerè suspicandum, nisi res ip-
palàm clamitet quæstũ, aut impietatem. La. Quid
concilijs? Sa. Non licet, si fuerint ritè & per spi-
um sanctum congregata, peractáque. La. Est igi-
aliquod concilium in quod ista non competunt?
Esse potest. Quod ni esset. Theologi nequaquam
derent hanc exceptionem. L. Videtur igitur & de
cilijs dubitari posse. Sa. Nõ arbitror, posteaquam
erint Christianarum gentium iudicio consensu
epta comprobatáque. La. Posteaquam excessimus
teria, quibus Deus voluit circunscribi sacrosan-
illã & inuiolabilẽ scripturæ auctoritatẽ, videtur
bi & aliud esse discrimẽ legũ diuinarũ et huma-
um. S. Quod? L. Leges diuinæ sunt immutabiles,
si quæ sunt eius generis, vt significãdi coercẽdiue

gratiæ videãtur ad tempus datæ, quas et prophetæ d
futuras iuxta carnale sensũ prædixerũt, et exposit
omittedas docuerũt. Deinde inter leges humanas ex
istunt nõnunquã iniquæ, fruitæq; & pernitiosæ, vt
& abrogãtur vel auctoritate superiorũ, & cõsen
ente neglectu populi. Tale nihil est in legibus di
nis. Rursus humana lex suapte sponte cessat, vbi ra
tis causa propter quã lata est: veluti si cõstitutio
ret singulos quotãnis aliquid cõferre in structurã
pli, templo absoluto cessat rigor legis. Adhæc lex
hominibus lata nõ est lex, nisi fuerit vtentiũ cõsen
cõprobata. Lex diuina nec expendi debet, nec pos
abrogari: Quãquã & Moses lege lata ne singuli
populi colligerent, non quod hoc esset necesse, sed vt
magis haberet obnoxios. Impudens enim est lege
temnere, quã tuo suffragio cõprobaris. Postremo
leges hominũ, quæ ferè corporalia præscribunt, q
gogi sint ad pietate, cessare videntur, vbi quis
ad spiritus robur, vt iã talibus cæremonijs nõ egeat,
do pro virili vitetur scãdalũ infirmorũ, nõ mul
superstitiosorũ. Velut si pater præscribat filiæ impub
ne bibat vinũ, quo tutior sit illius virginitas
nuptias: cùm adoleuerit iãq; viro tradita fuerit
teneretur præcepto patris. Multæ leges habent
pharmacorũ, ea vero mutãtur & cedũt pro re
ipsis etiã Medicis approbãtibus, qui si semper
terentur remedijs à veteribus proditis, plures
rent, quàm sanarent. Multa tu quidem

quæ nõnulla placẽt, aliqua displicẽt, quædã nõ in-
telligo. L. Si lex episcopi quæstũ euidenter oleat, hoc
statuat vt singuli parochi bis in anno emãt aureo
cantaro ius absoluendi à casibus, quos vocãt, episcopa-
les, quo plus extorqueat à suis, obtemperãdũ censes?
S. Censeo, sed interim clamãdũ aduersus legẽ iniquã,
exclusa semper seditione. Sed vnde hic mihi pertota-
tur lenio? Tractẽt fabrilia fabri. L. Huiusmodi quæ-
stionibus sæpè torquemur in comitijs, interdũ dia-
rijs feruescit ad pugnã & sanguinẽ. S. Pugnet qui
volent: ego censeo leges maiorũ esse reuerenter susci-
piendas, & obseruãdas religiosè, velut à Deo profectas:
nec esse tutũ, nec esse pium, de potestate publica sini-
strã concipere, aut serere suspitione. Et si quid est ty-
rannidis, quod tamen non cogat ad impietatem, satius
est ferre, quàm seditiosa reluctari. L. Ista quidem ra-
tione fateor benè consultũ rebus eorũ, qui dignitate
pollent & tecũ sentio, nec illis inuideo. Cæterum lu-
bens audiam rationẽ, qua consulatur & populi vel
libertati, vel cõmodis. S. Deus nõ destituet populum
suũ. L. Verùm vbi interim illa libertas spiritus, quã
Apostoli promittunt ex Euangelio, quam Paulus
vbique inculcat? clamans, Regnum Dei non est esca
& potus: & quòd filij non simus sub pædagogo, nec
amplius seruiamus elementis huius mundi, aliáque
innumera: si tantò pluribus constitutionibus oneren-
tur Christiani quàm Iudæi, & si arctius obligant
hominũ leges, quàm plerasq; à Deo tradita præcepta?

S. Dicam Lanie. Nõ in hoc est Christianorũ libertas, vt liceat illis facere quæ velint, liberis a cõstitutionibus humanis, sed quod ex feruore spiritus ad omnia prompti, lubetes & alacres ea faciũt quæ præscribuntur, nimirũ filij potius quàm serui. L. Expeditius erãt et sub lege Mosaica filij, & sunt sub Euãgelio serui, atq; adeò vereor ne maxima pars hominum quide serui sunt, qui lege coacti suũ officiũ faciunt. Quid igitur discriminis inter nouã & veterem sit? Meo iudicio multũ interest, Quod vetus sub inuolucris docuit, noua sub oculos posuit: quod illa enigmatibus prædixit, hæc dilucidius ostedit: quod illa subobscurè præmisit, hæc exhibuit maxima quide ex parte. Illa tradita erat vni geti, hæc ex æquo docet omnes salutẽ: illa paucis Prophetis & eximijs viris impertijt insigne illã & spirituale gratiã, hæc emne dono rũ genus largiter effudit in omniũ ætatũ, sexũ & nationũ homines, linguas, sanationes, Prophetias, miracula. L. Vbi nũc igitur ista? S. Cessarũt, nõ interierũt: vel quia nõ est opus, iã euulgata Christi doctrina: vel quia plerig titulo tãtum Christiani, fide quæ est miraculorũ architectrix carent. L. Si propter incredulos ac diffidentes opus est miraculis, talium nunc plen. sunt omnia. Sa. Est incredulitas simplex errans, qualis erat Iudæorũ obmurmurãtium Petro quòd Cornely familiam recipisset ad Euangelij gratiam: qualis erat gẽtium, quæ religionẽ quam a maioribus acceperant, putabãt esse salutiferam, &

[illegible]dem doctrinam esse superstitionem peregrinam: hi confecti miraculis cæuersi sunt. Nunc qui dissident Euangelio, tãta luce per vniuersum orbe corruscãte, non simpliciter errant, sed excæcati malis affectibus nequeũt intelligere, vt bene agant: hos nulla miracula reduceret ad mentẽ meliorẽ. Et sanãdi tempus nunc est, puniendi post futurũ est. L. Quãquã multa dixisti satis probabiliter, tamẽ mihi propositum est, non sidere falsamentario, sed adibo Theologũ quendam eximiè doctũ, quicquid is de singulis pronũciauerit, cælestis oraculi vice fuerit. Sa. Quis iste? Pharetrius? La. Ille simpliciter delirat & ante annos, dignus qui concionetur deliris aniculis. S. Blitcus? L. An ego tã loquaci sophistæ credã? S. Amphicolus? L. Nunquã ei credam in soluendis quæstionibus, cui meo malo credidi carnes meas. An ille bona fide soluat problemata, qui pessima fide nondũ soluit pecuniam? S. Lemantius? L. Non vtor cæcis ad indicandam viam. Sa. Quis igitur? L. Si scire vis, Cephalus est, vir trium linguarũ & omnis politioris literaturæ perpulchrè gnarus, tum in sacris voluminibus & vetustis Theologis diu studioseq; versatus. Sa. Labo rectius consilium. Eas ad inferos, illic inuenies rabinũ Lruinum, qui tenedia bipenni dissecabit omnes tuas quæstiunculas. L. Tu præi, quò mihi viam appares. Sa. Sed extra iocum: Estne verum, quod narras, datam potestatem vescendi carnibus? L. Iudebam, vt te vrerem. Et si Romanus pontifex id vellet maximè, ordo salsamen-

tariorum moueret seditione: deinde mundus est ple-
nus pharisaicis hominibus, qui nõ alia re sibi possu-
vindicare sanctimoniã, nisi talibus obseruatiunculis
hi nec paterentur sibi detrahi iam partã gloriã, ne
sinerẽt minoribus plus esse libertatis, quam ipsis ip-
Minus ziczac. .i. minus pe-riculi. Ne in lanionũ quidẽ rem esset permitti liberũ qua-
rumlibet rerũ esum. Tũ enim varius esset euẽtus nr
stræ negotiationis, nunc certius est lucrum, & min
aleæ, minusq; laborũ. S. Verissima prædicas, sed eu
incõmoditas ad nos rediret. L. Gaudeo tandẽ inuẽi
aliquid, in quo salsamentario cũ lanione conueni
Iam vt incipiã et ipse serio loqui, quemadmodũ fo-
tasse expediret populũ Christianũ paucioribus cu-
stitutiunculis obstringi, præsertim si quæ non mul
aut nihil cõducunt ad pietatem, ne dicam offici
Ita non libet ab istis stare, qui omnes omniũ huma
constitutiones reijciunt, neque flocci faciunt. Imo
hoc ipsum multa faciunt, quia præceptum est, ne fa-
ciant. Attamen demirari non possum in plerisq; re-
bus præpostera mortalium iudicia. S. Idẽ nec ego sa
admirari possum. L. Cœlũ terræ miscemus, si quid pe-
riculi suspicamur, ne quid decedat põderis sacerdo
constitutionibus auctoritatiq; : & dormitamus cu
imminet euidens periculũ, ne tantũ tribuamus hu-
minũ auctoritati, vt auctoritati diuinæ minus tri-
buatur, quàm oportet. Sic à Scylla declinamus, vt no
metuamus Charybdim, malum exitialibus. Debetur
episcopis suus honos, quis negat? præsertim si agunt
quod

gnatur. Sed impiũ est honores soli Deo debitos
ferre in homines, & dũ impensè reuerentur ho-
mine parũ reuereri Deum. Et honorãdus quis in pxi-
mo, venerãdus in pximo, sed interim adhibenda cau-
tio, ne Deus per hanc occasionẽ suo frandetur honore.
3. Itide videmus multos in tantũ fidere corporalibus
ceremonijs, vt his freti negligant ea, quæ sunt veræ
pietatis: suis meritis arrogãtes quod est diuinæ largi-
tatis: & ibi cõsistentes vnde gradum erat ad perfecti-
onẽ: & ex his rebus proximũ calũniantes, quæ per se
nec bona sunt, nec mala. L. Quin in eadem re cum duo
sint, quorũ alterũ altero præstantius, semper deterio-
ris est nobis potior ratio. Corpus & quæ corporis sunt
vbique plurius sunt, quàm ea quæ sunt animi. Et ho-
minem occidisse, pro graui crimine ducitur, vt est: ac
pestifera doctrina, vipereis instinctibus corrupisse
mentem hominis, ludus est. Si sacerdos alat capillitiũ
um, aut vestem sumat hominis prophani, rapitur in
carcerem, acriter punitur: si bibat in lupinari, si scor-
tetur, si ludat aleam, si vitiet alienas vxores, si nihil
attingat sacræ lectionis, tamen columna est ecclesiæ.
Non excuso mutatam vestem, sed accuso præposte-
rum iudicium. Sa. Imò si non persoluat pensum pre-
cum horariarum, paratum est anathema si fœnere-
tur, si simoniam admittat, impunè est. L. Si quis vi-
deat Carthusianum aliter vestitum, aut vescentem
carnibus, quàm execratur, quàm horret, quàm timet
ne terra debiscens, & spectatorem, & spectatum
absor-

absorbeat: idē si videat eum temulentū, mendacibus verbis in famā aliorū debacchātem, manifestus dolus imponetem tenui vicino, nemo perinde abominatur. S. Veluti si quis videat Franciscanum enodi cingulo cinctū, aut Augustinēsem nō corio, sed lana cinctū, aut discinctū Carmelitā, aut cinctū Rodiensem, rursus si percalceatū Franciscanum, aut semicalceatum Cruciferū, nónne cōcitaret Tyria, quod dici solet, moria? L. Imò nisi apud nos ex duabus fœminis, quarū vtrāq; dixisses prudentē, altera abortyt, altera cōcidit syncopi, quòd conspicerent Canonicum quendā sacris virginibus, præfectū in propinqua vicinia, sed tamen in publico obambulare, qui vestem lineā non haberet tectam nigro pallio. At eadem crebrò viderant aues eiusmodi comessantes, cantillantes, saltitantes, non addam cætera, nec vllā sentiebāt nauseā. Sa. Sexui fortasse debetur venia. Opinor tibi notum Polythrescum. Is ægrotabat periculosè, phthisis erat. Medici diu sudauerant, vt vesceretur ouis & lactarijs, sed frustra: eōdem cohortabatur Episcopus. Ille cùm esset vir non indoctus, & Theologiæ baccalaureus, videbatur citius emorituras, quam veritus Medici consilio morem gesturus. Ita visum est Medico & amicis vt falleretur, parata est sorbitio ex ouis & lacte caprino, dictum est lac amygdalinum. Ille lubens comedit, & idem aliquot diebus faciens, cœpit habere meliusculè, donec puella quædam facū prodidit. Ibi cœpit quod comederat, reuomere. Si

Tyria maria, i. summos tumultus. Vide proverbium.

idem

dem superstitiosus lacte, nulla religione cõmotus est, no minus abiurarit pecuniam mihi debitam. Nam yrographũ simpliciter exhibitũ clàm vngui scide- at. Delatũ est iusiurandũ, ego illi cessi. Is verò tam on grauatim recepit, vt optare videretur quotidia- es eiusmodi delationes. Quid hoc indicio peruersius? ectabat aduersus mentem ecclesiæ, qui hîc nõ obtẽ- eruit sacerdoti & Medicis: & in periurio mani- esto firmã habebat conscientiã tã infirmus in lacte. Hic mihi succurrit fabula, quã nup Dominicanus mida narrauit in cõcione frequẽtissima, quo sermo- u amaritudinẽ (nã die parasceues exponebat morte ẽ omini) iucundiore narratione dilueret. Virginẽ sa- rã oppresserat adolescens, vteri tumor arguit, factũ, onnocatus est virginum chorus, præsedit abbatissa. Accusata est. Inficiali statui non erat locus. Argu- mentum erat necessarium. Cõfugit ad statum quali- tatis, nisi manus translationis. Oppressa sum à valen- tiore. At saltem excl. messes. Fecissem, inquit, sed in dormitorio nefas est soluere silentium. Sic hæc fabu- la, modò fateamur hoc stultiora geri permulta. Nũc dicam quod his oculis vidi. Nomen hominis locique flebitur. Habebam affinem Priorem abbati proxi- mũ, ordinis Benedictini, sed ex eorum numero, qui non vescuntur carnibus, nisi extra locum, quem ap- pellant magnum refectorium. Habebatur doctus, & ipse volebat haberi, annos natus ferè quinquaginta. Certare poculis & hilarescere vino, erat illi quoti- dianum.

Iuficialis status, cum facti negatur. Qualitatis, cum defenditur, vt iure factũ. Trãslationis cum culpa facti transfertur in alium.

dianũ. Duodecimo quoque die adibat thermas publicas, illic dabatur opera purgãdis renibus. S. Erat vnde id fieret? L. Possidebat annuè sexcentos florenos. S. O paupertatẽ optabilẽ. L. Ex vino & Venere incidit in phthisin. Desperãtibus Medicis abbas imperabat esũ carnium, addes illud terribile verbũ, sub pœna inobedientiæ. Ille vix adigi potuit, vt moriens gustaret carnes, à quibus tot annis non abhorruerat. Sa Prior tali abbate dignus. Diuino tamẽ quos dicas: nã eandem fabulã & ab alijs audire memini. L. Diuina. S. Nónne abbas est prægrãdi obesoq; corpore, lingua subblæsa: Prior humiliore statura, sed erecta, gracili vultu? L. Diuinasti. S. Accipe par pari relatũ. Audies quod nup ipse vidi, cuiq; nõ interfui solùm, verùm etiã propemodũ præfui. Erãt duæ monachæ, quæ visebant cognatos suos. Vbi venissent, quò volebant, famulus per oblitionẽ reliquerat codicẽ precũ iuxta consuetudinem ordinis et loci in quo viuebant. Deum immortalem, quanta illic perturbatio. Non audebant cœnare, nisi dictis precibus vespertinis, nec sustinebant ex alio codice dicere quàm ex suo. Interim tota domus cœnaturiebat. Quid multa? Cantherio recurrit famulus, sub multam noctem adfert relictum codicem. Dicuntur preces, vixq; ad decimam cœnauimus. La. Hactenus nihil audio quod sit magnoperè reprehendendũ. S. Nimirùm dimidiũ duntaxat audisti fabulæ. Inter cœnandũ cœperũt illæ virgines hilarescere vino, tãdẽ risu soluto, iocis parùm pudicis per-

...frepit cõuiuiũ, sed nemo licentius egit, quàm illa, ...nisi dictis ex ordinis forma precibus cœnare no... ...ũt. A cõuiuio lusus, choreæ, cãtilenæ, reliqua nõ ...deo cõmemorare, sed planè vereor, ne quid ea nocte ...tratũ sit parum virgineũ, nisi me fallebãt præmia, ...scius lusus, nutus & suauia. L. Istã peruersitatẽ nõ ...imputo virginibus, quàm sacerdotibus earum cu... ...m gerentibus. Sed agè, fabulam fabula persabo, ...mpotius audies oculatã historiam. Hisce diebus ...quit coniecti sunt in carcerem, quòd arsissent die ...minico panem coquere, cum fortè deesset. Equidem ...damno factum, sed exutio iudicium. Aliquãtò ...die dominico, qui vulgò palmarum dicitur, for... ...rat cur vicus propinquus mihi esset adeundus. ...tum ad horã diei fermè quartam à prandio, ob... ...m habeo, ridiculum ne dicam, an miserãdum spe... ...culum, arbitror nulla Bacchanalia plus habuisse ...pitudinis. Alij vacillabant huc illuc vino, non ...er quàm nauis destituta rectore iactatur ventis ...fluctibus. Erant qui complexi brachium alterius ...nebant lapsante, sed ipsi parùm firmi: alij subin... ...adebant aegrè surgebãt: nõnulli quernis frondi... ...erant coronati. S. Magis conueniebat pampineis, ...addendi thyrsi. L. Senior quidã Silenum agens, ...ina in more sublimis gesteabatur humerus, eo ge... ...quo solent olim efferri cadauera, pedibus eò per... ...us quo ibãt, nisi quòd pronus baiulabatur, ne ve... ...u præfocaretur supinus. Is miserè conuomebat

Pampineis, quia Bacchi operabantur Thyrsi hastæ vitreæ, quas gestabant agentes Bacchanalia.

...sus

ſuras & calcaneos extremorum baiulorũ. Nec intra
baiulos quiſquam erat ſobrius, pueris ridebãt, ſed ſi
vt facile diceres mentem abeſſe Bacchi furor habe
omnes. Atq; hac põpa ciuitatem ingreſſi ſunt, ſup
clara luce. S. Vnde collegerãt eã inſaniam? L. In
propinquo vinũ paulo vilius vẽditur, quam is v
be, eò ſe cõtulerant aliquot cõbibones, quo vilius
ſanirẽt, ſed largius. Non enim minus impẽſum eſt
cuniæ, ſed plus cõtractũ eſt demetiæ. Hi ſi guſtaſſe
ouũ, velut admiſſo parricidio ptracti fuiſſent in
cerẽ: cùm præter omiſſam ſacrã concionẽ, præter
glectas preces veſpertinas, in die tã ſacrato tantu
intẽperãtiæ publicitùs eſſet admiſſã, nemo punit, n
mo deteſtatus eſt. S. Atqui vt iſthuc tãtopere mi
ris, in medijs vrbibus, in popinis tẽplo proximis, die
quãlibet feſtis, potatur, cantatur, ſaltatur, pugn
tãto ſtrepitu tãto q; tumultu, vt nec ſacrũ peragi, n
ſacra concio poſſit exaudiri. Itidem ſi eodem tem
cõſuiſſent calceũ, aut ſi in die Veneris guſtaſſet ſu
lam, capitis accerſerentur. Et tamen dies Domin
ob hoc potiſſimùm eſt inſtitutus, quo vacaret an
doctrinam Euangelicam: & ideo vetitum cõſu
calceos, vt ſit otiũ concinnandis animis. An nõ
mira iudiciorum peruerſitas? L. Prodigioſa. Iam
ipſo ieiunij præſcripto cùm duo ſint, alterum ab
nentia cibi, alterum delectus cibi: nemo neſcit p
illud præcepti diuini, aut certè iuxta præceptum
uinum eſſe: alterum verò non ſolum humanũ,

Menus apud Virgiliũ inducitur ſenex Epicureus. Eſt & Deus comes Bacchi.

Ieiunij, Abſtinentia & delectus cibi.

...pugnans cum apostolica doctrina, ...excusamus: tamẽ hîc quoque præposterè iu-
...cenare vulgò impunè est, gustasse cibũ ab ho-
...ne vetitũ, à deo permissũ & itẽ ab apostolis, capi-
...est. Ieiuniũ tametsi nõ constat esse certo præcep-
...ab apostolis, tamẽ illorũ exemplis ac literis cõmen-
...ũ est: at interdictũ ciborũ esum, quos Deus creauit
...vescendũ cum gratiarũ actione, vt fiebat apud
...dicè Paulũ quot lematis est opus? Et tamẽ toto pas-
...ne cænatur affatim, nullus offenditur: si valetu-
...quis gustet pullũ gallinaceum, periclitatur Chri-
...na religio. In Anglia vulgus quadragesima tẽ-
...uisiam cœnam apparat alternis diebus, nemo
...atur si febri periclitans tentet attingere ius pulli,
...quam sacrilegũ admissum videtur. Apud eos-
...in quadragesima, quo ieiunio vt nihil antiquius
...nihil sanctius habetur est apud Christianos, im-
...nè cænatur, vt dixi: si tẽtes idẽ extra quadrages-
...die Veneris, nemo feret. Si quæras quã ob rẽ, alle-
...ut patris consuetudinem. Execrantur eum, qui re-
...ne negligit consuetudinem: & ipsi sibi irasci sunt,
...negligunt vetustissimam totius ecclesiæ cõsuetu-
...em. S. Nec probandus est, qui sine causa negligit
...suetudinem patriæ, in qua vivit. I. Nec ego cri-
...ner eos, qui quadragesimã cum deo ventréque par-
...ntur, sed indico præposterum de rebus iudicium.
...ãdies dominicus præcipuè legatur institutus, quo
...ulus simul conueniret ad audiendum sermonem

Lemmatis i. argumentis, sed proprie argumentum sutile lemma dicitur.

Euangelicũ, qui non audit missam, abominabilis
qui negligit concionẽ, malẽs pila ludere, purum
Quantũ flagitium admissũ existiment, si quis
Eucharistiam illoris faucibus: quum nihil trep
cùm idem faciunt illoro animo, pernersis
ribus sordidato. S. Quàm multi sunt sacerdotes,
citus morteoppetat, quàm sacrificent calice &
non dñi ab episcopo consecrata, aut quàm sacris
veste quotidiana. At inter hos qui sic affecti
quàm multos videmus, qui non verentur
mensam accedere noctis proximæ crapula adhu
mulenti. Quanta trepidatio, si forte contigerit
pus Domini ea manus parte, quæ sacro oleo tinc
non fuit? Quin eadem religione despicimus, ne
phanus animus offendat dominũ. L. Vasa sacra
attingimus, & præcluũ admissũ arbitramur,
forte acciderit, & interim viua tepla sancti
quàm securi violamus? S. Humana cõstitutio
ne nothus, claudus, aut lascus recipiatur ad sac
nisteria. Hìc quàm simus difficiles, & tamẽ
passim recipimus indoctos, aleatores, temuletos,
tes & homicidas. Dicũt. Latet nos animarũ
De occultis non loquor, de his loquor quæ
propatulo sunt, quã vitia corporis. L. sũt &
qui ex functionibus nihil sibi vendicat, præter
nes, aliaq; sordida, cõcionandi munus, quæ prima
nitas est episcopi, cedunt quãlibet sordidis, haud
quam facturi, nisi præpostero iudicio teneremur

festũ diem violat ab episcopo quopiã institutum, rapitur ad pœnam, Et satrapæ quidã, qui tot constitutionibus pontificũ & conciliorũ, tot fulminibus fortiter conceptis, impediunt canonicas electiones, opprimunt immunitates ecclesiasticorũ, ne hi quidem parcentes domibus, quæ fouendis senibus, ægrotis & egenis, ex piorũ hominum eleemosynis institutæ sunt, quasi Christiani sibi videntur, si sæuiant in leuissimarũ rerũ prævaricatores. L. Præstat satrapas missas facere, loquiũ de salsamentis & carnibus. S. Assentior. Redeamus igitur ad ieiuniũ & pisces. Audiui pontificũ leges nominatim excipere pueros, senes, ægrotos, invalidos, graue laborem sustinentes, prægnantes, lactantes, ac vehementer tenues. L. Idẽ & ipse frequenter audiui. S. Rursus audiui præcellẽtem quendam Theologum, opinor Gersoni nomen esse, hoc addere si quid extiterit causæ paris momenti, cum his quæ pontificũ leges nominatim excipiunt, similiter cessare vigorem præcepti. Sunt enim corporum peculiares habitus, qui reddunt capitalem inediam, quàm morbus euidens: & sunt viri non morbiné, qui non apparent, cùm reuera plus habeant discriminis. Proinde qui sibi notus est, nihil opus habet consulere sacerdotem: quemadmodum infantes non consuluntur sacerdotem, quia causa eximit illos à lege. Et qui pueros, aut vehementer senes, aut alioqui invalidos adigunt ad ieiunium, aut esum piscium, bis peccant: primum aduersus

se felicem: caterum infelicem fieri, si accedat Can
Sic enim loquitur,
Senio nec nostrum cum cane quassat ebur.
Iam Veneris iactum esse vt rarum, ita felicissimu
indicat Martialis in Apophoreto:
Cùm steterit vultu nullus tibi talus eodem,
Munera me dices magna dedisse tibi.
Tot autè talis ludebatur, quot quisq; habet latera.
Nã tesseris nõ plus tribus ludi solet. Sed propius
Similiter. ludendi ratione facit, quod scribet Suetonius in Oc-
tauio Augusto, recitans ex illius quadam ad Tyb
epistola hæc. Inter cœnã lusimus γερονΤικῶς &
ri & hodiè. Talis enim iactatus vt quisq; Canem
senionem miserat, in singulos talos, singulos dena
in medium cõferebat, quos tollebat vniuersos qui V
neremiserat. Qui. Docuisti felicissimum esse iac
cùm omnes tali quatuor ostenderint diuersum iac
quemadmodum in tesserarũ ludo fortunatissimus
qui dicitur Midas: at nondum declarasti hũc iac
dici Venerẽ. Ca. Illud expediet tibi Lucianus, in
quens in Cupidinibus: Καὶ βαλὼν μὲν ἐπὶ σκο
μάλιστα δ' ἐπαρᾶται τὴν θεὸν ἀντὴν ἐυβολάσει
μηδενὸς ἀστραγάλου πεσόντος ἴσα ἢ χείμασι πε
σεκύνει, τὰς ἐπιθυμίας τευξεῖσθαι νομίζων. Q

i. & iactans quidem ad scopum, maxime vero quãdo ipsam deã feliciter iactasset nulla scilicet talorũ æquali figura cadente adorabat, arbitratus se desiderio suo fruiturum.

quis

…ẽ illic de Venere. Qu. Si falsus est Theodorus,
…ctium latera suis vocabulis designãtur. Ca. For-
…alienus auctoritatem ille secutus est, quæ nos
…it: quod apud veteres compertum est, adferimus
…medium. Nã sunt qui meminerunt de numero Ste
…ris in talis, quem putant ogdoadem esse: item de
…ripideo, qui continebat quadraginta. Qu. Restat vt
…ul leges præscribas. Ca. Nõ arbitror pueros ijsdem
…legibus, quibus se vsum fuisse scribit Octauius.
…probabile est hoc ludẽdi genus quod, commemo-
…fuisse publicum. Id si fuisset, satis erat dixisse. In-
…cenã lusimus talis. Sed mihi subindicare videtur
…ludendi conditionem inter illos repertam, velut
…um senibus, minimé q torquẽtem animos solicita
…itatione, quẽadmodũ faciũt hodie cõplures lusus,
…leuius sit intendere studijs. Qui. Profer, obsecro
…reliquos talos, vt experiamur. Car. Sed deest no-
…turricula voluendis talis, deinde tabula. Quir.
…fecerit hæc mensa in qualecunque specimen exhi-
…dum. Pro turricula suffecerit cyathus aut pileũ
…imò complexus cauarum manuum. Iactus sæpius
…dit supinam partẽ, quàm pronam: & pronã sæ-
…quàm senionem, aut canem. Qui. Videtur. Ca.
…ter quatuor talos extiterit vnus canis, expones
…ũ: si duo, duos: si tres, tres: si quatuor, quattuor.
…quoties ieceris senionem, toties excipies vnum è
…mis. Qui. Quid si senionem cum cane? Car. Si
…uterq; nummum addet: neuter tollet: cui primũ
…gerit Venus, is auferet acerumm. Quir. Quid si

talus ostendat partem supinam aut pronã? Ca. Is
Etus erit irritus, & aut tu iactum repetes, aut iac
di ius ad me deuoluetur. Qui. Placet deuolutio. C
Nunc appone sortem. Qu. Experiamur absque p
riculo. Ca. Vis tu tantam artem discere gratis? Q
Verùm impar certamẽ est inter artificem & rud
Ca. Atqui spes lucri, & damni metus reddet te
tentiorem. Qu. Quanti certabimus? Ca. Si vis
dite sere, centum ducatis. Quir. Vtinam sint, q
deponam. Tutius est paulatim dite scere. En tibi s
dim assem. Ca. Age, addemus pusillũ pusilli, quẽ
modũ monet Hesiodus, sic quoq; fiet ingens acerv
Conuolue ac mitte. Felix auspiciũ, cane habes, ap
ne nummũ, & posthac agnosce damnosum latus.
talos. Qui. Felicius auspicium, treis habet canes,
pone. Ca. Insidiatur tibi fortuna. Mitte, sed cura
solutos, ô bone. Labor irritus, pronum habes & s
num. Succedo, trade talos. Qui. O factum benè, n
sũ treis video canes. Ca. Μὴ πρὸς τῆς τύχης ἐπ
μιον. Illectat inquã te fortuna. Sed heus tu, ad
quidem modum edoctus sum. At mea sentẽtia fe
tusit Octauius. Qui. Quomodo? Ca. Qui canem
rat, apponebat denarium, vt diximus. qui senio
bil quidẽ auferebat, sed alter ponebat. Qui. Qu
plures senziones exissent? Ca. Totidem nummi
addebat. Bene cumulatũ acerruum semel tollebat
nus. Et illud addas licebit. Cui nec senio obtigerit
canis, nihil aliud quàm mittendi vicem perdet. Q
Non recuso. Ca. Mihi videtur & hoc elegantius

ter

1. Ne ante victoriã. Encomion, vide prouer.

...rtio quisq; iactu desungatur, qui talos tenet, et mox ...lteri tradat vices. Qui. Placet, sed quota Venus si- ...uet ludum? Ca. Tertia, si videtur. Deinceps liberũ ...nt de integro pasci. Siquidem tum raro, tum pau- ...is fauet Venus. Nũc aggrediamur bonis auibus. Q. ...iat, sed praestat occludere fores, ne nostra culina re- ...gina videat nos puerorum more ineptientes. Ca. Imò ...militer potius. A deóne loquacem habes famulam? ...Qui. Tam futilem, vt si desint homines, quibus nar- ...et quicquid domi geritur, lõgo sermone gallinis nar ...et, ac felibus. Ca. Heus puer, claude ostium. & obde ...sulum, ne quis subitus interueiat spectator, quò li- ...ceat ad satietatem vsq; ludere.

Mulierũ senatum instituit Heliogabalus in colle Quirinali, vt auctor est Lãpridius gynaicosyn. i. conciliabulũ mulierculariũ.

SENATVLVS, siue GYNAIKOSYNEDRION.

Cornelia, Margareta, Perotta, Iulia, Catarina.

Cor. Quod felix faustumq́ue sit huic ordini, totiq́ue Reipub. fœminæ, & si frequentes hodie conuenistis et alacres, vnde spem optimã concipio futurũ vt Deus propitius cuiq; de suggerat in animum, quæ ad communem omnium & dignitatẽ, & vtilitatem pertinent. Scitis, opinor, omnes, quantum hinc commodis nostris decesserit, quòd cùm viri quotidianis conuentibus suum agant negotium, nos colo telaq; assidetes causam nostrã deserimus. Itaqueres huc deuenit, vt nec inter nos sit vlla Reipublicæ disciplina, & viri nos penè p delectamẽtis habeant vixq; hominis vocabulo dignẽtur. Quòd si qua cœpimus, pergamus, di-

nimirū vos ipsæ, quò tandem res sit euasura? Vereor enim verbi sinistri omini eloqui. Vt dignitatem nostram negligamus, certè incolumitas debet esse cura.

PROVERB. At sapientissimus ille rex scriptū reliquit, ibi demū esse salutem, vbi multa consilia. Habent episcopi suas synodos, habēt monachorum greges sua conciliabula, habent milites suas stationes, habent fures sua cōuenticula: denique habet & formicarum genus suos cōgressus. Sola omniū animantium mulieres nunquam coimus. Ma. Sæpius quàm decet. C. Nondum interloquendi tempus est. Sinite me perorare, dabitur singulis dicendi locus. Neq; nouum est quod facimus, vetus exemplum reuocamus. Siquidē ante annos mille trecētos, ni fallor, Heliogabalus Cæsar laudatissimus. Pe. Quis laudatissimus, quem vnco tractū in cloacam proiectū esse constat? Co. Rursus interpellor. Si quem hac ratione probamus aut improbamus, mālū dicemus Christum, quòd in crucem suffixus sit: pium Dominum, quòd domi sit mortuus. Atqui nihil obijcitur Heliogabalo atrocius, quàm quòd sacrum igne, quod vestalibus seruabatur, in terram abiecerit, quodque domi in larario Mosen habuerit & Christum, quem illi contumeliæ causa Christum vocabant. Is igitur Heliogabalus instituit, vt quemadmodū Imperator cum suis habebat senatum in quo de rebus communibus consulteret: ita haberet & mater illius Augusta senatū suum, in quo de fœmineæ gentis negotijs tractaretur, quem viri vel iocādi, vel discernēdi gratia Senatulum vocabant. Hoc exemplū tot iā seculis intermissum,

Larariū, Sacrarium domesticum, in quo Lares & dij peculiares adorabātur. Quod autem hic Heliogabalo attribuitur, Lampridius Alexandro Seuero adscribit.

issum, res ipsa iãdudum monet nos instaurare e. illã moueat, quòd Paulus apostolus vetat mu- rem loqui in cœtu, quem ille vocat ecclesiã: de cœ- virorum loquitur, hic cœtus est muliebris: Alio- si semper tacendum erat fœminis, in quem vsum ura dedit nobis & linguas non minus expeditas, am sunt virorum, et vocẽ non minus sonorã? quã- am illi sonant raucius, ac proprius referunt asinos, nos: Verùm illud oportet nobis omnibus esse , vt ex grauitate tractemus hoc negotiũ, ne rur- viri Senatulum appellent: aut fortasse probrosius quod nomen excogitent, vt solent in nos libenter dicaces. Quanquàm si liceat illorum comitia ve- stimare, plus quàm muliebria videri possint. Vi- mus monarchas tot iã annis nihil aliud quàm bel- gerari: inter Theologos, sacerdotes, episcopos, & opulum nihil conuenire: quot homines, tot sentẽtiæ. m his ipsis plus quàm muliebris est inconstãtia. ec ciuitati cum ciuitate, nec vicino cum vicino cõ- rdia est. Si nobis essent traditæ rerum habenæ, ali- anto, ni fallor, tolerabilius haberent res humanæ. on est fortasse fœminei pudoris, tantis proceribus ribuere stultitiam: at fas est, opinor, recitare quod cripsit Solomon prouerbiorum capite decimo tertio, nter superbos semper iurgia sunt: qui autem agunt mnia cum consilio, reguntur sapientia. Sed ne vos ngiore morer proœmio, vti singula gerantur ordi- e, decenter & sine tumultu, primo loco tractandum rit, quæ debeant interesse consilio, quæ submouendæ

sint.

sint. Nã immodica turba, tumultus est verius, qui
concilium: & paucorum consessus habet quiddã
rannicum. Huc ego censeo nullã recipiendam virg
nẽ eò quòd incident permulta, quæ nõ decet illas a
dire. Iu. At quo signo dignoscas virgines? An
virginibus habebuntur, quæcunque coronam gest
Co. Non. At nuptas tantum recipiendas censeo.
Et inter nuptas virgines sunt, quæ maritos habet
muchos. Co. Sed tribuatur hoc honoris coniugii,
nuptæ pro mulieribus habeantur. Iu. Alioqui si n
excludimus nisi virgines, erit immẽsa turba, nec m
tum decrescet numero. C. Excludentur et plus qu
ter nuptæ. Iu. Quam ob rem? Cor. Quoniam illu
lust emeritis debetur missio. Idem censeo de septua
sumum annum egressis. Statuendũne qua nomina
de viro suo loquatur petulancius, in genere fas sit
ea moderatione, ne quid nimis. Cat. Quî minu
liberè de viris liceat dicere, cùm ipsi de nobis nusq
non loquantur? Meus Titius si quando studet esse
uiua festiuior, narrat quid mecum noctu egerit, q
dixerim, neque rarò multa solet affingere. Cor.
velimus fateri verũ, nostra dignitas pendet à vir
eos si traducimus, quid aliud quàm nos ipsas debas
stamus. Quanquàm autem habemus nõ paucas insti
querimoniæ causas, tamen expensa rerum omniu
summa, nostra potior est, quàm illorum conditio. I
dum quærũt rem, per omnes terras ac maria volit
non sine capitis discrimine: Illi si bellum incidat, exte
tantur buccina, ferrei stant in acie, dum nos domi se

demu

tutæ. Si quid committunt aduersus leges, gra-
in illos animaduertitur, nostro sexui parcitur.
nig, magna ex parte in nobis situm est, vt cõmo-
habeamus maritos. Restat vt de consessus ordine
atuatur, ne nobis eueniat, quod frequenter vsu ve-
regum, principum ac pontificum oratoribus, qui
consilijs totos tres menses litigant antequàm pos-
considere. Itaque censeo primum esse debere no-
ordinem, & in his præcedẽt quæ quatuor ha-
nobilitatis partes: proximæ quæ tres: deinde
duas: postremæ quæ vnam: postremò, quæ dimi-
tum. Et in singulis ordinibus locus ex antiquitate
signabitur. Nothæ in suo quoque ordine extremũ
nebunt locum. Alter cõsessus erit plebeiarum, in
primas tenebunt quæ copiosiorem sobolem enixæ
nt inter pares, litem derimet ætas. Tertius erit
arum quæ nondum peperierunt. Cata. Quò mittis
viduas? Cor. Commodè mones. Istis locus dabitur
medio matrũ si modò liberos habẽt, habuerũtue.
teriles extremum obtinebunt locum. Iul. Quem lo-
um designas sacerdotum ac monachorum vxoribus?
r. De his proximo consessu deliberabimus. Iul.
uid de his, quæ corpore faciunt quæstum. Cor.
ẽ patiemur hũc senatum admixtu taliũ inquina-
Iul. Quid de concubinis? Cor. Istarum non
mplex est genus, de quibus per otium tractabitur.
Adyciendum est, quomodo fieri debeat senatus con-
ultũ, punctisne, an calculis, an suffragijs vocalibus,
an porrectis digitis, an discessione. Cata. Iã tal-

culis

culis dolus est, quemadmodum & punctis: si pedibus eatur in sententiam, quoniam vestes longas gerimus, nimium mouebimus pulueris: optimum igitur vti voce pronunciet vnaquaque, quod sentit. Cor. At difficile est numerare voces. Deinde cauendum ne fiat pro consilio conuitium. Cata. Nihil fi absque notarijs, ne quid possit excidere. Corn. Ita quidem consultum est numero. Sed quibus mod excludes conuitium? Cata. Ne qua loquatur n rogata, & suo ordine. Quæ secus fecerit, è senatu mo uebitur. Tum si qua quid effuterit eorum, quæ h aguntur, silentio plectetur triduano. Hactenus de ra tione tractandi. Nunc accipite quibus de rebus con sultandum sit. Primam oportet esse curam dignita tis, ea potissimum sita est in cultu, cuius rei tãtus c neglectus, vt hodie vix agnoscas discrimen inter no bilem & plebeiam, inter nuptam & virginem aut vi duam, inter matronam & meretricem. Adeò subla tus est pudor, vt quiduis vsurpent qualibet. Vide est plus quàm plebeias ac loci planè sordidi, vestir holosericis, vndulatis, florulentis, virgatis, bissinis, au reis, argenteis, pellibus Zebellinis, madauricis, cùm interim maritus domi consuat calceos. Digitos ha bent smaragdis & adamãtibus onustos. Nã vnione nunc vulgo fastidiuntur, ne quid querar de succinis & corallijs, & crepidis inauratis. Satis erat tenuiba in honorem sexus cingulis vti sericis, ac fimbrias ve stium serico limbo decorare: nunc geminum est mali & res familiaris extenuatur, & ordo, qui dignitatis

Conuitium Iureconsulti dictum putant quæ si conuocium.

est

...ſtos, confunditur. Si pilentis & lecticis ebora-
...is & byſſo rectis vehuntur plebeiæ, quid relictũ eſt
...obilibus ac potentibus? Et ſi vix equiti nupta can-
...ſtrahit vlnarum quindecim, quid faciet ducis aut
...uriti vxor? Atque hæc res hoc eſt intolerabilior,
...quòd mira temeritate ſubinde mutamus cultũ. Pri-
...dem è porrectis à vertice cornibus pendebant linteа-
...mina. Hoc ornatu fœminæ principes diſcernebãtur à
...plebeis. Illæ ne quid conueniret, ſumpſerunt pileа,
...hoc oſtentantia pelles albas nigris maculis variegа-
...tas. Statim vulgus arripuit. Rurſus mutato cultu sũ-
...ſumunt flammea nigra byſſo. Id faminarum vulgus
...non ſolùm auſum eſt imitari, verum etiã addiderũt
...ſtrophias aureas, denique & gemmeas. Olim nobiliũ
...erat à fronte atque à temporibus reuulſis pilis in ver-
...ticem capillos cogere. Non diu licuit, mox quælibet
...imitatæ ſunt. Tandem demiſerunt crines in frontẽ,
...primum & hoc imitatæ ſunt plebeiæ. Solæ nobiles
...olim habebant laterones & anteambulones, & ex hi
...unum delicatum, qui ſuã rectura manum porrigeret,
...qui lauã incedentis brachio dextro fulſiret. Nec hoc
...nemo in cõcedebatur, niſi bene nato. Nunc vt paſſim
...omnia faciunt matronæ, ita quoſlibet ad hoc officij reci-
...piunt, quemadmodum ad geſtandam à tergo caudã.
...Item olim ſolæ nobiles ſalutabant oſculo, nec quem-
...quam ad oſculum recipiebant, imò ne dextram quidẽ
...porrigebant quibuſlibet. Nunc qui corium olent, ir-
...rumpũt ad oſculum fœminæ quæ ſcutum habet, plenæ
...nobilitatis. Ne in cõiugijs quidẽ habetur vlla digni-
...tatis

Pilentum vehiculi genus apud Liuium, quo matronæ per vrbẽ vehebantur.

Flã. ornamẽta capitis, quæ vt Varroni placet linteа fuêre cuiuſlibet fœminæ.

tatis ratio. Patriciæ nubunt plebeis, plebeiæ patricijs: ita nascuntur nobis hybridæ. Nec vlla tã obscuro loco nata est, quæ metuit adhibere fucos omnes nobiliũ, cùm plebeus sufficere deberet, aut flos recentis cerussiæ, aut succus recens ab arbore detracti corticis, aut si quid aliud paruo parabile: purpurissam, cerussam, stibium, reliquósque colores elegantiores oportebat clarius fœminis relinquere. Iam in cõuiuijs, in publico incessu, quàm nullus ordo? Sæpe fit vt negotiatoris vxor dedignetur vtroque parente nobili cedere. Res igitur ipsa tandudum hortatur, vt hisce de rebus aliquid certi statuamus, atque hæc inter nos facilepoterunt transigi, quoniam nõ nisi ad fœmineũ pertinet genus. Est autem & quod cum viris agamus, qui non summouent ab omni dignitate, ac tantum nõ proletricibus & cocis habent, ipsi res omnes pro suo getũ arbitratu. Concedemus igitur illis magistratus publicos, ac bellicæ rei curam. Quis hoc ferret, quod thypeo semper vxoris insignia leuium habẽt latus, etiã tribus partibus superet viri nobilitatem? deinde per est, vt in elocandis liberis etiã mater habeat ius suffragij. Et fortassis hoc quoque eximemus, vt vitiũ geramus officia publica, dũtaxat quæ intra mœnia, et sine armis geri possũt. Hæc est summa rerum de quibus mihi videtur operæprecium consultare. Superest apud se quæq; deliberet, vt de singulis fiant senatusconsulta, & si cui vestrum aliud quippiã in mentem venerit, cras in mediũ conferat. Conueniemus enim diebus singulis, donec synodũ absoluerimus. Adhibeantur

Fucus, color ascititius.

...ntur notarie quatuor, quæ notis exripiant quic-
...ad dicatur. Præterea quæstoriæ duæ, quæ loquendi
...estatem, vel faciant, vel adimant. Sit hic cõsessus
...inationis loco.

DILVCVLVM.

Nephalius, Philypnus.

Nephalius, sobrius & vigilans. Philypnus somni cupidus.

Neph. Hodie te conuentum volebam Philypne, sed
...raris esse domi. Ph. Non omnino mentiti sunt: ti-
...quidem non eram, sed tum mihi eram maxime. N.
...isthuc ænigmatis est? P. Nosti illud vetus pro-
...nium. Non omnibus dormio. Nec te fugit ille Na-
...cius, cui cùm Ennium familiarẽ inuisere volẽ-
...ancilla iussu heri negasset esse domi, sensit Nasica
...discessit. Cæterùm vbi vicissim Ennius Nasicæ do-
...um ingressus, regaret puerũ, num esset intus, Nasi-
...de cõclaui clamauit, Nõ inquies, sum domi. Cũq;
...nius agnita voce dixisset, impudens, nõ te loquen-
...em agnosco? Imò tu inquit Nasica impudentior, qui
...ihi ipsi fidem nõ habeas, cùm ego crediderim ancillæ
...a. Neph. Eras fortassis occupatior. Phil. Imò
...uiter otiosus. Neph. Rursum ænigmate torques.
...i. Dicam igitur explanatè, nec aliud dicam sicum
...am sicum. Neph. Dic. Phi. Alium dormiebam.
...ep. Quid ais? Atqui iam præterierit octaua, cùm
...l hoc mense surgat ante quartã. Phi. Per me qui-
...em soli liberum est vel media nocte surgere, modò
...ihi liceat ad satietatem vsque dormire. Neph. Ve-
...m isthuc vtrum casu accidit, an consuetudo est? P.
...nsuetudo prorsus. Nep Atqui rei non bonæ con-

ſuetudo peßima eſt. Phi. Imò nullus eſt ſomnus ſu
nior, quàm poſt exortum ſolem. Nep. Qua tande
hora ſoles lectum relinquere? Phi. Inter quartam
nonam. Ne. Satis amplum ſpatium, vix tot horu
muntur reginæ. Sed vnde veniſti in iſtã cõſuetu
nem? Phil. Quia ſolemus conuiuia, luſus & iocos
multã proferre noctem, id diſpendij matutino ſom
penſamus. N. Vix vnquã vidi hominem te perdit
prodigum. Ph. Mihi parſimonia videtur magis
profuſio. Interim nec candelas abſumo, nec veſtes
tero. N. Præpoſtera ſanè parſimonia, ſeruare vitr
vt perdas gẽmas. Aliter ſapuit ille philoſophus,
rogatus quid eſſet pretioſißimum, reſpondit Tem
Porrò cùm conſtet diluculum eſſe totius diei parte
optimam, tu quod in re precioſißima precioſißim
eſt gaudes perdere. Phi. An hoc perit quod du
corpuſculo? Nep. Imò detrahitur corpuſculo,
tum ſuauißimè afficitur, maximeq; vegetatur,
tempeſtiuo moderatoq; ſomno reficitur, & matut
vigilia corroboratur. Phil. Sed dulce eſt dorm
Neph. Quid eſſe poteſt dulce nihil ſentienti?
Hoc ipſum dulce eſt, nihil ſentire moleſtiæ. Ne
qui iſto nomine feliciores ſunt, qui dormiũt in ſep
chris. Nam dormienti nonnunquã inſomnia mole
ſunt. Phi. Aiunt eo ſomno maximè ſaginari corp
Neph. Iſta glirium ſagina eſt, non hominum. Re
ſaginãtur animaliaquæ parãtur epulis, homini quo
ſum attinet accerſere obeſitatem, niſi vt grauiore ſa
cina onuſtus incedat? Dic mihi ſi famulum h

Glirium ſaginī Varro tradit in re ruſtica

virum

...tum obesum malles, vegetũ & ad omnia munia
...bilem. Ph. Atqui non sum famulus. Neph. Mihi
...t est, quod ministrum officijs aptũ malles, quàm be-
...e saginatum. Ph. Planè mallem. Neph. At Plato
...xit, animũ hominis hominẽ esse, corpus nihil aliud
...se, quàm domicilium aut instrumentũ. Tu certè fa-
...beris opinor, animũ esse principalem hominis por-
...nem, corpus animi ministrum. Ph. Esto, si vis. Ne.
...m tibi nolles ministrũ ab domine tardum, sed agi-
...alles & alatrem, cur animo parasministrũ igna-
...m, & obesum? Phil. Vincor verũ. Ne. Iam aliud
...ndium accipe, vt animus longè præstat corpori,
...fateris opes animi longè præcellere bona corporis.
...i. Probabile dicis. Ne. Sed inter animi dona, pri-
...s tenet sapientia. Phi. Fateor. Ne. Ad hanc pa-
...ndam nulla diei pars vtilior, quàm diluculũ, cùm
...l nouus exoriens vigorẽ & alacritatem adfert re-
...s omnibus, discutitq; nebulas è ventriculo exhalari
...nsuetas, quæ mentis domicilium solent obnubilare.
...hi. Non repugno. Ne. Nunc mihi suppũta quan-
...m eruditionis tibi parare possis quatuor illis horis
...as somno intempestiue perdis. Phi. Profecto mul-
...Ne. Expertus sum, in studijs plus effici vna hora
...atutina, quã tribus pomeridianis, idq; nullo corpo-
...is detrimento. Ph. Audiui. Ne. Deinde illud repu-
...si singulorum dierũ iacturam in summam cõferas,
...antus sit futurus cumulus. Phi. Ingens profectò,
...ep. Qui gèmas & aurum temerè profundit, pro-
...gus habetur, & tutorem accipit: hæc bona tanto

preciosiora qui perdit, nonne multo turpius prodig
est? Phil. Sic apparet, si rem recta ratione perpend
mus. Nep. Iam illud expende quod scripsit Plat
nihil esse pulchrius, nihil amabilius sapientia, qu
corporeis oculis cerni posset, incredibiles sui amor
excitaret. Phi. Atqui illa cerni non potest. Ne. F
teor corporeis oculis: verum cernitur oculis ani
quæ pars est hominis potior. Et vbi amor est incred
bilis, ibi summa voluptas adsit oportet, quoties a
mus cum tali amica congreditur. Phi. Verisimile n
ras. Ne. I nunc, & somnum mortis imaginem &
voluptate commuta, si videtur. Phi. Verum utiq
pereunt nocturni lusus. Ne. Bene pereunt quæ pe
ra melioribus, inhonesta præclaris, vilissima preci
simis permutãtur. Bene perdit plumbũ, qui illud
tit in aurũ. Noctem natura somno tribuit. Sol exo
ens cum omne animantium genus, tum præcipue
minẽ ad vitæ munia revocat. Qui dormiunt, inq
Paulus, nocte dormiunt: & qui ebrij sunt, nocte e
sunt. Proinde quid turpius, quàm cũ omnia animã
cũ Sole expergiscántur, quadã etiã illum nõdum
parentem, sed aduentantem cãtu salutant, cùm El
phãtus Solem orientem adoret, hominem diu post s
lis exortum stertere? Quoties aureus ille splendor il
strat cubiculum tuũ, nónne videtur exprobrare do
mienti. Stulte quid optimã vitæ partem gaudes p
dere? Non in hoc luceo, vt abditi dormiatis sed vt re
bus honestissimis inuigiletis. Nemo lucernam accen
dit, vt dormiat, sed vt aliquid operis agat: & ad hã
luce

Apud Ciceronem lib. 1. off.

Ouid. Tõnus gelidæ mortis imago.

1. Thess. 5.

rum omnium pulcherrimam, nihil aliud quàm
rtus? Ph. Bellè declamas. Ne. Non bellè, sed verè.
gè non dubito, quin frequenter audiueris apud He-
dum, Sera in fundo parsimonia. Ph. Frequentissi-
è. Nam in dolij medio vinum est optimũ. Ne. At
in vita prima pars, nimirùm adolescẽtia, est opti-
. Ph. Profectò sic est. Ne. At diluculum hoc est
u: quod adolescentia vita. An nõ igitur stultè fa-
unt, qui adolescentiã nugis, matutinas horas somno
dunt? Ph. Sic apparet. Ne. An est vlla possessio,
tum hominis vita sit cõferenda? Ph. Ne vniuer-
quidem Persarum Gaza. Ne. An nõ vehementer
sses hominem, qui tibi vitam posset ac vellet malis
nibus ad annos aliquot decurtare? Ph. Illi mallem
vitam eripere. Ne. Verũ peiores ac nocentiores
bitror, qui sibi volentes reddunt vitam breuiorem.
Fateor, si qui tales reperiantur. Ne. Reperian-
r? Imò id faciunt omnes tui similes. Ph. Bona ver-
. Ne. Optima. Sic tuo cum animo reputa, nõne vi-
tur rectissimè dixisse Plinius, vitam esse vigiliam,
r hoc pluribus horis hominẽ viuere, quò maiorem
mporis partẽ impẽderit studijs? Somnus enim mors
edã est. Vnde & ab inferis venire fingitur, & ab
omero, Mortis germanus dictus est. Itaq; quos sõ-
us occupat, nec inter viuos, nec inter mortuos cen-
ntur, sed tamen potius inter mortuos. Ph. Ita vide-
r omnino. Ne. Nũc mihi rationem subducito, quã-
am vitæ portionem sibi resecant, qui singulis diebus
es aut quatuor horas perdũt somno. P. Video sum-

Persarũ luxus multorum literis celebratus.

Plinius in præfatione ad vespasianum.

miam immensã. Ne. Nonne pro Deo haberes Aleu-
mistam, qui posset decem annos vitæ summæ adijcere
& prouectiorem ætatem ad adolescentiæ vigorem re-
uocare? Ph. Quid ni habeam? Ne. Sed hoc tam diui-
num beneficium ipse tibi præstare potes. Ph. Qui fie-
Ne. Quia manè diei est adolescẽtia, vsq; ad meridi
fermè iuuentus, mox virilis ætas, cui succedit pro-
necta vespera, vesperam excipit occasus, velut die
mors. Magnũ autẽ vectigal parsimonia est, sed nus
quam maius quàm hic. An non igitur ingens lucri
sibi adiunxit, qui magnã vitæ partem, eamq; optim
perdere desijt? Ph. Vera prædicas. Ne. Proindè vi-
detur admodùm impudens eorũ querimonia, qui na-
turam accusant, quòd hominis vitã tam angustis fi-
nierit, cùm ipsi ex eo quod datum est, sibi sponte
tantùm amputẽt. Satis longa est cuique vita, si pare
dispensetur. Nec mediocris profectus est, si quis su
quæq; tẽpore gerat. At prandio vix semihomines su-
mus, cum corpus cibis onustam aggrauat mẽtem: nec
tutum est spiritus ab officina stomachi cõcoctionis of-
ficium peragẽtes ad superiora euocare. At cœna mul-
tò minus. At matutinis horis homo totus est homo:
dum habile est ad omne ministerium corpus, dũ ala-
cer viget animus, dum omnia mẽtis organa tranquil-
sunt ac serena, dum aura diuina, vt ait ille, particula
spirat, ac sapit originem suã, & rapitur ad honesta
Ph. Eleganter tu quidẽ concionaris. Ne. Apud Ho-
merũ audit Agamẽnon opinor, Ου χρὴ παννύχιον
εὕδειν βουληφόρον ἀνδρα. Quãtò turpius est tan-

1. Non decet per totam noctem dormire principẽ viũ, seu imperatorem

tam

dicipartem somno perderes? Ph. Verum sed hæ-
ρόπος. Ego nō sū dux exercitus. N. Si quid aliud
ri charius est, quā ipse tibi, ne quid te moueat He-
ri sententia. Faber ærarius ob vile lucellum surgit
ante lucem: & nos amor sapientiæ nō potest experge-
facere, vt saltem Solem ad lucrū inastimabile euocā-
tem audiamus? Medici nō ferè dant pharmacum nisi
diluculo. illi norūt horas aureas, vt subueniāt corpo-
ribus, nos eas nō nouimus, vt locupletemus ac sanemus
animū? Quòd si hæc leue pōdus habēt apud te, audi
quid apud Solomonē loquatur illa cœlestis sapiētia:
Qui manè ierit, vigilauerit ad me, inueniēt me. Iā in Prouerb. 8.
mysticis psalmis, quanta matutini tēporis cōmenda-
tio? Manè propheta extollit domini misericordiam, Psal. 58. 5. & 87.
manè exauditur vox eius, manè illius deprecatio præ-
uenit dominum. Et apud Lucam euangelistā popu- Luc 6.
lus sanitatem ac doctrinā expetēs à domino, manè ad
illum confluit. Quid suspiras Philypne? P. Vix la-
chrimas teneo, cùm subit quātā vitæ iacturam fece-
rim. Ne. Superuacaneū est ob ea discruciari, quæ non
reuocari, sed tamē posterioribus curis sarciri possūt.
Huc igitur incumbe potius, quàm vt præteritorū in-
ani deploratione, futuri quoq; tēporis iacturā facias.
Ph. Bene mones, sed me iā sui iuris fecit diutina con-
suetudo. Ne. Phy, Clauus clauo pellitur, consuetudo
cōsuetudine vincitur. Ph. At durū est ea relinque-
re, quibus diu assueueris. Ne. Initio quidē: sed eam
molestiam diuersa consuetudo primū lenit, mox ver-
tit in summā voluptatem, vt te breuis molestiæ non

 oporteat

oporteat pœnitere. Ph. Vereor vt succedat. Ne. [illegible] *septuagenarius esses non retraherem te à solitis, non vix decimum, opinor, annũ egressus es. Quid aũt est quod ista ætas non possit vincere, si modo adsit promptus animus? Ph. Equidem aggrediar, conaborq;, vt ex Philypno fiam Phylologus. Ne. Id si feceris mi Philypne, fat scio, post paucos dies & tibi serio gratulaberis, & mihi gratias ages, qui monuerim.*

Philypnus, somni amicus. philolog. sermonis amator.

NEPHALION SYMPOSION.

Sobrium conuiuium.

Albertus, Bartholinus, Carolus, Dionysius, Aemylius, Franciscus, Gyrardus, Hieronymus, Iacobus, Laurentius.

Al. Vidisti ne vnquã hoc horto quicquã amœnius? Bar. Vix opinor in insulis fortunatis esse quicquam iucundius. C. Planè mihi videor videre Paradisum, cui custode cultoremq; Deus præfecerat Adam. Di. Hîc vel Nestor, vel Priamus posset repubescere. Fr. Imò vel mortuus reuiuiscere. Gy. Adderem lubens, quid possem tuæ hyperbolæ. Hi. Profectò miris modis arrident omnia. Ia. Oportet hunc hortum aliquot compotatiuncula dedicare. Lau. Rectè monet noster Iacobus. Al. Talibus mysteriis iam olim initiatus est hic locus. Verum scito nihil hîc esse vnde vobis meredam exhibeam, nisi placet ἄξενος compotatio, lactucas apponam absq; sale, acero & oleo. Vini guttula nõ est, nisi quod gignit hic puteus. Ne panis quidem adest, aut poculum, et ea est anni pars, quæ magis pascit oculos, quàm ventrẽ. Ba. Sed habes tabulas lusorias, habes ſphæras? Iusu dicabimus hortum, si minus licet

Id est absque vino.

conuiuio.

uiuio. Al. Quoniam tam belli hemunculi conue-
mus, habeo quiddam quod vel lusum, vel conuiuio
sis dicere mea sententia multo dignius ad hũc hor-
um initiandum. Ca. Quodnam? Al. Suum quisque
mbolum cõferat, non deerit lautum nec minus sua-
e cõuiuiũ. Ae. Quid adferemus, qui vacui huc ve-
rimus? A. Vacui, qui tantum opum circumferatis
pectore? Fr. Expectamus quid velis. Al. Proferat
medium quod quisq; per hãc hebdomadã legit ele-
gantissimum. Gy. Recte mones, nihil vel huiusmodi
conuiuijs, vel te conuiuatore, vel hoc loco dignius. Te
nunc consilij ducem sequemur omnes. Al. Nihil re-
sponsi vobis ita videtur. Hodie vehementer delecta-
uit animũ meũ in homine nõ christiano tã Christia-
na sententia. Phocio enim, quo vix ullus apud Athe-
nienses fuit vir sanctior, publicæq; vtilitatis studiosior, Patientia Phocionis.
cum per inuidiã damnatus esset bibiturus cicutã, ro-
gatus ab amicis, quid vellet etiãnũ mãdari filijs suis.
Nihil huius, inquit, iniuriæ velint vnquam meminisse.
Ca. Tam insignis sapientiæ exemplũ vix hodie repe-
ries inter Dominicanos & Frãciscanos. Itaq; simile
referam, quãdo par non possum. Aristides Phocioni Aristides.
similimus erat, moribus incorruptissimus, adeò vt vul
gus illi Iusti tribueret cognomen. Ob huius cognomi-
nis inuidiã, vir optimè de Republica meritus, ostra-
cismo populi iussus est vertere solum. Posteaquã intel-
lexerat populum non alia re offensum, quàm iusti co-
gnomento, cum alioqui rem semper expertus esset sibi
salutarem, paruit æquo animo. In exilio rogatus ab

amicis, quid precaretur ingratissima ciuitati: Nihil aliud, inquit, nisi tãtam rerum prosperitatem, vt illi nunquàm in mentem veniat Aristides. Ca. Mirũ Christianos non pudet sui, ad quamuis leuem iniuri excandescentes, ac vindictã per fas nefasq; molientes Tota Socratis vita nihil aliud mihi videtur, quam tẽperantiæ ac tolerantiæ exemplum. Sed ne plane su asymbolos, vnum referam, quod mihi præ cæteris a

Socratis. risit. Ẽũti publica via, improbus quispiã colaphũ in pegit. Cùm id tacitus ferret Socrates, amici quide hortati sunt ad vltionem. At ille. Quid percussor faciã, inquit? Voca, inquiunt, in ius. Ridiculũ inquit si me asinus calcibus percussisset, num vobis auctori bus asinum in ius trahamo? significãs improbũ scurrã nihilo potiorem asino. et infimi animi esse nõ posse fe re cõtumeliã ab homine vecordi, quàm ferret ab a nimali bruto. Di. Pauciora sunt in Romanis Annalibus exempla moderationis, nec ea perindè insignia Neq; enim, opinor magnam habere laudem tolerantiæ, si quis parcat deiectis, & debellet superbos. Nõ

Catonis. arbitror tamẽ indignũ memoratu, quod Cato senior, cum Lentulus quidam in os illi sputum et oris purulentiam iniecisset, nihil aliud respõderit, quàm, Post hæc habeo quod illis respondeam, qui negant tibi os. Os autem Latinis habere negantur, quos nihil pudet. Itaq; iocus est ex ambiguo. A. Alys arridet alius mihi inter Diogenis dicta præclara quidẽ omnia, ni-

Inimicus quomodo vlciscendus. hil magis adblãditur, quàm quod roganti cuidã, quo pacto maximè posset vlcisci inimicum: Si teipsum, inquit,

...quam maximè probum & honestum virũ prae-
...er. Demiror quis deus illis tales cogitationes mi-
...et in mentem. Videtur autè & Aristotelis dictũ
...lde consentaneũ Paulino dogmati, qui rogatus à
...dã, Quid fructus sua illi philosophia attulisset,
...r mea, inquit, spõte ea faciam, quæ plerig legũ me-
...ctu facerẽt. Docet enim Paulus, eos, quos afflauit
...hristiana charitas, non esse legi obnoxios, eo quod
...a præstant suapte spõte, quam lex metu pœnæ pos-
...torquere. Er. Christus Iudæis obmurmuranti-
...quòd cũ publicanis & peccatoribus haberet etiã
...nsa familiaritatem, respõdit, nõ esse opus Medico
...qui rectè valerẽt, sed qui minus prospera essẽt va-
...udine. Non abhorret hinc quod apud Plutarchum
...xit Phocion, qui cum reprehẽderetur, quòd homi-
...illaudato improboq; patrocinatus esset in iudicio:
...an minus festiuiter quam clemẽter, Quid ni, inquit,
...mundo nemo probus indiget tali patrocinio? Gy. Et
...ud Christianæ bonitatis exemplũ est, ad exemplũ
...terni patris, & probis & improbis quãtũ licet be-
...facere, qui Solem suum oriri iubet, non solum pijs,
...d etiam impijs. Verum admirabilius forsitan erit in
...ge moderationis exemplum: Cũ Demochares De-
...sthenis nepos, Atheniẽsiũ nomine legatione fun-
...retur apud Philippũ Macedonũ regem, & impe-
...ratis quæ volebat, à rege demitteretur, humaniter
...interrogante, si quid praterea vellet, vt teipsũ susp̃e-
...dat, inquit Demochares. Vox impotẽs odium argue-
...bat, & rex erat, & bene meritus in quem iaciebatur
...comitiũ,

Aristoteli quid promiserit philosophia.

Matth. 9. Marci. 2. Lucæ. 4.

matth. 5.

Philippus rex

conuitium, nec tamen inarduit, tantum ad colleg
conuersos. Vos inquit, hæc renunciate populo Ath
ensi, quo re cognita iudicet, vtrum nostrum exist
met præstantiore, me qui hæc patienter audierim, a
istũ qui hæc dixit. Vbi nũc sunt orbis monarchæ, qu
se dys pares putant, & ob verbum inter pocula dict
atrocia bella concitant? Ph. Magnos impetus hab
gloriæ sitis, multosq; tansuersos agit hic affectus. E
eorum numero quidã Socrate interrogabat, qua v
posset sibi compendio honestissimã comparare famam
Si talẽ, inquit præstiteris teipsum, qualis haberi vis
Ia. Profecto non video quid dici possit vel breuius
vel absolutius. Fama non est affectãda, sed ea virtu
tẽ vltro comitatur, quemadmodũ improbitatẽ infa
mia. Vos admiramini viros, mihi puella Lacæna pla
cuit, quæ cùm in auctione venderetur, licitator qui
dam adijt illam. Quid, inquiẽs, nũ proba futura ei, s
te mercatus fuero? Etiam, inquit illa, si tu non fueri
mercatus. indicans sese nõ in cuiusquã gratiam pro
bitatem seruare, sed suapte ingenio virtutem ipsam
gratia sectari, quod virtus ipsa sui precium est. Ia.
Masculam sanè vocem edidit puella. Cæterũ insigne
mihi videtur exemplũ aduersus fortunam quãlibet
blandientem constantiæ, quo cùm Philippo Macedo-
num regi treis eximiæ felicitates eodem die nũtiarẽ-
tur, quod in Olympijs vicisset, quòd dux exercitus Par
melio prælio superasset Dardanos, quòd vxor Olym-
pias ipsi filium esset enixa, sublatis in cælum manibus
precatus est, vt Deus tantam prosperitatẽ pateretur
leui

...quopiã infortunio expiari. Al. Hodie nulla est ...a prosperitas, cuius insidiam metuat quisquã, sed ...inde iactant, si quid successerit, quasi vel mortua, ...l surda esset Nemesis. Hæc merẽda si vobis placet ...ic hortulus eam vobis quaties volueritis exhibebit, ...em hoc colloquio nõ minus iucũdo quàm frugife- ...n dicastis. Ba. Profecto nec Apitius potuisset discum ...uniorem apponere. Quare nos expectabis frequen- ...in, modò boni consulas, quod nũc attulimus, nõ qua ...ima erat tuis auribus, sed quæ nõ præmeditatis ve- ...runt in mentem. Meditati lautiora proferemus.

Nemesis siue fortuna siue dea fulmitis vindex.

Al. Hoc eritis gratiores.

ARS NOTORIA.

Ars notoria qua rẽ aliquã cognoscimus, sic opinor, vocat artẽ memorativam.

Desiderius, Erasmus.

D. Quomodo succedũt tua studia Erasmi? E. Mi- ...is, vt apparet, parũ fauentibus, sed felicius succede- ...rent, si quiddam abs te queam impetrare. De. Nihil ...non impetrabis, modò sit in rem tuã. Dic tantũ quid ...rei sit. Er. Nõ dubito, quin nihil sit artiũ recondita- ...rũ quod te fugiat. De. Vtinã vera pradices. E. Au- ...dio artẽ esse quandã notam, quæ hoc præstet, vt ho- ...mo minimo negotio pdiscat oẽs disciplinas liberales. De. Quid audio? Vidisti codicem? Er. Vidi, sed vidi ...tantum, quòd nõ esset doctoris copia. De. Quid cõtine- ...bat liber? Er. Varias animantiũ formas, draconũ, leo- ...nũ, leopardorũ, varios q; circulos, & in his descriptas ...voces partim Græcas, partim Latinas, partĩ Hebrai- ...cas, alias q; barbaricarũ linguarũ. D. Intra quot dies ...pollicebatur titulus disciplinarum cognitionem? Er.

Intra

Intra quatuor decim. D. Magnifica sanè pollicita
sed nostine quenquã per istam artem notoriũ euas
doctum? Er. Nequaquam. De. Neq; quisquam al
vidit vnquã, aut visurus est, nisi posteaquàm vide
mus aliquẽ per alcumisticã euasisse diuitè. Er. Equ
dem optarim artem esse veram. De. Fortasse quòd p
geat literas tantis sudoribus emere. Er. Scilicet D
Atqui sic visũ est superis. Opes istas vulgares, aur
gẽmas, argentũ, palatia, regnum nõnunquã, largi
tur ignauis et immerentibus: sed quæ veræ sunt ope
ac propriæ nostræ sunt, voluerunt parari laboribu
Nec oportet nobis videri molestum laborem, quo re
tanta paratur, cùm cernamus plurimos homines, per
horrẽda discrimina, per non æstimandos sudores elu
ctari ad res & tẽporarias, et planè viles, si ad erudi
tionem conferantur, nec tamen semper assequuntur
quod ambiũt. Et habẽt studiorũ labores multùm d
mixtum mellis, si paululũ in ijsprocesseris. Iam in
bona ex parte situm est, vt magnam tædiorum pari
amputes. Er. Quonã pacto? De. Primùm, vt animum
ĩducas amare studia. Deinde, vt ea mireris. Er. Qui
bus rationibus hoc fiet? De. Cõtẽplare quàm multo
ditauerint, quàm multos ad summã dignitatẽ aucto
ritatemq; prouexerint literæ, simulq; tecum conside
ra, quantum interfit inter hominem & pecudem. E
Probe mones. De. Deinde cicures ingeniũ tuum opor
tet, vt possit secum consistere, atque his delectari, qua
vtilitatem adferunt potius, quàm voluptatem. Nam
quæ per se sunt honesta, etiam si initio nõnihil habẽt
molestiæ

lestia tamen assuetudine dulcescunt, ita fiet, vt &
um fatiges præceptorem, & ipse facilius percipias
ta dictum Isocraticum, aureis literis in frontispi-
a codicis tui pingendum. Εὰν ἦς φιλομαθὴς ἔσῃ
ανμαθὴς. Er. Satis adest celeritatis in percipien-
, sed mox effluit, quod perceptũ est. De. Itaq; per-
sum mihi narras doliũ. Er. Haud multum aberras
scopo. Sed quid remedij? D. Obturãda est rima, ne
fluat. Er. Quibus rebus? De. Non musco, neque
ppo, sed diligentia. Qui voces ediscit non intellecta
ntia, mox obliuiscitur: nam verba, vt inquit Ho-
rus πτερόεντα sunt. faciléque auolant, nisi sentẽ-
arum pondere librentur. Prima igitur cura sit, vt
m penitus intelligas, dein subinde tecum verses ac
petas: & in hoc cicurandus est, vt dictum est, ani-
us, vt quoties opus est, cogitationi possit insistere.
ũ si cui mens est adeo syluestris, vt in hoc cicurari
n possit, haud quaquã est idonea literis. Er. Isthuc
quàm sit difficile, plus satis intelligo. D. Quisquis e-
im habet animũ adeò volubilẽ, vt nulli cogitationi
ssit immorari, nec diu potest audire loquentem, nec
ffigere memoriæ quod didicit. Plũbo potest aliquid
mprimi, quod maneat in loco: aquæ aut argẽto viuo,
quoniã assiduè fluit at nihil potest imprimi. Quod si
ssis hoc ingenium tuum mansuefacere, cùm assi-
uè versaris inter eruditos, quorum confabulationes
quotidiè tã multa proferunt digna cognita, minimo
labore disces quàm plurima. Er. Profectò sic est. De.
Nam præter sermones conuiuiorũ, præter quotidia-

Id est, Si fueris cupidus discendi, eris discens siue multa discẽs.

Id est alata.

na

na colloquia, statim à prandio audu octo lepidissima dicta, ex probatissimis auctoribus selecta, quibus cœna. Iam mihi supputa quantam hæc summam cõficiant in singulos menses & annos. Er. Magnifice si possim meminisse. De. Ad hæc, cùm nihil audiant nisi bene Latinè loquentes, quid obstat, quò minus intra paucos mẽses edisces Latinè cùm illiterati pueri Gallicam aut Hispanicã linguam discãt exiguo temporis spatio? Er. Sequar tuum consilium, experiar num possit hoc ingenium Musarũ iugo mansuescere. De. Ego aliam artem notoriam non noui, quam cum tam amorem, & assiduitatem.

CONCIO, SIVE MEDARDVS. Hilarius, Leuinus.

Hi. Deũ immortalẽ, cuiusmodi portẽta gignit aliquando terrà. Vsq; adeò nihil pudere viros Seraphicos? Existimant, opinor, sese apud fungos, non apud homines loqui. Le. Quid secum murmurat Hilarius? Cõponit opinor versiculos. Hil. Quàm libens illis blaterantibus impurum obturassem oleto. Leu. Compellabo hominẽ. Quid agis Hilari, parũ hilaris? Hi. Optimè nisi met offers Leuine, in quem hãc pectoris ægritudinem euomam. Le. In peluim euomas malim, quàm in me. Sed quid est mali? & vnde nobis prodis? Hil. E concione sacra. Leu. Quid homini pœnæ cum sacris concionibus? Hi. A sacris non abhorreo, sed in hãc inquinata sacrã, vt Vergilius auri famem appellauit sacram. Ac tales rabulæ sunt in causa, vt rarius audiã ecclesiastas. Le. Vbi habita est concio? Hi. In summo templo

L. A prandio? id temporis ferè dormitant homi-
Hi. Primam illi locuntelo dormissent omnes, vix
gnus, qui concionetur apud anseres. Le. Obstreperum
animal anser: seruit tamẽ patriarchã Franciscum
gnãde concionatum apud sorores auiculas, a quis
magno silentio sit auditus. Sed agè, etiámne sabba-
st contio? Hi. Fit in honorem diuæ Virginis ma-
n. Nam die dominico Christus prædicatur. Decet
t vt priores teneat matem. Le. Quod erat thema?
enarrabat canticum Virginis. Le. Argumentũ
gratissimum. Hi. Nimirum aptissimum ecclesiastæ.
am suspicor illum hoc vnũ thema didicisse. quæ ad-
dũ aiunt inueniri sacerdotes, qui nullam liturgiã
lent, nisi pro defuncto vnicam. L. Dicatur igitur
concionator de Magnificat, aut si mauis, Magni-
atiuus. Sed cuiusmodi tandem auis erat, aut quibus
natas plumis? Hi. Vulturi nõ dissimilis. L. Qua tan-
ex sorte? Hi. Franciscana. L. Quid audio? ex tam
asto sodalitio? Fortasse ex illorum genere, qui
cantur Gaudentes, colore fusco, talcea inte-
a, cingulo candente: nec horrent, contremisco refe-
ns, nudis digitis contrectare pecuniam. Hi. Imo è
ge selectissimo istorũ qui gaudent obseruãtes no-
minari, colore cinericio, cingulis canabeis, talcea fe-
stratis, quig citius occideret hominẽ, quàm nuda
ste pecuniã attingeret. L. Nihil mirum est, in rosa-
nasci cynorodia. Sed quis tale histrionem in diu XII
hac proscenia? Hi. Isthuc magis etiã aiceres, si vi-
sses personã Tragicam. Corpore erat vasto, bacchis

Liturgia ministeriũ sine munus publicum.

Cynor, rosa canina, fœtide olens.

rubentibus, uētre prominente, lateribus gladiatoriis
dixisses athletam esse: & quantū ego diuinare queo
biberat in prandio plus quàm unū uini sextariū. L.
Vnde tanta uini copia non tractanti pecuniā? H. E
aula regis Ferdinandi singulo quoq; die dabātur il
sextarij quatuor. Le. O malè collocatā benignitatem
Fertasius erat doctus. H. Præter effrontem improbita
tem & linguam effrenē nihil habebat. L. Quæres igi
tur sic imposuit Ferdinando, ut bouem adduceret a
ceroma? H. Vt numero dicam, pietas et regia benita
Comēdatus erat, ille demittebat caput in dextrū hu
merum. L. Sic Christus pendet in cruce. Sed erat tum
cio frequēs? Hi. Quî potuit esse infrequens Augusti
in tēplo celeberrimo, & in tot monarcharum cōuētu
quos Carolus Cæsar ex uniuersa Germania, ex Ita
lia, ex Hispanijs, ex Anglia eò cōtraxerat? Quin
eruditi cōplures aderāt in ipsa cōcione, præsertim c
aula regum. L. Demiror si porcus ille quicquā adfer
potuit dignū tali auditorio. H. At multa se dig
protulit. L. Qua tādem obsecro? Sed prius te quæso
mihi nomē hominis edas. H. Nō expedit. L. Quām
Hilari? Hil. Non libet talibus gratum facere.
An gratificatur qui traducit? Hil. Illis pro sum
beneficio est, quocunq; modo innotescere. Le. Salte
mihi nomen edito tacituro. Hi. Merdardum uoca
Le. Merdardum? illum probè noui. Nimirum is
est, qui nuper in conuiuio Erasmum nostrum appel
uit diabolum. Hil. Rem tenes. Sed quod in conuiu
dixit, tametsi non omnino dixit impunè, quū ciuilior
era

...ant, imputabant temulentiæ, & vino censebant in-
...cribendum. Le. Sed quid excusationis attulit obiur-
...gatum? Hi. Negauit se dixisse ex animo. Le. Quî po-
...uit ex animo, cui nihil erat mẽtis aut animi? H. Sed
...ubi ac doctis õnibus visũ est intolerabile, quòd pu-
...blicitus, quòd eo in loco, quòd apud tales auditores,
...denique quòd in tam celebri monarcharum cõuẽtu,
...Medardus suas merdosas purulentias effuderit. Le.
...Nueo scire quid dixerit. H. Multa stolidissimè de-
...clamatus est in Erasmum nostrum, querũ hæc erat
...summa: His, inquit, tẽporibus extitit quidam nouus
...doctor Erasmus, lapsa est lingua, asinus volebã dice-
...re, simulq; populo interpretatus est, quid Germanicè
...diceret asinus. L. Rem mirè facetam narras. H. Itáne
...facetam? Imò fatuam potius. L. An non tibi facetũ
...videtur, talem asinum quẽquã omnino vocare asinũ
...Erasmũ? Vnum illud scio, si Erasmus ipse præ-
...sens fuisset, non potuisset à risu temperare. Hi. Pro-
...fecto non minus refert asinum animi stupore, quã co-
...re vestiũ. Le. Neque arbitror in tota Arcadia esse
...ullum asinum usq; adeò asinum, quin hic dignior sit,
...qui fœno pascatur, quàm ille. Hi. Prorsus inuersus est
...Apuleius: ille sub asinina specie tegebat hominẽ, hic
...sub hominis specie tegit asinũ. L. At tales asinos ho-
...rdeo mulso & placentis saginamus, vt mirum nõ sit si
...mordeant quẽlibet, & calcibus feriant. H. Is inquit,
...qui doctor asinum audet corrigere Magnificat, cũ id cã-
...tum sit à spiritu sancto proditum per os sacratissi-
...mæ Virginis. Le. Ἀγνοῶ παροιμίαν ἀδελφικήν.

Qui deliciis pascuntur, vt plurimũ ferociores sunt.

H. Atque id verbi exaggerabat, quasi summa esset admissa blasphemia. L. Mihi nunc cor metu palpitat. Quia erat criminis? H. Aiebat Erasmũ prece quo[illegible] ecclesia canit, Quia respexit dominus humilitatẽ ancillæ suæ, vertisse, quia respexit vilitatem ancillæ suæ: eaq; vox odiosius sonat Germanicè, quàm Latine. Quis autem non fateatur esse blasphemiã execrabilem, si quis sacratissimam Christi matrem etiam humana dignitate celsiorem appellet vilem ancillam? Age, quid si quis appellet apostolos seruos inutiles? Le. Parũrem blasphemo fasciculos. Hi. Quid si quis eximium illum Paulũ appellet indignũ apostolo nomine? Le. Clamarem, ad ignem. Hi. Atqui ipse Christus: Cùm omnia fecerimus, quæ præcepta sunt nobis, dicite, serui inutiles sumus. Et huius præceptionem Paulus de se prædicat: Minimus sum apostolorum, atque adeo indignus apostoli titulo. Verùm vbi de se talia prædicat homines pij, modesti, vbi virtus est, quamvis Deo gratior: si quis alius idem dicat de illis, præsertim in diuorum consortium receptis, grauis sit blasphemia. Hi. Pulchrè nodum secuisti. Proinde si Erasmus adorandam illã virginẽ dixisset vilem ancillã domini, nemo non fateretur esse impiè. Cæterùm quoniã ipsa ad istũ modum se loquitur, & in illius redit gloriam, & nobis salutare modestiæ exemplum exhibetur, vt quoniam quid sumus, munificentia Dei sumus, quo quisq; modestius est, hoc se gerat submissius. Le. Hactenus quidem

Id est, prouerbium non delphicũ, sive vulgatum

Lucæ 17.

1. Cor. 15.

ter mea conuenit. Verum iſti cùm corrigere dicũt, Lucæ
tuunt corrumpere, ſiue falſare. Illud itaque videa-
lum, an vilitatis verbũ Græcæ voci, quam Lucas re-
ſit, reſpondeat. Hi. Iſtam ipſam ob cauſam à concio-
e mox ad codicẽ cucurrimus. L. Expecta rendtum.
i. Verba quæ Lucas afflatu ſpiritus ſanctiſſimus di-
tis ſuis exarauit, ſic habent: ΟΤΙ ἐπέβλεψεν ἐπὶ
ὴν ταπείνωσιν τῆ δούλης αὐτοῦ: Ea ſic reddidit
ſtus Eraſmus: Quia reſpexit ad humilitatẽ ancillæ
Tantùm addidit præpoſitionem, quam Lucas nõ
ſit, nec eam reſpuit Romani ſermonis elegantia,
ad ſenſum eſt otioſa. Sic enim loquitur Terentius
Phormione: reſpice ad me. In Annotationibus ſa-
admonet, Lucã potius dixiſſe, aſpice ad me, quàm
ſpice ad me. Le. Intereſt igitur aliquid inter reſpice-
& aſpicere? Hi. Non ita multum, ſed tamen nõni-
Reſpicit, qui flexo colla aſpicit quæ à tergo ſunt:
ſpicit, qui ſimpliciter intuetur velut apud Terẽ-
m Phædria aſpicit Thaidem domo prodeuntem,
tus, inquiens, Pa: meno tremo horreo q; poſtquàm
exi hãc. At huius frater Chærea ſic loquitur. Cùm
reſpicio ad virginem. Nam ad ſenẽ ſeſe flexerat,
abſoluto reflexit corpus ad virginem. Interdũ ta-
n vſurpant reſpicere pro eo quod eſt rationem ſeu
tã habere, ſiue rei cuiuſpiam imminentis, ſiue præ-
tii. Ita Satyricus. Reſpicere extrema iußit ſpatio
ima vitæ. Mors enĩ velut à tergo imminẽs ſequi
ad quam reflectimus oculos, quoties eam animo
tamus. Et Terentius: Reſpice ſenectutem tuam.

Proinde qui alibi intentus nō habet curā liberorum dicitur illos nō respicere. Rursus qui discussa alys curis, cogitationem huc vertit, eleganter respicere dicitur. At Deus vnico intuitu cōtuetur vniuersa, praesentia, praterita, & futura: & tamen in scriptura humano more loquitur. Auersari dicitur eos quos reprobat: respicere, quos aliquandiu velut neglectos dignatur suo fauore. Verū hoc magis expressisset Lucas, si dixisset, ἀπιβλεψαι, nūc legimus ἐπιβλεψαι. Sed vtrū legas, minimū refert ad sensum. 1. At videtur otiosa praepositio repetita. H. Certe sic et Latini loquuntur, accessit ad mare, appulit ante murum ad scribendum. Hic mihi praepositionō videtur otiosa. Nam respicere potest, qui in tergū flectit oculos casu quopiam, in nullam rem certā intendens intuitum: at cū aliquis respexit ad me, exprimitur peculiaris fauor volētis huic aut illi succurrere. Itē aspicimus interdum casu obuia, quorum nobis nulla cura est, imò quae videre nolimus. At quisquis ad aliquid aspicit, peculiariter attentus est ad id quod intuetur. Ad haec multa simul aspicimus, sed nō ad multa spiritus itaq; sanctus volens nobis exprimere singularem erga sanctissimam virgūculam fauorem, sic per illius os locutus est. Quia respexit ad humilitatem ancillae suae. Auertit oculos ab elatis, suoq; iudicio magnis obtutū suum flexit ad eā, quae in oculis suis erat infima. Nec enim dubium est, quin multi fuerint docti potentes, diuites, nobiles, qui sperabant Messiam ex ipsorum stirpe proditurum, sed illos aspernatus deus

clementissimus fautoris oculos flexit ad virginem fama Lucæ, obscuram, opibus tenuem, fabro nuptã, ne sobole quidem vlla diuitem. Le. Nondum audio quicquam de visitate. Hi. Ea vox Sycophanta fuit, non Erasmi. Le. At in annotatione forsitan meminit visitatis. Hi. Nequaquam. In vocem ταπείνωσιν tãtum hoc modestissimè notat. Vt intelligas, inquit, pranitatem, nõ animi virtutem, sitq; sensus: Et si sim infima ancilla, tamen nõ est auersatus me dominus. L. Hæc si vera sunt ac pietatis plena, quid est quod obrudãt onagri? H. Latinæ vocis ignorantia parit hos tumultus. Humilitas apud veteres emendatius loquẽtes nõ declarat virtutẽ animi, quæ pugnat cum arrogantia, dicturq; modestia, sed conditionis abiectioris sortem: quo sensu ignobiles, tenues, idiotas et contemptos humiles dicimus, quasi humi repentes. Quemadmodum igitur magnatibus loquentes, dicimus, Rogo vt tua celsitudo nobis hac in re faueat: ita qui de se loquẽtes sua volunt eleuare, dicere solent, Quæso vt humilitatem nostram tua humanitate subleues. Nam prominimum primogenitorũ emphasis interdũ habet nescio quid arrogãs. Quod genus est illud, ego dico, ego efficiam. Bifariam itaque puella modestissima simul et suam sortem extenuauit, et numinis in se munificentiam extulit, nõ cõtenta seipsam ancillam dicere, sed addit, humilem ancillam, et infimæ sortis. Quemadmodum iuxta proverbium, seruus præ seruo est, ita et inter ancillas alia est alia præstantior, nimirũ pro dignitate functionis. Honestior enim cõptrix, quàm lotrix.

lotrides. Le. At miror Merdardum non agnouisse sermonis formam, cùm ipse frequenter audierim Franciscanos sic loquentes, Mea parvitas agit tibi gratias pro lauta refectione. Hi. Quidã non multùm aberrarent, si dicerent, mea pravitas. Cæterum quoniã Græca vox, τὸν εὐκρασίαν ἐυφραστότερον quiddã amplius exprimere videtur, quàm Latina, modestia, Christiani maluerunt humilitatẽ dicere, quàm modestiã: hoc est maluerunt significantius loqui, quàm elegantius. Modestus enim is dicitur, qui modicè de se sentit, nihil sibi præter meritũ arrogãs. At τὸν εὐκρασίαν ἐυφραστότερον non competit nisi in eũ, qui minus sibi arrogat quàm habet. Le. At periculum est ne dum modestiam amplectimur, incidamus in vanitatem. Hi. Qui sic? Le. Nã si verũ dixit Paulus, nõ sũ dignus vocari Apostolus, & verè se dixit Mariæ ancillam humile, hoc est, infimæ sortis, periclitantur de mẽdatio, qui virtutes tam magnificis efferunt laudibus. Hil. Nihil hoc, ô bone periculi: cùm nos laudibus vehimus pios, prædicamus in illis Dei beneficentiam: cùm ipsi semper abiiciũt, respiciunt vires ac merita sua, si desit favor numinis. Nec statim mẽdacium est, si quis sua nõ vindicat quæ habet: si loquitur ex animo, fortasse error dici potest, mendacium dici non potest. At bonum errorem in nobis amat Deus. Leu. At Paulus qui se negat esse dignum Apostoli titulo, alibi, magnifice de se prædicat, commemorans sua facinora, Plus inquit, omnibus laborani, et qui videbãtur esse aliquid nihil mihi contulerunt, cùm sanctissimæ virgi-

1. Cor. 15.
2. Galat. 2.

nitu

nihil dixisse legatur. Hil. Sed illa facinora Paulus appellat suas infirmitates, quibus illustrata est dei potentia, eamque commemorationē vocat insipientiam, ad quā sit adactus pseudapostolorum improbitate, ob quos fuit illi necesse sibi vindicare auctoritatem apostolicam, non quòd ipse delectaretur humana gloria, sed quòd expediret Euangelio, cuius dispensatio sue-rat illi credita. In virgine matre non fuit eadē ratio: Nam enim illi commissum erat munus prædicādi Euāgelij. Tum & sexum, et virginem, denique Iesu matrē decebat summus pudor, summaq; modestia. Nūc venio ad huius erroris fontē. Qui Latinè nesciūt, putant humilitatē nihil aliud declarare, quam insignē modestiam, cùm interdum referatur ad locū, aut cōditionem, non animi virtutem: interdum sic referatur ad animum vt vitiū sonet. Le. Etiámne in sacris literis? Hi. Maximè. En tibi locum apud Paulū ad Coloss. cap. 2. Nemo vos seducat volēs in humilitate & religione Angelorum. Nec hic est: ἐν ταπεινοφροσύνῃ, quæ vox est in cantico Virginis, sed ἐν ταπεινώσει τῶν φρενῶν. Locus habet nonnihil obscuritatis, fateor, sed mihi videtur germanius sensus, quam accuratius docti adferunt, Ne sitis tā humili, tamq; abiecto animo, vt cùm semel dedicaueritis vos ipsos Christo salutis vnico auctori, patiamini vobis persuaderi, ab Angelis sperandam esse salutem, quos quidam sibi fingūt apparuisse. Sitis excelso animo, vt etiā si verè Angelus quispiā è cælo veniēs, prædicet vobis aliud Euangeliū, quàm quod Christus tradidit, sit vobis execra-

bilis, velut Angelus impius & Christi aduersarius
Multò minus cõsenit vos esse tã demissis animis, v
istorum fictis apparitionibus, patiamini vos abduci
Christo. Ab vno Christo sperare salutem, religio est
ab Angelis, aut diuis idẽ expectare, superstitio est
Paulus igitur vult, humilis abiectiq; animi esse, ab ill
sublimi Christo ad cõmentitias Angelorum appari
siones desciscere. demissi ingenij est, quoriũ libet su
su circumagi. Vides hic ταπεινοφροσύνην in vitiũ
vsurpatam esse. L. Quid ni videã? H. Rursus in e
dem cap. Secundum præcepta et doctrinas hominum
quæ sunt rationẽ quidem habẽtia sapientiæ in super
stitione et humilitate. Hîc iterũ ταπεινοφροσύνη
vitium sonat. L. Palàm est. H. Atqui 1. Pet. 5. vsur
patur pro virtute quæ cõtraria est superbiæ, τὴν τα
πεινοφροσύνην ἐγκομβώσασθαι pro quo nos leg
mus, humilitatem insinuate. Rursum ad Philip. 2. τα
πεινοφροσύνη ἀλλήλους ἡγούμενοι ὑπερέχον
τας ἑαυτῶν: id est, q̃ animi modestiã vnusquisq; alium
se præstantiorem existimet. L. Docuisti ταπεινο
φροσύνην vsurpari in vtram q̃ partẽ, cùm apud La
tinos modestia non vsurpetur nisi in laudem. Verùm
potêsne docere ταπείνωσιν accipi pro modestia? H.
Nihil absurdi, si quis ad istum modũ vsurpet. Nam
& animo tribuere submissionem aut demissionẽ pro
modestia nihil vetat. Cæterũ an in diuinis literis ita
positum reperiatur, nescio. L. Vide num apud diuum
Iacobum ita sit vsurpatum, Glorietur autem frater
humilis in exaltatione sua, diues autẽ in humilitate
sua

sus. H. Iste quidem loco est, ἐν ταπεινώσει, non ταπεινοφροσύνη. Quòd si contendas hîc humilitatẽ accipi pro modestia, consequens est, vt exaltationem accipiamus pro superbia, ac protinus gemina existet absurditas. Nam vt modestus non est, qui de sua modestia gloriatur ac iactitat sese: ita bis arrogans est, qui è sua superbia gloriatur. L. Quid igitur sibi vult Apostolus? H. Commendat aequalitatem inter Christianos. Pauper dicitur humilis ob fortunã abiectionem: diues dicitur sublimis, vtique iuxta mundũ, ob fortunæ splendorem. Hîc diues se demittit ad sortem pauperum, & pauper, erigitur ad aequalitatem diuitum. Vterque habet quod glorietur: alter gaudet suis opibus subleuari pauperum inopiam: alter glorificat Christum, qui eam mentem inspiraverit diuitibus. L. Sed interim diues ille modestiæ laudem habet. H. Fortasse, sed non ideo protinus ταπείνωσις significat modestiam. Sũt enim qui venantes laudem ab hominibus, multa pauperibus erogant. Qui potius vterque modestus est, si modò adsit syncera pietas: diues dum non grauatur ob Christum aequari pauperi: pauper dum ob honorem sibi habitum non insolescit sed Christo gratias agens in illo gloriatur. Illud extra controuersiam est, ταπείνωσιν in diuinis libris frequentissimè vsurpari pro demissione siue deiectione, quæ sit per afflictionem aut cõditionis infirmitatem. Ita Paulus. Philip. 3. Reformabit corpus humilitatis nostræ ταπεινώσεως. Item Psalm. 9. Fide humilitatẽ de inimicis meis ταπείνωσιν. Rursum. 118. Hæc

me consolato est in humilitate mea, ἐν ταπεινώσει, nimirum in afflictione. Huius generis loca sunt complura, quæ longũ sit hîc referre. Quemadmodũ igitur τὸ ταπεινὸς dici posset ὁ ταπεινὸ φρων, quimodesto sit animo minimeq; elato. Ita nihil prodigij fuerit, si quis ταπείνωσιν dicat ταπεινοφροσύνην nos de scriptura vsu loquimur: Cæterum qui contendunt in cãtico Mariæ ταπείνωσιν sonare modestiam animi, quin eadem opera sic interpretentur quod legimus Gene. 29. Vidit dominus humilitatem meam. ταπείνωσιν. Lîa non iactat suam modestiã, sed quod ob deformitatem minus esset cordi maritõ, sed quod ob deformitatem minus esset cordi marito humilitatem appellat. Eundem ad modũ Deuteron. 26. Et respexit humilitatem & laborem atq; angustiam. An nõ hic ταπείνωσιν appellat afflictionem? L. Vnde igitur illis in mentem incidit, vt humilitatem in cantico interpretentur animi modestiam? H. Nihil aliud video causæ, nisi quòd multi Theologi neglexerint & linguarum peritiã, & Latini sermonis studiũ vnà cũ priscis ecclesiæ Doctoribus, quibus sine hisce præsidijs ad plenum intelligi non queant: præterea quòd difficillimum sit reuellere, si quid pernitiosi insederit animo. Porrò videas quosdã tãtum scholasticis placitis tribuere, vt malint ad ea detorquere scripturam, quàm ad scripturæ regulam opiniones humanas corrigere. Leu. Ac isthuc absurdius esse, quàm quod narrant de regula Lesbia. Hi. Beda meliorib⁹ nõ admodùm grauis auctor, quoties ab alienis recedit vestigijs, ex occasione dictæ humilitatis memi-

mit

gie de ſuperbia. At Theophylactus ſcriptor Græcus, qui ſua ferè ex probatiſſimis Græciæ ſcriptorib. hauſit, negat hic ταπείνωσιν accipi poſſe pro virtute. L. Adiſtud probãdũ quid opus eſt auctoritate, cùm ipſe ſenſus cõmunis reſpuat eam interpretationẽ? Hi. Recte dixiſti. Nam cũ modeſtia ſit quodãmodo colophon, ac tutatrix omnium virtutũ, immodeſtia eſt, ſi quis eã de ſe prædicet. Fatemur quidẽ in ſanctiſſima virgine virtutem hãc fuiſſe ſummã et incomparabilem, Chriſtum ſemper excipio, ſed hoc ipſo ob modeſtiã laudabilior eſt, quòd eã ipſa nõ laudat ſed agnoſcens ſuæ cõditionis humilitatẽ, myſterij magnitudinem aſcribit miſericordiæ diuinæ. Maria, inquit, per modeſtiã meruit fieri mater Dei. Donemus hoc aliqua ex parte verum eſſe, verùm quæ tãdem modeſtiæ ſpecies eſt, puellam hoc de ſe prædicare? L. Quin & ipſius cãticj tenor declarat illam de ſua indignitate loqui, eo á ſic orditur: Magnificat anima mea dominũ At qui dicit, meruit fieri mater Dei per modeſtiam, is magnificat, non dominum. Mox ſubjcitur: Ecce enim ex hoc beatã me dicent omnes generationes. Ecce ſignificat rem ſubitam & inexpectatã. Nõ expectat autem ſummũ honorem, qui ſe nullo honore dignũ iudicat. Nec felicitas dicitur, ſi contingat quod meritis debebatur. Flaccus enim negat ſe hoc nomine felicem appellandum, quòd à Mecœnate in amicorũ numerum adoptatus eſſet. H. Quamobrem? L. Quia iudicio ſuit aſcitus, non gratiæ fauore. Mecœnas huicilli tribuit, quod eius virtutibus deberi iudicârat

Eodem

Eodē pertinet, quod sequitur: Quia fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen eius. Non dixit, fecit mihi magna, quia me dignā iudicauit, sed potens est, et facit quæcunque vult, et ex indignis facit suos fauore dignos, & ideo sanctum nomen eius: sanctum dixit glorioſum. Quantum autē nostris meritis arrogamus, tantum detrahimus deuini nominis gloriæ. Nam iuxta Paulum, illius potentia per nostrā imbecillitatem perficitur. Mox eo versu. Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles, non est ταπεινοὺς φρονεῖς sed τὰπεινοὺς hoc est, contētos iuxta mūdū, vt opponatur potentibus. Hunc versiculū iuxta prophetica elocutionis morem declarat sequens, Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes. Quos modò dixerat humiles, hîc appellat esurientes, hoc est, tenues: quos modò potentes, hic diuites vocat. Proximo versu fit mentio misericordiæ sese per omnes orbis generationes profundentis. In extremo versu prædicat fidem dei in premissis. Sicut loquutus est. &c. Totum cantico prædicatur gloria, hoc est, potentia, bonitas, & veritas dei: nulla est meritorum mentio. Sed vt potentiam ac diuitias comitatur superbia, ita paupertas docet modestiam. H. Non equidem inficior istum interdum accidere, sed videas plerūque pauperes arrogantissimos, si negas, obijciam Merdardos multos. Verum demus esse quod non est perpetuum, non iam agitur qualis fuerit sacratissima Iesu mater, sed quæ lia de se predicarit in hoc cantico. L. Demiror istorum pernicatiam, qui toties moniti, frequenter etiam irrisi,

risi, non resipiscant. H. Quoties moniti sunt, declamationem esse ficti thematis tractationem, ad exercendam dictionis facultatem adhiberi solitam: et tamen istius declamatio nihil aliud est, quã sacra concio. Quoties inclamatum est illis, cælibem esse, quisquis uxorem non habeat, etiam si sexcentas alat concubinas: & tamen cælibatus istis nihil aliud est quã continentia et castitas. Idè usu venit de humilitate, aliisque similibus quàmplurimis. L. Vnde stupor tam pertinax? H. Merdardis respondeo. Non dederunt operam literis, nec est illis preceptorum aut librorum copia, & si quid istiusmodi facultatis obtigit, malunt abdomini impendere. Sacrosanctam illam rem existiment abundè sufficere, & ad pietatis et eruditionis opinionem. Postremò putant nonnullam esse religionis partem, si cùm suo Francisco non latinè quidem loquisciant. L. Profectò plurimos noui, qui ista ex parte bellè referant instituti sui principem, qui caperonem dixit pro galero, opinor & vestimentibus pro vestibus. At Franciscus constanter recusauit presbyteri honorem, quod idem opinor fecit Benedictus & Dominicus. Nunc isti cum suis vestimentibus non abhorrent à galero Cardinalitio. Ho quid ais? Imo ne à corona quidem striplici. Et humiles illi pauperis Francisci filij porrigunt calceos suos summis orbis monarchis osculandos. L. Iam si fuisset facta vilitatis mentio, quid erat piaculi? H. Nihil, si vilem intelligas, qui parvo æstimatur apud homines, aut qui sibi videtur contemptibilis. Sed quid

opus

opus excusare, quod dictum non est? L. Non puduit Merdardū ad istū metiri modum? idque in phanō tam celebri, in frequentissima monarcharū synodo, coram tot eruditis viris, quorum plerique Erasmicas lucubrationes euoluerant? Hi. Puduit ais? Imò sibi visus est scurram palmariam ac triumpho dignā facere. Hoc est quartum Merdardorum votū, longe tribus illis religiosius, nihil omnino pudere. Le. Istiusmodi profectò plerique sunt obseruantissimi. Hi. Nec tu simplex mendacium. Primum Mariæ canticū, vt ego à Luca scriptū, manet intactum. Quî verò corriget dicitur qui nihil mutat? Deinde vox humilitatis in mutata non est, nec vlla vsquam vilitatis mentio. Postremò, non corrigit canticum, qui bona fide reddit quod scripsit Lucas, sed explicat. Le. Video triplex mendacium effronte scurra dignū. Hi. Mane. Non dum au disti, quod est omnium impudentissimum. Et iámne amplius? Hil. Vociferabatur doctorem illum asinum fuisse principem, auctorem, et antesignanum vniuersi tumultus, quo nūc conciuitur orbis Christianus. Hil. Quid ais? Le. Huic imputandum quòd tot sectis discinditur ecclesia, quòd sacerdotes stipendiis priuantur decimis, quòd contemnuntur episcopi, quòd sacrosanctæ pontificis maiestati passim oppeditur, quòd agricolæ vetus gygantū exemplum instaurarunt. Et ista publicitus? Hi. Magnis clamoribus. Le. Atqui longè secus æstimant, qui Erasmi libros attentius inspiciunt. Horū plurimi fatentur se ex illius lucubrationibus hausisse veræ pietatis semina. Totum hoc

Rustici suos nobiles non aliter quam Gygātes olim deos deijcere tentarunt.

incendi

endium per monachos ortum, per eosdem hucusque
anduit; quod non aliter nunc quoque conãtur ex-
nguere, quàm si oleum, quod aiunt, addant camino.
H. Vides ὠσχέκισον διαίρεσιν ἡ γαστὴρ. L. Rem
tetigisti. Illi nimirum expedit in populo Christi-
superstitionis esse quàm plurimùm, pietatis quàm
nimùm. Sed quid concio, ferebãtne Cumanum asi-
um, tam insolenter rudentem è suggesto? H. Quidã
rabantur quid accidisset homini. Qui stomachi
ant impatientiores surgebant, atq; è templo abibãt,
murmurantes, venimus huc audituri laudes dimæ
Virginis, et hic tumultuosus nobis euomit meras sco-
ntias. In his erant etiam non paucæ mulieres. L.
Atqui solet hoc genus mirè deditum esse isti sodali-
. H. Veræ prædicas sed cœperunt & fœminæ sape-
. Eruditi quotquot aderant, plerique ringi, nõnulli
iam subsibilare. L. Non curat asinus sibila, opor-
uit tale rabulam putridis ouis aut ruderibus è sug-
sto deturbare. H. Non deerant qui hoc illo dignum
ristimarent: sed cohibebat illos loci reuerentia. L.
d loci religio non debet his opitulari, qui locum
dere prophanarunt: veluti qui in templi sceptis oc-
dunt hominem, non æquum est vt illic habeant asy-
m: itidem qui in sacris concionibus & loci religio-
, & populi patientia stolidè abutitur, huic nõ opor-
t esse præsidio, quod ipse sua temeritate prophana-
it. Laudatus est à priscis ille, qui cum nõ habuit pro
nsule, cui ipse non esset senator: nec par est, vt popu-
s eũ habeat pro ecclesiasta, cui ipse non est concio.

Id est, quam pestima bestia est venter.

Excommunicā tur qui in monachos & sacerdotes manus iniiciunt

Hil. Metuunt fulmen episcoporum. Si quis instigente diabolo, &c. nosti legem. Le. Sed prius in tales rabulas Episcopi debebant vibrare fulmen. Hi. Metuunt & illi. Le. Quos? Hil. Illos ipsos rabulas. Le. Quam ob rem? Hil. Ob hoc ipsum, quòd rabulæ sunt. Le. Apostoli non metuebant regum & præsidum minas, & isti metuunt vnum mendicum? Hil. Sed ob istuc ipsum magis formidandi, quòd mendici sunt: quòd eripiatur non habent, quo lædant habent. Abi tu sodes ad vesparum aut crabronum nidū aliquem, & vnā quamlibet ex illis digito continge, et res si tibi bene successerit, redito ad me, & episcopos ignauos appellato, qui refugiant vnum mēdicum irritare. Romanum pontificem nónne potentissimi christianæ ditionis monarchæ reuerētur, fortassis & metuunt? Le. Nec mirum, est enim Christi vicarius. H. At Alexander sextus, vir nec stultus, nec indoctus, fertur ita loqui solitus, se malle è summis monarchis aliquot offendere, quàm vnum quemlibet fraticulum ex ordine mendicantium. Le. Omitte pontifices. Cùm istius sceleris rumor ad aures principum qui tum Augustæ erāt, dimanasset, non est sumpti de homine supplicium? H. Indigne tulerunt omnes, sed præcipuè rex Ferdinandus, & huius soror Maria, fœminarū huius seculi decus, Bernardus Cardinalis Tridentinus, Balthasar episcopus Constantiensis: obiurgatus est grauiter ecclesiastes, sed à nullo acrius, quàm a Ioanne Fabro episcopo Viennensi. Le. Quid obiurgatio? asinus non sentit nisi fustem. Hi.

Præser-

...esertim si in ventrem ingeras. Sed quid illi stolido ...essent principes, longè grauioribus curis occupati? ...Certe submouissent à concionandi munere, & su- ...illi benignitatem subtraxissent. H. At artifex ille ...us suum in ipsam consilij dissolutionem distulerat, ...um iam alioqui foret abeundum. Le. Isto quidem ...to dicitur abire cacodæmones ingenti fœtore re- ...llo. Hi. Itaque dimissus est à rege Ferdinando, sed ...ne pastus. Nam obiurgatio ne tantillum quidem ...traxit hominis obesitati. Le. Franciscus dicitur ...cionatus sororibus asinis, iste dignus videtur qui ...cionetur fratribus asinis ac suibus. Sed quo se con- ...ulit? H. Quo? nisi ad suos gregales, à quibus excep- ...ormatione ob rem strenuè feliciterq; gestam, & in- ...r pocula pro Io triumphe, cantatum est, Te deum ...udamus. L. Dignissimus est iste Medardus, qui fu- ...em in colle gestet potius, quàm in lumbis. Sed quid ...precamur isti stolido gregi, qui tales fouet pecudes? ...H. Vix inuenias quod illis imprecaris malum gra- ...ius, quàm ipsi acceserunt sibi. Siquidē his orationibus ...axime tradacunt sese, & in bonorum omniū eōis- ...unt odium, efficatius quam quisquam possit hostis. ...ed non est Christianæ mentis cuiquā imprecari ma- ...illud potius optandum, vt clemētissimus rerum for- ...ator & reformator, qui ex Nabuchodonosor homine ...ecit bouem, & rursus ex boue fecit hominē: quique ...sine Balami dedit hominis linguā, omnes Medar- ...i similes vertat in melius, detq; illis & mentem, & ...inguam viris Euangelicis dignam.

Dani. 4.

Num. 22.

PHILODOXVS.

Philodoxus, Symbulus.

Philodoxus, libidinosus gloriæ cupidus, symbolus cõsiliarius.

Noctuæ volatus Atheni sib. felix fuit

Homo homini Deus. Vide Chil.

Phil. Felix auspicium interpretor occursum tuum Symbule. S. Vtinam sit aliquid Philodoxe, in quo tibi queam esse felix. P. Quid auspicatius, quam si quidem occurrat homini? S. Equidem nihil isthoc existimarem auspicatius, etiam si sexcenta volitent nostra. Sed quem mihi narras deum? Ph. Te inquam Symbule. Sy. Méne? Ph. Te planè. Sy. Ego deos catantes nunquam feci pili. Ph. Si non fallit prouerbium deum esse quisquis iuuat mortalem, tu mihi Deus es potes. Sy. De fide prouerbij viderint alij, ego certe perquàm lubens amico profuero si queam. Ph. Non est quod metuas, Symbule, haud peto mutuum, sacrè res est consilium, eo tantùm me iuua. S. Atqui isthuc ipsum est petere mutuum: quandoquidem hoc officij genus inter amicos vltro, citroq; commeare debet, quemadmodum & cætera omnia. Sed quid est rei in quo meum desideras consilium? P. Piget obscuritatis, cuperem esse celebris, commonstra viam. Sy. En tibi compendiariam. Imitare Eroſtratum, qui incendit templum Dianæ, aut huic simillimũ Zoilum, qui lacerauit Homerum, aut aliud aliquod facinus memorabile designa, & κοίσυλιος eris cum Cercopibus & Neronibus. P. Famam ex scelere parent alij, ego nomen ambio rumoris honesti. Sy. Talem igitur te præsta, qualis optas prædicari. P. At multis egregia virtute præditis non contingit nominis celebritas. Sy. Istud an verum sit nescio: attamẽ si id eueniat, quæ

κοίσυλιος celebratus perpetuo.

Cercopes, fratres fuere improbitate celeberrimi.

, ipſa virtus abunde magnum ſui præmium eſt.
vera prædicas, planèque philoſophicè. Veruntamen, vt ſunt res humanæ, mihi videtur gloria præciuum quoddam ornamentum eſſe virtutis, quæ non liter gaudet agnoſci, quàm Sol amat lucere, vel ob ipſum, vt & proſit quàm plurimis, et quàm pluos ad ſui pelliciat amulationem. Poſtremo nõ viquam poſſeßionem ſpecioſiorem parentes liberis relinquere poſſint, quàm honeſti nominis immortem memoriam. S. Vt video, gloriam expetis virtupartam. P. Scilicet. S. Proinde tibi propone liteimmium celebratos, Ariſtidem, Phocionem, Sotem, Epaminundam, Scipionem Aphricanum, Catones Seniorem & Vticenſem, M. Brutum, & rum ſimiles, qui belli domique de Repub quamopne mereri ſtuduerunt. Hic eſt enim feraciſſimus ria campus. P. Verum inter iſtos celebres. Aridas oſtraciſmo iuſſus eſt ſolum vertere, Phocian & crates biberunt cicutam, Epaminundas capitis eſt ſtulatus, quemadmodũ & Scipio: Cato ſenior quagies reus cauſam dixit, Vticenſis ſibi mortem cõuit, iridem Brutus. Ego gloriam optarẽ nulla india contaminatam. S. At iſt huc ne Herculi quiem filio conceßit Iuppiter. Nam poſt tot monſtra rtute domita, cum excetra fuit extremũ certamẽ, dã multo omnium pertinaciſſimum. P. Ego Herli ſuos glorioſos labores nunquàm inuidebo. Eos emum felices duco, quibus obtigit honeſtum nomen lla inuidia contaminatum. Sym. Vis, vt video,

Excetra hydra appellata eſt pro vno abſciſſo capite, plura excreſcerent.

ſuami-

suauiter viuere, eò minus inuidiam, nec id iniuria

i. pessimum enim est animal.

ἄπιστον γάρ ἐστι θηρίον. P. Sic est. S. Ergo λάθε βιώσεις. P. At isthuc est mortuum esse, non viuere. S. Intelligo quid affectes. In sole clarissima versari gaudes sine vmbra. P. Isthuc quidem fieri non potest. S. At nihilo magis fieri potest, vt gloriam consequare nulla contaminatam inuidia. Rectè facta vltro sequitur gloria, gloriam comitatur inuidia. P. Atqui posse gloriam absq; inuidia contingere docet nos senex ille comicus. Ita vt facilimè sine inuidia laudem inuenias, & amicos pares. S. Si ista laude contentus es, quàm tulit Pamphilus adolescens obsequijs, et morum commoditate, poteris eodem è loco petere rationes assequendi quod expetis, vnde decerpsisti sententiam. In omni re memento, ne quid nimis: sed tamen mediocriter omnia esto facilis in perferendis aliorum moribus ad leuiora vitia connniuens: ne sis praefractus, tuaque sententia nimium tenax, sed aliorum studijs temet accommoda: nulli ladas os, sed comem te praebeas omnibus. P. Adolescentiae faciunt plerique, nec magni negotij sit tum istam parare laudem: ego magnificum quoddam nominis decus optarim, quod per vniuersum orbem resonet, quodq; etiam aetate semper fiat illustrius, atque à funere tandem clarius elucescat. S. Equidem laudo generosam istam indolem tuam Philodoxe. Caeterùm si cupis gloriam virtute partam, praecipua virtus est, negligere gloriam, & summa laus est, non ambire laudē, quae magis sequitur fugientem. Videndum est igitur, ne quò impen-

sius

ius ista ambis, hoc frustrere magis. P. Non sum
ticus ἀπαθὴς, tangor humanis affectibus. S. Si te profiteris hominem, nec ea recusas quæ sunt humanæ sortis, cur ea venaris, quæ nec Deo contingunt? Nosti enim Theocriticum illud non minus verè quàm scitè dictum, Iouem nec pluuium, nec serenum plane omnibus. P. Non est fortasse ignis absque fumo, sunt tamen ἀκαπνοι. Si non potest obtineri, quin aliqua liuoris nubecula obscuretur hominis gloria, controrsum tamen esse rationes, quibus fiat, vt quàm minimum inuidiæ sit admixtum. S. Eas igitur tibi vis commonstrari? P. Percupio. S. Modicè virtutem exere, & minus grauaberis inuidia. P. At gloria nisi sit insignis, non est gloria. S. Ecce tibi certissimam viam. Designa præclarum aliquod facinus, & uere, & citra inuidiam celebraberis cum Codris, Menœceis, Iphigenijs, Curtijs ac Decijs.

Pascitur in viuis liuor, post fata quiescit.

P. Equidē, vt ingenuè quod res est fateor, cupio liberis ac nepotibus meis honesti nominis hereditatem relinquere, verùm huius rei fructū viuus apud viuos aliquandiu decerpere cupiam. S. Agè, non te suspēdam amplius. Certissima ad illustre nomē est via, bene mereri, cùm priuatim de singulis, tū publicitus de vniuersis. Id partim fit officijs, partim benignitate. Benignitas sic tēperanda est, ne cogaris ab alijs rapere, quod alijs suppedites. Nā ex huiusmodi largitionibus plus odij nascitur apud probos, quā fauoris apud improbos. Porrò ab improbis laudari, infamia verius

1. affectibus carens.

1. cera fumū.

est, quàm gloria. Ad hæc, bene dignitatis fons largien-
do exhauritur: porrò beneficentia, quæ constat offi-
cijs, fundum non habet, imò quo largius hinc hauri-
tur, hòc scatet uberius. At hic multæ res sunt quæ
& inuidiam mitigant, & famæ celebritatem illu-
strant, quas nemo sibi præstare valet, sed contingunt
gratuito fauore numinis. Gratior est pulchro veniens
è corpore virtus. At formam corporis sibi nemo
largitur. Adfert secum dignitatis plurimum gene-
ris claritudo. At hæc quoque fortunæ munus est. I-
dem sentiendum de diuitijs, quæ recte factis parta ab
auis atq; atauis ad nos deuenerunt. Ne hoc quidem
quisquam sibi præstat. Huius generis sunt & ingeni
dexteritas, ac dicendi gratia, lepos et comitas non as-
cita, sed ingenita. Postremò decorum quoddam arca-
num atq; etiam felicitas, cuius effectũ in multis vi-
demus quotidie, causam reddere nemo potest. Atq;
frequenter cõspicimus eadem geri diuersis, et
magnam inire gratiam qui peius gessit, dixit ne quis
is qui melius rem egerit, pro gratia referat odiũ. Hos
prisci quidam ad genios referebant. Dicebant enim
in ea re quemque fortunatum esse, ad quam natus es-
set: cõtra parum succedere, quod quis inuita Miner-
ua iratoque genio tentaret. P. Hìc igitur nullus est
consilio locus? S. Vix vllus. Attamen qui sagaces
sunt, deprehẽdunt in pueris aut adolescentibus notas
quasdam, quibus coniecturã facere liceat, ad quæ stu-
dia, quódue vitæ genus, quasue actiones sint ydonei.
Idẽ indicat in nobis arcanus quidã animi sensus, quo
à qui-

quibusdã abhorremus nulla euidente causa, ad quas
dam item miro impetu rapimur. Hinc est quòd alius
feliciter tractat rem militarẽ, alius dexter est in ne-
gotijs politicis, alium dicas ad studia natũ. Quãquã
in his mira varietas, nimirũ tanta, quanta est fa-
cinus ndiuersitas. Aliũ natura genuit imperio, aliũ
uluit esse fortem militem: cui plurimùm indulsit, ei
oncessit, vt iuxta Homerum, pariter & bonus sit lã
rius, et egregius dux. Itidẽ in rebus ciuilibus, alius
let in consilio, alius in agendis causis excellit, alius
eundis legationibus & gaudet, et feliciter rem ge-
t. De studiorum varietate quid attinet dicere? Sũt
ui sic rapiantur ad institutum monasticum, nec ad
nduus, sed vel ad hoc vel illud, vt vitam sibi putẽt
urbam, nisi, quod optant, assequãtur. Sunt è diuerso
ui mirum in modũ abhorrẽt, vt mori ducãt potius,
uàm fieri monachi, necid odio faciunt aut certa ra-
one, sed arcano quodam naturæ sensu. Ph. Ista qui-
dem in compluribus ita vt narras & comperi nonũ-
uem, et frequenter admiratus sum. Sy. In his igitur
onis, quæ nobis gratuitè largitur naturæ benignitas,
ultò minus orietur inuidia, si fastus absit & ostenta-
io. Amabilior enim est forma, aut nobilitas, aut opu
ntia, aut facundia in his qui se his bonis præcellere
quasi nesciunt. Comitas autẽ et modestia nihil immi-
nuunt hæc commoda, sed vt gratiã addũt, ita depel-
unt inuidiã. Hæc autem comitas & morũ suauitas
portet in omnibus vitæ actionibus sit perpetua, nisi
prorsus repugnat Minerua. Nã frustra, vt opinor,

tentaret Xenocrates, quod succesſit Socrati ac Di
genu: frustra moliretur Cato Censorius, quod Lelium
fecit gratiosum. Attamẽ Demea ille Terentianus s
bitò mutatus, satis declarauit quantum ad concili
dam beneuolentiã habeat momenti, studijs et affec
bus omnium obsecundare. Verùm quoties à recto r
ceditur, iam et à vera gloria ad temporariũ homin
fauorem degeneratur. Cæterùm ea demum gloria p
petua est, quæ honesti radicibus nititur à iudicio
ons profecta. Nã affectus temporarios habent imp
tus, qui simulatq; relanguerint, odisse cœpimus, qu
antè vehementer arriſit, ac proinde plausus vertitu
in sibilum, laus in vituperium. Cæterùm vt ingeni
prorsus inuerti non potest, ita potest aliqua ex par
corrigi. P. Expecto quid dicas. S. Qui natura blandi
er est, is cauere potest, ne dum apud nos gratiosus es
studet, deflectat ab honesto: néue dum sese quibus libe
accommodat Polypum imitatus, sibi parum constet
P. Tales nouis permultos lubricæ fidei & erubescend
vanitatis. S. Rursus qui seueriore sunt ingenio, dar
operam oportet, vt sic affectent comitatem, ne quod a
gunt, videatur simulatum, aut subinde ad naturam
suam recurrant; pro laude geminum dedecus sibi cõ
paraturi, et quòd interdum rigidius agant, & quòd
sint inconstantes. Tantam enim vim habet constan-
tia, vt qui vitiosam nacti sunt naturam, tamẽ ob hoc
ipsum leuius ferantur, quod nusquã sunt sui dissimi-
les. Fucus autem simulatque subolauit, etiam in bene-
factis gignit odium: porro quod simulatum est, perpe-

tuo

latêre non poteſt, aliquando erũpat oportet: quod
h factum fuerit, ſemel euaneſcet omnis ille magniſ
gloriæ fumus, atq; etiam in fabulam vertitur. P.
id igitur, vt video, mones, à natura minimùm, ab
neſto minimè recedendũ eſſe. S. Tenes. Ad hæc ſcis
quid ſubitò inclareſcit, obnoxiũ eſſe inuidiæ. In-
vox odioſa ὑεοπλοτὸς apud Græcos, apud Roma-
nouorum hominum cognomen, apud vtroſq; terræ
rum, & è cælo delapſorum. Cæterùm fama quæ
latim naſcitur, et augeſcit, quemadmodum mini-
habet inuidiæ, ita maximè durabilis eſt, vt indi-
hoc ille poetarum acutiſſimus Horatius, Creſcit
ulto velut arbor ævo, Fama Marcelli. Proinde ſi
ram, ſi perpetuam, ſi liuori quàm minimũ expoſi-
am gloriam expetis, aſculta Socrati, qui dixit, qui-
ſdam vſu venire vt dum nimiùm properãt initio,
ſtimus perueniant ad finem. P. Sed hominũ vita brevis
eſt. S. Ergo ad benefacta properandum, non ad glori-
m, quæ ſua ſponte conſequitur. Non enim id conſu-
, opinor, quibus rationibus lõgæuus fieri poſsis. Nã
ſtuc Parcarum munus eſt, quæ filũ ducũt et ampu-
nt, cùm ipſis eſt viſum. Ph. Vtinam iſthuc quoque
poſsis. S. Nunquam ò Philodoxe diui tam fuerũt be-
gni, vt vni darẽt omnia. Quod annis detrahũt, no-
nnis ſplendore penſant. Quibuſdã, ſed pauciſſimis,
tum indulgenter fauent, vt viui, ſibiq; quodam modo
ſuperſtites, poſteritate ſua fruantur. Sed rari ſunt.
Quos æquus amauit Iupiter. Hoc fortaſsis aliqui diis
geniti potuere, verum iſta felicitas non cadit in hãc
com-

consultationem. Ph. Sæpe mecum admirari soleo, se
fortunæ seu naturæ inuidentiã, quæ nihil omnino cõ
modi largitur mortalibus, quod non aliquo tempere
incõmodo. Sy. Quid igitur supereſt amice, nisi vt ho
mines nati, sortem humanam æquo feramus animo
Iam & illud haud mediocriter cõducit ad leniend
inuidiam, si penitus cures habere perspecta nationum
ordinum & singulorũ hominũ ingenia, nimirùm a
eorum exemplum, qui bestijs citurandis alendúq; d
operam. Siquidem horum præcipuum est studiũ, ani
maduertere quibus rebus quodq; animal vel efferetu
vel deliniatur. Nõ iam loquor tantùm de discrimin
quod est inter auem & quadrupedem, inter serpent
& piscem, aut quod est inter aquilam et vulturẽ, in
ter elephantum & equum, inter delphinum & pho
cam, inter viperã & aspidẽ, sed de innumera varie
tate, quæ est in singulis animantiũ generibus. P. Ex
pecto quò sis euasurus. Sy. Omnes canes sub vna spe
cie cõtinetur, sed hæc species quàm in innumeras for
mas distrahitur, vt dicas illos genere distingui, nõ spe
cie. Iam prorsus in eadem specie quàm vary sunt tã
tum mores & ingenia? Ph. Immensa varietas. Sym.
Quod de canibus dictũ est, de singulis animantiũ ge
neribus dictũ puta, sed in nullo magis elucet discri
men quàm in equis. Ph. Vera prædicas, sed quorsum
hæc? Sym. Quicquid in animantium generibus vel in
formis, vel in singulis animantibus varietatis est, hoc
omne puta esse in homine. Illic reperies lupos varios,
canes inenarrabili varietate, elephantos, camelos, asi
nos,

leones, oues, viperas, simios, dracones, aquilas, vul
res, hirundines, hirudines, & quid non? Ph. Quid
m? Sy. Nullũ autem est animal tam efferum, quin
te tractatum aliquam de se prabeat vtilitatẽ, aut
tè non lædat. Ph. Nondum perspicio quid agas.
Est nõnihil discriminis inter Hispanum, Italum,
ermanum, Gallum & Anglum. Phi. Est planè. S.
d hac, est singulis in vnoquoque genere peculiare
uddam ingenium. Phi. Fateor. Sym. Hanc varie-
em si sagaciter habueris animaduersã, & singulo
m moribus te accommodes, persacile consequeris, vt
t omnes habeas amicos, aut certè nullos inimicos.
Si Polypum me fieri iubes, vbi rectum & hone-
um? Sy. Est in rebus cõmunibus aliquod obsequiũ,
od nullo pacto vitiat honestum: quod genus, apud
talos osculo salutant viri viros. In Germania si fa-
us idem, absurdum videatur, sed pro osculo dextrã
rrigũt. Rursus in Anglia viri salutãt mulieres e-
iã in templo obuias: idem si fiat in Italio, flagitium
abeatur. Item in Anglia porrigere poculũ tuũ in-
rruenienti in cõuiuio ciuilitatis est, in Gallia cõtume
e est. In his & alijs huiusmodi, citra recti iacturã
icet omnibus obsecundare. Ph. At perdifficile est
mnium gentium mores, ac singulorũ hominũ inge-
ia nosse. Sy. Verùm ô Philodoxe, si gloriam insignẽ
quæris, eamq; virtute partam, necesse est vt virtutem
quoq; prestes nõ vulgarem. Scis autem virtutẽ circa
difficilia versari, quemadmodum ante Peripateticũ
illum docuit Hesiodus: proinde si mel cupis, apes feras

oportet

oportet Ph. Scio & memini, sed mitigandæ inuidi
rationem quærimus. Sp. Prouinda operam, vt in bel
dux esse malis quàm miles, & in eo bello quod gere
dum cum inuisis hostibus potius, quàm cum ciuibu
aut socijs. In re publica ea potissimum munia capesse
quæ popularia sunt & gratiosa. Velut, defendere po
pularius est quàm accusare, honorare, quàm puni
re. Quòd si qua inciduntsicut incidere necesse est, na
tura molesta, tamen ea quoq; si vitari non possunt, c
moditate sunt lenienda. Ph. Quo pacto? Sy. Sedes iu
dex aut arbiter, altera pars nonnihil offendenda est
sed ea rem æquitate geras, vt si fieri possit, etiã victu
gratias agat. Ph. Qui sic? Sy. Puta. Intenditur actio
furti aut sacrilegij, muta, si potes, actionis formulam,
& fac vt sit actio rei vindicandæ. Hic protinus ita
reum subleuas, vt nihil tamen decedat actori. Porro
actionem omnem sic moderare, vt citra actoris dispe-
dium reo videaris æquus. Postremò damnati pœnam
nõnihil mitiga. Absit interim aut vultus toruitas,
aut verborum acerbitas, aut morositas, quæ res faci-
ant, vt quidem piorem ferant gratiam pro dato bene-
ficio, quàm alij pro negato. Interdum monendus est a-
micus, sed si nulla spes emendationis, silere præstat. Si
res grauior est, et spes est profectus, magni refert qua-
lis sit admonitio. Nam sæpenumero fit, vt qui sinistrè
aut intempestiuè admonet, & morbum exasperet, et
ex amico reddat inimicum. Hæc dexteritas magis
etiam habet locum, si agas cum principe. Nam horum
affectibus nonnunquam incidit, vt sit resistendum.

Quod

ud sit comiter ac dextrè, paulò post, qui obsti-
ter, plus ferunt gratiæ, quàm qui obscurarunt.
uod enim cupiditati placet, temporarium est: quod
ta ratione geritur, perpetuò probatur. Longè verò
axima pars invidiæ nascitur ex intemperantia lin-
uæ. Quantum ody nonnunquam vnica vox temere
cidens concitat nonnullis? Quàm multis dictum
t vicus intempestivus fuit exitio? Laudabis igitur,
dignos, idq; parcè: sed vituperabis parcius, si tamẽ
mino quisquam vituperandus est: proinde vitanda
uacitas. Difficilimũ enim sit, simul et multa &
mtunè dicere. Ph. Assentior istis omnibus. Sed
hi videtur præcipua ad parãdam nominis celebri-
um via, scribere libros. S. Vera prædicas, nisi quod
stat scribentium turba. At si ista placet ratio, cura
exactè scribas potius quàm multa. Cùm primis ax
m argumentum deligito neque protritum, neque
m multis commune, ad hæc minime invido sum: in
quicquid insigne complurium annorum lectione
ntractum est, conferas, tractatione vero tale red-
s, vt voluptatem habeat cum vtilitate cõnectam.
h. Prudenter tu quidem Symbule, meoque animo
ceris satis, si vnũ illud adieceris, quibus rebus effi-
posit, vt maturius etiam contingat gloria. Mul-
enim video, qui vix sub obitum inclarescunt,
nnullos à rogo, quod aiunt, demùm innotescere.
ym. Hic quod consulam nihil habeo melius, quàm
od tibicen suasit tibicini. Tu ac vt his teipsum probes
i gloria iam vicerunt invidiam: in horum amicitiã

tem: t

temet insinua, quorum honorifica de te praedicatio si
cilè populare studium tibi conciliabit. P. At si qua
do exoriatur inuidia, quid ostendis remedy? Sy. Fa
quod solent hi qui picè coquunt: si flamma effulser
infundũt aquã, at tum magis efferatur ac stridet in
cendium, ni id facias constanter ac sæpius. Ph. Qui
istud ænigmatis est? Sy. Inuidiam aborietem benef
cys obruc potius, quã vindicta. Nihil egit Hercul
resectis Hydræ Lernææ capitibus, igni Græco deni
exitiabile monstrum. P. Sed quem vocas ignem Gr
cum? Sy. Qui ardet etiã in medijs aquis. Eum adh
bet, qui lacessitus iniuria malorum, nõ cessat tamẽ d
omnibus bene mereri. Ph. Quid ego audio? benefice
sia igitur nunc aqua est, nũc ignis? Sy. Quid vetat
quando Christus in allegorijs nunc sol est, nunc ign
nunc lapis. Dixi sedulò. Si quid melius eris nactus, s
quitor, meumq; repudiato consilium.

OPVLENTIA SORDIDA

Iacobus, Gilbertus.

Syphar, pellis ficca siue tenue illud serpẽtis exuuiũ, de quo proverb leberide nudio 1. Cent. 1. Chilia 4. Prouer. 26.

Ia. Vnde nobis tam exuccus, quasi cum cicadis inter
rea rore sis pastus? mihi nihil aliud, quàm syphar ho
minis esse videris. G. Apud inferos vmbræ maluæ
porro saturantur; at ego decem vixi mẽses, vbi nec
quidem cõtigit. Ia. Vbi nam, te quaso, num abrept
in nauem galeatam? Gi. Nequaquam, sed syndoj
In vrbe tã opulẽta, bulimia periclitatus es? G. Maxi
mè. I. Quid in causa? An deerat pecunia? G. Nec pe
cunia, nec amici. Ia. Quid igitur erat mali? G. Mi
res erat cum hospite Antronio. Ia. Cũ illo opulento

Gi

sed sordidissimo. I. Monstri simile narras. G. Ita
nimirum, sed sic fiunt diuites, qui è summa emergunt
egestate. I. Quid ita libuit tot menses apud talem be-
luam commorari? G. Erat quod allegaret, & sic tu
eminuerit. Sed dic obsecro, quo tandem pacto ille
euaserit? G. Dicam, quandoquidem aeternum labo-
rem fugere instituisti. I. Mihi certè
non est. G. Illud cum primum accessit incommodis
illi regioni, tales ut menses spirabat Boreas,
quod illic nescio quo pacto vnquam perflauerat.
Quamdiu igitur spirabat tor-
mentis meis? G. Sub primum diem velut ex constituto
cessabat spirare, sed post horas octo migrabat in
Occidentem. I. Quamdiu igitur ardebat ignis? G. Quamdiu
ligna suppetebant. I. Quid hoc facere impedire posset
ligna? G. Quid? Quod in insularibus ea vel herba
quae vocatur, quae fere nec in hortis nascitur
vsquam, sed sponte sua nascitur, ignis non absq; flamma, sed
flamma, non qui calefaceret, sed qui prostraret, ne
quidem posset. I. Non multum esse ignem. Quis enim autem
non desiderabit istum diem ardentem temperatum quam in
illum, qui vehementer durum erat. G. Vbi nul-
lum, illum vehementer durum erat. G. Vbi nul-
lum habebat pulvinum ac cimicum, ac ne in-
terdiu quiescere esset, ne noctu somnum capere liceret.
Dii immortales miserum! G. Praesertim in hoc pecorum ge-
nere. I. Oportet illic ingenias esse fœminas. G. Lati-
net inter viros versatur. Ita fit vt illic & fœ-
mina

ruina, nihil aliud sint quàm fœminæ, et viris desint
ministeria, quæ solent ab eo sexu suppeditari. I. Sed
Antonium interim non pigebat tractationis
huiusmodi sordibus educato præter lucrum nihil
erat dulce. Vbi uis potius habebat, quàm domi, nec
in re non rogitabatur. Scis autem eam Vrbem
præ cæteris Mercurialem. Pictor ille nobilis depi-
ctus existimavit, si dies abisset sine linea. Ant-
nius longè magis deplorabat, si dies præterisset sine
lucro. Quod si quando euenisset, domi quærebat ne
cui esset. Quid faciebat? G. Habebat in ædibus
fictum ex cere cuniculum, illic hauriebat aliq
aquæ situlas, et infundebat in alium vinaria. Hic
cerebam lucrum. I. Ecquid percussit? G. Imò plus
mentitus? G. Imò plus ex arte, quàm oppa. Nunqua
enim emebat vinum nisi corruptum, quo minus es
set, ex re ne quid periret, subinde fece
deos miscebat, soluens ac resoluens omnia, qui
sima videretur: neque prius ille passus fuisset
eis uitam perire. I. Atqui quæ fides Medicis, tali
nunquam uesicæ calculos? G. Non errant Medi
nam in re nouo nullus erat annona tam felix, quin
aliquo acerbo calculo periret: nos horrebat ille fun
clamum. I. Non? G. Etiam è mortuis colligebat
stigales. Nec asperna bantur ex quouis exiguum lucel
Audi cætera. G. Lucrum dicant negotiatores.
Quid interea bibebat Antronius? G. Idem fer
nectar. I. Non sensit malum? G. Datus erat, qui
fœnum esse posset. Et talibus, ut dixi, deliris fuer
tener

Mercur. vbi mercatorũ negotia tractantur Apelles.

Vide prou. A mortuo tribu tum.

neris educatus. Hoc lucro nihil existimabat certius.
Quid ita? G. Si supputas vxorem, filios, filiam, ve-
rum, operas & famulas, alebat dum fere toi pora
rigintatria. Iã quo vinũ erat dilutius, hoc & par-
ius bibebatur, & serius exhauriebatur. Hic mihi
bducito in singulos dies addita aquæ situla, quã nõ
enitendam summam conficiat in annum. O sor-
Æqui non minus compendij redibat ex pane. I.
o pacto? G. Emebat triticum vitiatum, quod
us noluisset emere. Hic præsens statim lucri, quia
naris emebat. Cæterum vitio medicabatur arte. I.
us tandem? G. Est argillæ genus frumento non dis-
ile, quo videmus & equos delectari, dum et parie-
arrodunt, & ex lacunis ea argilla turpidis bibũt
beatius. Eius terræ tertiam partem admiscebat. Ia.
isthuc meditari? C. Certè tritici vitium minus
emebatur. An hoc quoque lucrum putas aspernan-
um? Adde iã aliud stratagema: domi pane subige-
at nec id crebrius, etiam æstate, quam bis in mense. I
stue est lapides apponere nõ panes. G. Aut si quid
pide durius, sed huic quoque malo erat paratum
medium. Ia. Quodnam? G. Fragmenta panis im-
ersa cyathis vino macerabat. I. Similes habebant
ra lactucas. Sed ferebant talem tractationem ope-
? G. Primum narrabo primatum eius familiæ
paratum, quo facilius dimines, quomodo tracten-
r opera. Iac. Audire cupio. Gil. De tentando
ulla erat illic mentio, prandium ferè differeba-
r in horam à meridie primam. Ia. Quam ob rem?

G. Expectabatur Antronius pater familias. Cœna
batur interdum ad horam decimam. I. At tu soleb
esse inedia impatientior. G. Eóque subinde clamab
ad Antronij generum Orthrogonũ: agebamus enim
in eodem conclaui: Heus Orthrogone, non cœnatu
hodie apud Synodos? Commodè respondit, breui ad
futurum Antronium: Cum nihil viderem apparat
& latraret stomachus, Heus, inquam, Orthrogone
erit hodie pereundum fame? Excusabat horam, au
aliud simile. Cùm nõ ferrem stomachi latratum, rur
sus interpellabam occupatum. Quid futurum est, in
quam, eritne moriendum fame? Vbi iam Orthrogon
consumpsisset omnem tergiuersationẽ, abijt ad fa
mulos, iussitq; adornari mensam. Tandem cùm ne
rediret Antronius, nec quicquam appararetur, Or
throgonus victus conuicijs meis, descendebat ad vx
rem & socrum ac liberos, clamitans vt apparere
cœnam. I. Nunc saltem expecto cœnam. G. Ne pr
pera. Prodibat tandem famulus claudus, ei præfec
negotio, non admodum dissimilis Vulcano, insterne
mensam linteo. Ea prima cœnæ spes, Tandem po
lõgam vociferationẽ, afferuntur phialæ vitreæ, cum
aqua sanè limpida. I. Altera cœnæ spes. G. Ne pro
pera inquam. Rursum post atroces clamores adsert
phiala illius nectaris feculenti plena. I. O factum be
ne. G. Sed sine pane. Nihil adhuc periculi, nemo fa
melicus bibat lubens tale vinum. Clamatũ est iterum
vsque ad rauim. Tum demum apponitur panis ille
quem vix vrsus dentibus frangeret. I. Certè iam vi
consul

...nsultum est. G. Sub multam noctem tandem venis
...patronum, hoc ferè proœmio inauspicatissimo vt de-
...ret, sibi dolere stomachum. I. Quid hic mali aus-
...? G. Quia tunc nihil erat quod ederetur. Quid
...nim expectes hospite malè affecto? I. Dolebat reue-
...? G. Adeò vt solus deuoraturus fuerit tres capos, si
...us dedisset gratis. I. Expecto conuiuiũ. G. Primùm
...apponebatur patina cum farina fabacea, quod ob-
...genus illic vulgò venditur tenuibus. Aiebat se
...vti remedio aduersus omne morbi genus. I. Quot
...tis conuiuæ? G. Interdum octo aut nouem, inter
...us erat Verpius ille doctus, quem arbitror tibi non
...notum, & filius familias natu maior. I. Quid illic
...ponebatur? G. An non satis est frugi hominibus
...od Melchisedech obtulit Abrahæ quinque regũ
...ctori? I. Nihil igitur obsonij? G. Erat nonnihil. I.
...Quĕnam? G. Memini nos fuisse in mensa conuiuas Gene. 14.
...mero nouem, cùm in patina non numerarem nisi
...ptem foliola lactucæ aceto innatantia, sed absq; oleo
...Solus igitur ille deuorabat suas fabas? G. Vix se-
...obulo emerat, nec tamen vetabat, si quis proximè
...dens vellet gustare, sed incivile videbatur, lãgui-
...suum eripere cibum. I. Secabantur folia, quomad-
...dum de cumino meminit prouerbium? G. Nõ, sed
...ctis à primoribus apsumptis, reliqui panem im-
...rgebant aceto. I. Quid autem post septem folia?
...Quid? nisi caseus conuiuiarum clausula. I. Hic-
...ne erat apparatus perpetuus? G. Propemodum, nisi
…ſcitia accidiſſe memini me ex Græcorum epigrammatis …ſciſſe. Epigramma autem libro ſecundo habetur iepidum …te, & mirum in modum elegans, quare nec pigebit aſcribe-…: extat autem Philippi titulo, qui temporibus Iuſtiniani Au-…ſti in hoc ſcribendi genere nulli inferior fuit.

…μφαμένη βορέην, ἐπιπεπλώμην ὑπερ ἅλμης
πνεῖ γὰρ ἐμοὶ θρήικης ἤπιος ἀυδ' ἄνεμος
…λλά με τὴν μελιγάρυ ἀηδόνα δ' ἐξατο νῶτοις
δελφὶν καὶ πηνὴς πόντιος ἀνιοχεῖ
…ισοτάτω δὲ ἐρέτης πορθμευομένην τὸν ἀκωπὸν
ναύτιν τῆ σώματος θ' ἡγεμὸν ἐγωκιδάρη
…ρτέμιν δελφῖνες ἀεὶ μούσῃσιν ἑμιόλοι
ἀνδρὸς ψευδὴς μῦνος ἀρίονος.

Id nos ita conati ſumus Latinum facere,
…nerſata grauem Boream ſuper æquora Aedon
Me dederam, ventis Thracia pulſa tuis.
…quamiger vt noſtræ preſenſit murmura linguæ
Auxilio Delphin me pereunte venit,
…mque ſedens humeris tam læto remige tuta,
Veſtorem blanda mulceo voce meum.
…Sed neque Delphinis naulum mos ſoluere Muſis,
Nec rumor fictum perſtrepit Arionem.

…e. Eph. *Quin & in venatu mugilum piſcatores del-*
…hinorum miniſterio vice canum vtuntur, qui acce-
…ta prædæ portiuncula recedunt. Quin & caſtigari
…ſe patiuntur, ſi quid in venatu deliquerint. In ma-
…i verò frequenter nauigantibus apparent, gaudio
…feſtientes, & in ſummis vndis luſitantes. Interdum
…dnantes ad nauim, nonnunquã & tenſa vela trãſi-
…ientes. Adeò delectatur hominũ conſuetudine. Ve-

Quin & in ven.) Hoc Plinius eodem capite, in ſtagno Lat-…ra appellato, Nemauſienſis agri, in prouincia Narbonenſi, …& in Taſsio ſinu fieri tradit. Oppianus quoque halieuticon …poſtremo hanc venandi cum Delphinibus conſuetudinem de-…ſcribit, atque id eleganter ſatis, ſed in Ægeo mari circa Eu-…pœan. Quod autem Eraſmus ait vice canum, id quoque per ſimili-

similitudinis applicationem Oppian.

ἐπ' ἄνδρεχσι θηρητῆρσιν
πρανέες σεύοντες ἀμοιβαίους ὑλαγμοὺς

Sic pisces ad terram, inquit, pellunt delphines, tanquam ad vi[ros] venatores canes mutuis atratibus feram citant.

Delphini cũ crocodilo pugnam. Vide Plin. li. 9. cap. 15.

rium vt hominiũ est studiosus delphinus, ita crocodili capitalis est hostis. Egreditur mare, & in Nilum, in quo regnat crocodilus, audet venire, congressurus cum dentibus, unguibus & squamis ferro etiam impenetrabilibus armata bellua, ipse nec ad morsus satis instructus, quippe os habens ad pectus vergens. Sedimpetu fertur in hostem, ac iam illi proximus repente submittit sese, erectisq; in tergo pinnis mollia ventris perscindit, aliâs in vulnerabili. Io. Mirum est quod animal statim agnoscere hostem suum, etiam nunquam antea visum, scireq; & cur impetatur & qua ladi aut sese tueri possit, cùm hoc homini sit negatũ quine regulum quidē horreret, nisi admonitus, malo doctus. E. Scis equum animal obsequijs hominum natum. Huic capitale dissidium est cum vrso homini noxia bestia. Agnoscit hostem nunquam visum ac protinus se parat ad pugnam. Io. Quibus armis pugnat? Ep. Arte potius quàm viribus. Trãsilit vrsum, & ipso saltu posteriores calces impingit in caput. At vrsus interim unguibus scalpit equini vẽtris molliti. Aspis homini venenũ est immedicabile, cũ hac belligeratur ichneumon. Idem exitialis hostis crocodilo

Os habent.) Sic Plinius: Multum illi infra rostrum os, ad medio pene in ventre. Regulum.) Basiliscum, facto nomine ab etymologia Græca, ne quis opinetur regulum aut hostem esse nostrum, ichneumona.) quod cum serpentibus, crocodilo & as

pid

le perpetuam inimicitiam exercet, Græci aliquot auctores
ichneumona appellant, belligerantur autem cu n aspide ich-
neumones, quia capientes hos serpentes per caput vel caudã,
flamen trahunt. Crocodilis vero insidiantur, dum illi trochi-
lis dentibus pergrandis rictũ diducũt, tunc ichneumon in oris hi-
us intrat, & exesis visceribus e ventre morsuorum egreditur.
ege præter Plinium Ammianum Marcellinum lib. 22.

milis affectus est elephantis erga hominem: nam &
atorem simpliciter errantem clementer reducit in
um, & agnoscunt amántq; doctorem suum. Ferun-
r & exempla deuoti amoris erga certos homines.
quidem vnus adamauit in Aegipto mulierculam
illas vendentẽ. Aristophani grãmatico charã. A-
m Menandrũ Syracusanum adolescẽtẽ, sic amauit,
desyderium illius quoties nõ videret, inedia testa-
us sit. Sed ne hæc quæ plurima commemorantur, re-
re pergamus, cùm Bachus rex in triginta quosdam
uire decreuisset, eos totidẽ elephantis obiecit, stipi-
bus alligatos. Cumq; immissi essent, qui inter elephã-
s procursantes eos lacessercnt, nunquam efficere po-
erunt, vt se regiæ crudelitatis ministros præbercnt.
Est q; huic animanti φιλάνθρωπον bellum exitiale
ũ draconibus Indicis, qui feruntur esse maximi, Vide Plin. lib. 10. cap. 4. & 5.
frequẽter in pugna pereat vterq;. Porrò draco ini-
cus est homini, etiam non lacessitus. Simile diũdiũ
aquilæ cũ draconibus maioribus, cũ homini sit in-
uxia, imò cùm feratur etiã amatorios ignes sentire
ga certas puellas. Eidẽ cum bellũ internecinũ est cum Plin. lib. 8. cap. 10.
minde, id est, nocturno accipitre. Elephãtus odit e-
ã murem animal homini quoq; molestum, eoq; ab-
rret à pabulo in quo murẽ cõspexerit. Nec causa li-
uet, cur oderit. Nã hirũdinẽ meritò horrẽt, quòd ea

in potu hausta grauissimè discrutietur. Iam vix

Cum Cymindе.) Plinius Capite de accipitribus auctor e
verum Homerus Chymindin, non accipitrem, sed noctuam v
detur appellasse hoc versu.

χαλκὶς γὰρ κικλήσκεται θεοὶ, ἄνδρες δὲ κύμινδιν.

Noctua enim chalcis vocatur, quod æneum colorem videatu
habere: & fortassis cymindis a maris colore, quod vt noctu
sic mare subinde glaucum epitheto dicatur. Callimachus e
auem non Cymyndin, sed Cymin vocat, fortassis ob son
quem reddit Cycaban. Homeri tamen scolia genos hieraco
id est, de accipitrum genere Cymindin esse dicunt.

lum animal amicius homini quã canis, nec inimicio
quàm lupus, vt quòd aspectu quoque vocẽ adimat: &
inter hæc summa discordia est, quemadmodũ omni
generi lupus infestissimus, quod totum pendet à pro-
uidentia hominũ, quorũ præcipua cura est tueri ani-
mal innoxium, & aledo homini natum: in lupũ vero
velut in publicum humani generis hostem armantur
omnes, præcipuè canum commilitio, quæ res etiam
prouerbio fecit locum. Nõ magis parcemus quàm lu-
pis. Lepus marinus immedicabile est homini venenũ,
si quis imprudens gustauerit: at rursus hominis cõta-
ctus mors est lepori. Panthera sæua est in hominẽ, &
tamen adeò terretur ab hyena, vt nec cõgredi quidem
sustineat.

Aspectu quoque.) Lege Chiliades, Lupi illum vidêre prio-
res: & Donatum in Terent. Adelph. Lupus in fabula.

Non magis parcem.) Ex Aristoph. & illius interprete hoc
adagium enarratum est ab auctore, quod scilicet olim apud
Atticos lex fuerat de interficiendis lupis, quæ præmio etiam
inuitaret ad hanc feram persequendam. Et hæc quidem inter-
pres Comici. Sed videtur hoc commentum damnare Apolo-
nij Rhodij scoliastes, qui in honore summo apud Athenien-
ses lupos fuisse contendit, in tantum etiam vt si quis illic lu-
pum interemisset, inferias illius sepulchro inferre compel-
litur, hinc poligus id est, canos, non a colore, dici, sed ob

ob reuerentiam Cauſſam addidit, quod Latonæ vterũ geſtans ſenis diebus in lupum mutata, in Delitum perrexerit. Hinc iam eſſe, quod certo quodam anni tempore omnes illæ lupos pariant, idq; intra duodecimum diem: ad ducit Philoſtephanũ quendam, qui talia prodiderit in commentarijs ſuis. Lepus marinus.) Hoc Plinius tradidit lib. 12. ca. 1. De pantheris & Hyenis eadem docet. Hoc tamen quod aiſt Hyenam cum Panthera pugnare, non ea de cauſſa fit, quod hyena erga hominem bene affecta ſit, Nam Ariſto. lib. 9. hiſtoriæ animalium mirifice inſidias moliri hyenam hominibus tradit, & ſepulchra quoque effodere, tantam illi feræ auiditatem humanæ carnis ineſſe.

Hinc narrant, ſi quis quid ſecum geſtet de corio hyenæ, à panthera non appeti, tàm ſagax eſt naturæ ſenſus. Addunt & illud, ſi pelles vtriuſue beluæ ſuſpendas inuicem ex aduerſo, pantherica pilos defluere. Araneus homini domeſticum eſt animal, exitiale verò ſerpenti, adeo vt fortè conſpicatus ſub arbore ſerpentem apricantem, filo ſe libret, & aculeum medium infigat fronti tam acri vulnere, vt ſerpens dolore rotans ſeſe in gyrum, tandem emoriatur. Accepi ab iis qui ſpectarunt, ſimile diſſidium eſſe araneo cum buffonibus, ſed buffonem ictum, ſibi plantagine admorſa mederi.

Exitiale vero.) Hoc ipſum Plinius ſcribit lib. 10. ca. 74. Plãtagine admorſa.) Aiunt aliquando monachũ (ſed enim hoc hominum genus admodum curioſum) in araneum & buffonem cõcertantes incidiſſe, & dum euentũ certaminis auidius expectat, ictum buffonem vehementer vidiſſe tumidum, ſed mox plantagine guſtata, quæ tum in buſtuario creſcebat veluti reſũptis viribus pugnam redintegraſſe. Admiratus inſolitum ſpectaculum monachus, diligentius hos pugiles obſeruabat, & quod paulo ante de buffone cognouerat, id iterum conſpicatus, quam poteſt ocyſſime plantaginem omnem quæ de proximo creſcebat radicitus extirpat, & apud ſe cõdit. Interea buffo, acceptæ tertia plaga, dum ad ſolitum medicamentum accurrens, auxilio herbæ deſtitueretur, in tantum intumuit, vt non prius tumorem quam vitam ſimul finiret. Inde compertum habuit, plantaginem

ginem contra venena, & venenatorum ictus multum facere. Audies fabulam Britannicam. Scis illic conclauium solum consterni scirpis viretibus. Monachus quidam fasciculos aliquot scirporum in cubiculum congesserat sparsurus cùm esset commodum. Is cùm à prandio supinus dormiret, buffo ingens erepsit, & os dormientis obsedit, infixis superne atq; inferne labro quatuor pedibus. Detrahere buffonem certa mors erat, non amoueri quiddam erat morte crudelius. Quidã suaserunt vt monachus ad fenestram deferretur supinus, in qua ingens araneus habebat telam. Factũ est. Mox araneus hoste conspecto, filo se librat, & buffoni spiculum infigit, ac filo se recepit in telam. Intumuit buffo, sed non est auulsus. Repetitur ab araneo, magis intumuit, sed vixit. Tertio ictus adduxit pedes, ac mortuus decidit. Hanc gratiam araneus retulit hospiti suo. I. Mira narras. P. Addam quod non legi, sed his oculis cõspexi. Simius supra modũ horret testudinem. Huius rei quidam dedit nobis specimen Romæ. Puero suo in verticem imposuit testudinem, et pileo contexit: Deinde producit ad simiũ. Illico simius gaudẽs, insilijt in humeros pueri venaturus pediculos, sublato pileo repetit testudinem. Mirum erat spectaculum quãto cum horrore resilierit bestia, quàm expauerit, quàm timidè respexerit an sequeretur testudo. Additũ est aliud specimẽ: alligauimus testudinem catenæ à qua reuinctus erat simius, vt effugere non posset, quin saltem aspiceret: incredibile dictu, quantopere fuerit discruciatus. tantum nõ metu exanimabatur, interdũ auer-

sus

posterioribus pedibus depellere tentauit hærentem
stiam. Tãdem quicquid erat in aluo aut vesica one-
reiecit. Secuta est ex pauore febris, vt nobis fuerit
luendus à catena, & aqua vino temperata refocil-
ndus. I. Atqui nihil est, quod sibi à testudine me-
uat simius. E. Fortaßis aliquid est quod nos fugit,
tura cognitum. Nam cur acanthus oderit asinum
usa in. prompeu est, quod ille se affricat spinis, in
ibus nidulatur auicula, & flores eius depascitur.
antus autem terror habet acanthidem, vt si quan-
o procul asinum rudentem audiat, oua deiciat, pulli
nido decidant metu. Nec patitur hostem impunem.
o. Sed qua tandem in re acanthus ledit asinum. Ep.
Rostro fodit illius hulcera fustibus, & oneribus facta,
pungit & mollia narium. Potest item aliquid causæ
diuinari, cur inter vulpes & miluios mutua sit simul
tas, quod auis rapax alterius catulis insidietur. For-
tasse vulpes vicissim illius pullu: qua caussa dissidij
st inter sorices & ardeolas. Eadem ferè ratio est,

.Quicquid erat in.) Simius non alia re metũ indicat, quã pro-
iectis excrementis: hinc vulgare nostratium prouerbium. Ve-
rendum ne præ metu te commacules instar simij, cũ in meticu-
losũ ludũt. Bostro fodit illius.) Id Plinius Ægitho ani adscribit.
Asinus, inquit, spinetis se scabendi caussa atterens, nidos Ægi-
thi dissipat, quod illa adeo pauet, vt voce omnino rudentis au-
ditæ, oua eijciat, pulli ipsi metu cadant. Igitur aduolans, vlce-
ra eius rostro excauat. Deinde testatur & Acãthida ea de caus-
sa asino inimicam. Sorices.) Quoniam inquit Plinius, alter alte-
rius catulis insidiatur.

inter æsalon paruam auiculam et vulpem. Nam æsa-
lon oua cornicum frangit. Eadem infestatur à vulpi-
bus, & vicissim illas infestat, catulos earum vellicans:
quod vbi viderint cornices, vulpibus velut aduersus cõ-

mnem

ginem contra venena, & venenatorum ictus multum facere.
Audies fabulam Britannicam. Scis illic conclauiam solum consterni scirpis virētibus. Monachus quidam fasciculos aliquot scirporum in cubiculum congesserat sparsurus cùm esset commodum. Is cùm à prandio supinus dormiret, buffo ingens erepsit, & os dormientis obsedit, infixis superne atq; inferne labro quatuor pedibus. Detrahere buffonem certa mors erat, non amoueri quiddam erat morte crudelius. Quidā suaserunt vt monachus ad fenestram deferretur supinus, in qua ingens araneus habebat telam. Factū est. Mox araneus hoste conspecto, filo se librat, & buffoni spiculum infigit, ac filo se recepit in telam. Intumuit buffo, sed non est auulsus. Repetitur ab araneo, magis intumuit, sed vixit. Tertio ictus adduxit pedes, ac mortuus decidit. Hanc gratiam araneus retulit hospiti suo. I. Mira narras. P. Addam quod ipse non legi, sed his oculis cōspexi. Simius supra modū horret testudinem. Huius rei quidam dedit nobis specimen Romæ. Puero suo in verticem imposuit testudinem, et pileo contexit: Dein producit ad simiū. Illico simius gaudēs, insilit in humeros pueri venaturus pediculos, sublato pileo reperit testudinem. Mirum erat spectaculum quāto cum horrore resilierit bestia, quàm expauerit, quàm timidè respexerit an sequeretur testudo. Additū est aliud specimē: alligauimus testudinem catenæ à qua reuinctus erat simius, vt effugere non posset, quin saltem aspiceret: incredibile dictu, quantopere fuerit discruciatus. tantum nō metu exanimabatur, interdū auer-

sus

posteriorib⁹ pedib⁹ depellere tentauit hærentem
stiam. Tãdem quicquid erat in aluo aut vesica one-
reiecit. Secuta est ex pauore febris, vt nobis fuerit
luendus à catena, & aqua vino temperata refocil-
ndus. I. Atqui nihil est, quod sibi à testudine me-
uat simius. E. Fortassis aliquid est quod nos fugit,
aturæ cognitum. Nam cur acanthus oderit asinum
ussa in prompeu est, quod ille se affricat spinis, in
uibus nidulatur auicula, & flores eius depascitur.
anthus autem terror habet acanthidem, vt si quan-
o procul asinum rudentem audiat, oua deiciat, pulli
nido decidant metu. Nec patitur hostem impunem.
. Sed qua tandem in re acanthus ledit asinum. Ep.
Rostro fodit illius hulcera fustibus, & oneribus facta,
ungit & mollia narium. Potest item aliquid causæ
diuinari, cur inter vulpes & miluios mutua sit simul
tu, quod auis rapax alterius catulis insidietur. For-
tasse vulpes vicissim illius pullu: qua caussa dissidij
est inter sorices & ardeolas. Eadem ferè ratio est,

Quicquid erat in.) Simius non alia re metũ indicat, quã proiectis excrementis: hinc vulgare nostratium prouerbium. Vetendum ne præ metu te commacules instar simij, cũ in meticulosũ ludũt. Rostro fodit illia.) Id Plinius Ægitho ani adscribit. Asinus, inquit, spinetis se scabendi caussa atterens, nidos Ægithi dissipat, quod illa adeo pauet, vt voce omnino rudentis audita, oua eijciat, pulli ipsi metu cadant. Igitur aduolans, vlcera eius rostro excauat. Deinde testatur & Acãthida ea de caussa asino inimicam. Sorices.) Quoniam inquit Plinius, alter alterius catulis insidiatur.

inter æsalon paruam auiculam et vulpem. Nam æsalon oua coruorum frangit. Eadem infestatur à vulpibus, & vicissim illas infestat, catulos earum vellicans: quod vbi viderint corui, vulpibus velut aduersus cõ-

munem

munem hostem suppetias ferũt. At vix diuinare li-
ceat, quam ob causam inter se oderint olores & aqui-
le, cornus & chorio, cornix & noctua, aquila & tro-
chilus, nisi hoc malè habet aquilã, quod ille rex aui-
vocetur. Cur malè cõuenit cum noctua cæteris mino-
ribus auibus, mustellæ cum cornice, turturi cum pyr-
li, ichneumonibus vespis cum phalangijs araneis, ana-
tibus cum gauijs, harpæ cum triorchye accipitre, thoi-
bus cum leonibus. Præterea cur sorices formicosam
horreant arborem? Vnde tam irreconciliabile bellum

Aesalona) Aristoteles hanc auem inter accipitres refert. Olores & aquilæ.) Fortassis non alia de caussa, quam & cygni sibi de aquila metuũt, vt hostis ab hoste sibi caueat. Chlorio.) Qui Græcis chlorion, Theodorus vireonem a viridi colore interpretatus est, auis tota viridis, quod ex voce liquet, hyeme nõ videtur, sed teste Aristotele per æstatem volat, idque maxime solstitialibus horis, sed tamen difficulter pennas mouet, cum alioqui ingeniosus & didacticos habeatur. Quod rex auium vocetur) Trochilus Græcis trochílis a mobilitate & curritanda nomen habet, nempe apo toû trechein, Aristoteles cap. 11. lib. 9. aquilam cum trochilo pugnare scribit, quod Trochilus senator & rex vocetur. Turturi cum Pyr.) De his omnibus lege Plinium lib. 10. cap. 47. vnde hæc desumpta sunt. Harpe tum) Hanc esse Latinam auem Græcorum docent lexica. In quorum etiam commentarijs proditum est, ipsam quoties veneno icta fuerit sibi hedera succurrere. Triorchys.) Triorchys & triorches. Triorches auis a numero testium nomen habet, & de genere accipitrum. Plinius.

inter scarabeum & aquilam? Nam apologus ex ipsa
animantiũ natura confictus est. Vnde est, quod iuxta
Olynthum in certo terræ spatio non viuãt scarabei, si
inferantur: Et inter aquatilia, quam ob causam mugil
& lupus mutuo odio flagrãt, sicut conger & murena,
caudas inter se prærodentes? Polypũ in tantum horret
locusta piscis, vt si eũ iuxtà videris, metu emoriatur.

Sic

quedã animãtia mirè iunxit arcanus quidã benè-
lentiæ affectus, veluti pauones columbis, turtures
m psittacis, merulas cũ turdis, cornices cum ardeo-
, qui sibi vicissim auxiliãtur aduersus vulpiũ genus
arpã & miluiũ, aduersus triorchyn accipitris ge-
s, communem hostem. Balenis Musculus piscis exi-
mus prænatans monstrat viam, nec apparet quamob-

Mutuo odio.) Hoc quoq; Plinius. Sed & Oppianus meminit
2.3. Veluti pauones colum) Plinius lib.10.cap.74. Balenis
Musculus.) Quæ de Musculo Plinius & alij referunt, hoc Ap-
anus Lamnæ pisciculo cuidam adscribit, hunc vocat balena-
m omostolon, hoc sonat itineris comitem, hunc egetera, hoc
viæ ducẽ, cecharismenon etairon, id est, per gratum socium.
Præterea pompon kai phrotõ, hoc est, ductorem custodemque,
ostremo promachon te kai onata kai sagos ichthyn, quod est
propugnatorem, & aures, & lamna piscem, quod destituto hoc
isciculo capiatur balena, quod sine lamna nihil audiat, & mul-
a præterea mirificæ naturæ opera illic legere licet.

em illi velit inseruire. Nam quòd crocodilus fauces
errigit trochilo auiculæ, amicitia dici non potest,
um vtrunque animal suo ducatur commodo: croco-
dilus gaudet sibi purgari dentes, & scabẽdi volupta-
em amplectitur, auicula cibum quærit, vescens pi-
sium reliquijs inter dentes harentibus. Consimili ra-
tione corum inequitat dorso suis. Inter anthum &
egithum tam pertinax est odium, vt negent sangui-
nem illorũ posse misceri. Quemadmodũ narrant alia-
rum auiũ pennas absumi, si aquilinis misceãtur. Ac-
cipiter est infestus columbino generi, sed has defendit
tinnunculus auicula, cuius cõspectum & vocem ni-
rum in modũ horret accipiter. Nec hoc latet colum-
bas. Vbicunque tinnunculus reconditus est, ab ea sede

non

non migrant, fiducia protectoris. Quis causam co
jciat, cur aut bene velit generi columbino tinnunc
lus, aut cur tinnunculum horreat accipiter? Atq

Crocodilus.)Lege Ammianum lib.22. Diodorum Siculum
Aristotelem lib.9 cap.6. histor.

Inter Florum & Ægithum)anthus Græcis, Latinis florem so
nat, hinc autem quæ illis Anthus, nostris Florus appellatur,
quatilis est, colore variegato speciosoque. Vide de Antho
Ægithi sanguine Plinium, & de sequentibus quoque. Vbicun
que tinnunculus.)Hanc rem ita Columella lib.8. tradit. Tu
fastidiosa columba est, vt sæpe sede sua perosa, si detur evol
di potestas, relinquat, quod frequenter in his regionibus, vb
liberos habent egressus accidere solet. Id ne fiat, vetus Demo
criti præceptum. Genus accipitris tinnunculum vocant rustici
qui fere in ædificijs nidos facit, eius pulli singuli fictilibus olli
conduntur, stipatisque opercula supponuntur & gypso lita va
sa in angulis columbarij suspenduntur, quæ res auibus amoen
loci sic conciliat, ne vnquam deserant.

interdum animalculum minimum præsidio est ingen
belua, ita contrà à minutissimis exitium est maximo
Est pisciculus scorpij effigie, magnitudine aranei pi
scis, is sub pinna affigit sese aculeo tynnis interdum
magnitudinem delphini superantibus, tanto dolore, vt
nonnunquam in naues insiliat: idem facit mugilibus.
Quid est cur leo animal cunctis tremendũ, expaues-
cat galli gallinacei cantum? 1. Ne sim in hoc conuiuio
prorsus asymbolus, referam quod olim his oculis vidi
in ædibus Thomæ Mori, clarissimi apud Anglos viri.
Alebat domi simium prægrãdem, tum forte, quo re-
nalesceret à vulnere solutus, obãbulare sinebatur. In
extremo horti erant inclusi cuniculi, quibus insidiabi-
tur mustella. Id simius procul quietus & otiosus spe-
ctabat, donec videret cuniculis nihil esse periculi. Ca-

Expe-

separateſcat Gal.) Hoc Plinius habet & Plutarchus in commentario de differentia inter odium & inter inuidiam. Diuus Ambroſius li.6. Hexameron, dicit vtique leonem vereri Gallum, ſed præcipue album. Lucretius quoque poeta dum cauſſam ait odij inueſtigat, ita canit lib. 4.

Quin etiam gallum noctem explaudentibus alis
Horarum clara conſuetum nocte vocare.
Hunc nequeunt rapidi contra conſtare leones,
Atque tueri, ita continuo meminere fugat,
Admirum quia ſunt gallorum in corpore quædam
Semina, quæ cum ſunt oculis immiſſa leonum,
Pupillas inter fodiunt, acremque dolorem
Præbent, vt nequeant contra durare feroces.

Et ſunt qui ſcribant, quos iure gallinaceorum perfuderis: hos a leonibus morſu non appeti. Ne ſim in conuiuio) Ἄσυμβολος dicitur, qui nihil ad ſymbolum confert: tranſlatum a concœnantibus, nam ſymbolum pignus collatitium in cœnam ſignificat.

Verùm poſteà quàm muſtella labefactaſſet caueã à mure reuulſam, iamq; periculum eſſet, ne cuniculi à tergo circumdati prædæ eſſent hoſti, accurrit ſimius, et conſcenſa trabe quadam, cauſam retraxit in locum priſtinum tanta arte, vt homo non poſſet dexterius. Ex quo perſpicuum, hoc animantium genus ſimijs eſſe charum. Ipſi cuniculi non intelligebant ſuum periculum, ſed hoſtem ſuum per cancellos oſculabantur. Simius opitulatus eſt periclitanti ſimplicitati. Ep. Omnibus caſtulis minoribus delectantur ſimij, gaudentq́ fouere ſinu & cõplecti. Sed pius ille ſimius dignus erat aliquo pietatis præmio. Io. Habui. Ep. Quod? Io. Reperit illic fruſtum panis à pueris, vt opinor, proiectum: id arreptum comedit. E. Verum mihi videtur mirabilius hoc genus ſympathias & antipathias, ſic enim Græci vocãt amicitia & inimicitiæ naturales affectus, etiã in rebus anima aut certè ſenſu carentibus deprehẽdi.

Labefactare, elegãs verbũ pro corrumpere, vitiare & deſtruere poſitum.

Sympha-

Symphaticas & antipa.) ſympathein Græcis ſignificat co
pati, non tamen eſt quod vulgo accipiuntindocti, pro moue
malis alterius, ſed ſocium eſſe & imitatorem, atque ænulum
fectionum alicuius. Eum autem affectum atque impulſum ſy
patheian appellant, hoc eſt, mutuam quandam rerum cognati
nem & voluntatem: ad verbum ſonat compaſſionem, antip
theia vero e contra repugnãtem effectum & rerum inter ſe, v
potius contra ſe differentium ſignificat, quaſi tu dicas cont
paſſionem, & antipathos echein allelon, eſt inter ſe pugnare &
differre multum. Sic dicitur in Græcorum ſcholijs tin cramb
kai ampelon antipathos echein allelon, hoc eſt braſſicam &
vitem inter ſe pugnare, de qua mox plura annotabimus.

Omitto iam dicere de fraxino, cuius nec vmbram quamuis in longum porrectam ferunt ſerpentes, adeo vt ſi locum in gyrum circundes igni, ſerpens citius in flammam eat, quàm ad arborem fugiat. Nam huius generis exẽpla ſunt innumera. Erucæ cum membranis incluſæ, occulto naturæ opificio transfiguratur in papiliones, mortuis ſimilimæ videntur, ne ad cõtactum quidem ſeſe mouent, niſi tranſeunte aranea. Hominis prementis digitum non ſentiunt, & ſentiunt leuiſſimi animantis leuiter incedentis pedes. Ibi demum viuit. Io. Sentit hoſtem capitalem non natum inſectum. Iſti non omninò diſſimile eſt narrant de ferro cæſis, ad quos ſi cæteri accedant nihil accidere nouit: ſin is qui necauit, continuo profluere ſanguinem, velut ex recenti vulnere: atque hoc indicio ferunt frequenter proditum cædis auctorem. Ep. Nec eſt vanum quod audiſti. Sed ne perſequamur fabulas Democriticas, nonne compertum experimentis, tantum eſſe diſſenſionis inter quercum & oleam, vt vtraq; in alterius ſcrobe poſita emoriantur? Quercui autem tam male conuenire cum

Si

geant? H. Mundo videntur lugere, sed reuerad e-
uiantur, ac (quod dici solet) toti melle peruncti sua-
iter viuunt, adeo vt cum his collocati, Sardanapa-
li, Philoxenus, Apitius, aut si quis alius est volup-
tum studio nobilitatus, tristem ac miseram perege-
rint vitam. Sp. Noua narras, sed vix credenda. He.

Lini genus.) Lege Plinium, qui de lino admiranda prodit,
ardanapalus, Philoxenus, & Apitius, lixu perditissimi fuere,
passim scriptũ est. Sed Philodoxenus perditissimus fuit, vt-
ete qui nasi nuccũ in catinũ emingere solitus sit, quo reli-
is cõuiuis deterritis, ipse solis cibis appositis frueretur.
arrat ex Plutarcho Hermolaus Barbarus in præfatione
hemistii.

Experire, et õnia terq; quaterq; dices vera fuisse mea.
fficiã tamẽ, vt arbitror, ne videatur vsq; adeo veri
ssumile. S. Accingere. H. Faciã si mihi prius quadã
ocesseris. S. Modo tu æqua postules. H. Lucrũ ãnume-
abis, nõnihil interesse inter ãnimã & corpus. Sp.
uãtũ inter cælũ & terrã, interimmortale & mor-
ale. H. Deinde falsa bona nõ esse ponẽda in bonis. Sp.
Nihilo magis quã vmbræ habẽdæ sũt pro corporibus,
unt præstigiæ magorũ, õniorũúe ludibria ducenda
unt pro veris. H. Hactenus cõmodè respõdes. Dabis
pinor & illud, verã voluptatem non cadere nisi in
nimum sanum. S. Quid ni? Nullus enim Sole de-
lectatur, si lippiant oculi: aut vino si febris palatum
infecerit. H. Nec ipse ni fallor Epicurus amplectere-
tur voluptatem, quæ lõgè maiorem cruciatum mul-
toq; diurniorem secum adduceret. S. Non arbitror,
si quis modo sapiat. H. Nec illud negabis, Deum esse

ſummum bonũ, quo nihil pulchrius, nihil amabilius, nihil dulcius. Sp. Iſtud nullus inuerit inficias, niſi Cyclopybus immanior: quid tum poſtea? H. Iam mihi donaſti, nullos ſuauius viuere, quã qui piè viuũt: nullos miſerius & afflictius, quàm qui viuunt impiè. Sp. Plus igitur largitus ſum quàm putabã. H. Sed quod rectè datum eſt, vt ait Plato, non oportet repoſcere. Sp. Agè. H. Catella quæ habetur in delitijs paſcitur lautiſſimè, cubat moliter, ludit ac taſcinit iugiter, an non viuit ſuauiter? S. Viuit. H. Optares tibi tale vitam? Sp. Bona verba, niſi pro homine velim eſſe canis. He. Fateris igitur præcipuas voluptates ab animo proficiſci velut à fronte? Sp. Apparet. H. Tanta enim animi vis eſt, vt ſæpè doloris externi ſenſum adimat, nonnunquam quod per ſe eſt amarum, reddat iucũdum. S. Iſthuc quotidie videmus in amãtibus, quibus dulce eſt peruigiliũ, & hybernis noctibus excubare ad amicæ fores. H. Iam illud reputa, ſi tãtã vim habet amor humanus, qui nobis cũ tauris et canibus eſt cõmunis, quãto plus valeat amor ille cœleſtis à Chriſti ſpiritu profectus: cuius tanta vis eſt, vt mortem quoq; qua nihil terribilius, reddat amabile. S. Quid alij ſentiant intus, neſcio, certè carẽt multis voluptatibus, qui adhærent veræ pietati. H. Quibus? S. Nos diteſcunt, non aſſequũtur honores, nõ conuiuantur, non ſaltant, non canunt, nõ olent vnguẽta, nõ ridet, non ludunt. He. De diuitijs & honoribus nulla erat hîc faciẽda mentio, quæ nõ adferunt vitam iucundã, ſed ſolicitam potius et anxiã: de cæteris agamus, quæ

cum

am primùm venantur, quibus studio est suauiter vi-
uere. Nónne quotidie vides ebrios, fatuos, & insanos,
udentes ac saltantes? S. Video. H. Num putas illos
suauiter viuere? S. Hostibus contingat illa suauitas.
H. Quam ob rem? S. Quia non adest sana mens. H.
Tu igitur malles ieiunus incumbere libro, quàm ad
um modum delectari? Sp. Planè mallem vel agrum
odere. He. Nam inter diuitem ac tumulentum nihil
nteresse, nisi quod huic insaniæ medetur somnus, illi
vix medicorum cura succurrit. Natura fatuus nihil
differt ab animante bruto, præter formam corporis,
sed leuius miseri sunt quos natura genuit brutos,
quàm qui beluinis cupiditatibus obbrutuerunt. Sp.
Fateor. H. Iam num tibi sobrij videntur aut sani, qui
propter præstigias vmbrasq; voluptatum, & veras
animi voluptates negligũt, et veros sibi cruciatus ac-
ersunt? Sp. Non videntur. H. Non sunt illi quidem
temulenti vino, sed amore, sed ira, sed auaritia, sed
ambitione, aliisq; prauis cupiditatibus, quæ longè per-
niciosior est ebrietas, quàm quæ vino contrahitur. Sy-
rus ille in commœdia postea quam edormierat villum
quod biberat, sobria loquitur: at animus vitiosa cupi-
ditate ebrius, quam grauatè redit ad sese: quot annis
virget mentem amor, ira, odium, libido, luxus, & am
bitio? Quàm multos videmus ab adolescentia ad de-
crepitam vsq; ætatem, ab ambitione, auaritia, libidi-
ne, luxuq; temulentia nunquã expergisci ac resipis-
cere? Sp. Istiusmodi noui nimium multos. H. Largi-
tus es falsa bona non esse in bonis ducenda. Sp. Nec

reposco. H. Nec est vera voluptas, nisi quæ ex verb
nascitur. S. Fateor. H. Non sunt igitur vera bon
quæ vulgus hominum per fas nefasq; venatur? S
Non arbitror. He. Si vera essent bona, non contingerent nisi bonis, & beatos redderent quibus obuenir
Quid autem voluptas? num vera videtur, quæ nõ e
veris bonis, sed ex falsis bonorum vmbris nascitur
Sp. Nequaquam. H. At voluptas efficit, vt suauiter
viuamus. Sp. Maximè. H. Nullus igitur verè viu
suauiter, nisi qui piè viuit, hoc est, qui veris fruitu
bonis: sola autem pietas reddit hominem beatum, qu
Deum summi boni fontem homini sola conciliat. Sp
Propemodum assentior. He. Nunc mihi vide quo
par. ætãis absint à voluptate, qui vulgo videtur præ
ter voluptates nihil sequi. Primùm animus illorũ im
purus est, & cupiditatum fermento viciatus, vt eti
si quid incidat dulce, protinus amarescat, quẽadmo
dum fonte vitiato non potest non esse liquor insipidu
Deinde non est vera voluptas, nisi quæ sano percipi
tur animo. Nã irato nihil vindicta iucundius: sed e
voluptas vertitur in dolorem, simul atq; morbus ani
mũ reliquerit. S. Non refragor. H. Postremò volup
tates illæ sumuntur ex falsis bonis, vnde consequitu
& illas esse præstigias. Quid porrò diceres, si videre
hominem magicis artibus delusum, vesci, bibere, sal
tare, ridere, plaudere, cum nihil earum rerum ver
adesset, quas se videre credit? S. Equidem & insanũ
dicerem & miserũ. H. Simili spectaculo ipse nonnũ
quam interfui. Sacerdos erat qui callebat artem præ-

stigi

ligiatoriam. S. Eam non didicerat è literis ſacris. H. mo è ſacerrimis, hoc eſt, execratiſſimis. Hunc alias aulicæ fœminæ frequenter appellabant, vt accirentur ab eo conuiuio, ſordes, & parſimoniam opprobrantes. Annuit, inuitauit. Veneruntetiunæ, quò libentius epularẽtur. Accubuerunt: nihil aberat, vt videbatur, lautitiarum: explerunt ſeſe affatim. Peracto conuiuio egerunt conuiuatori gratias, ac diſceſſerũt ſuam quæque domum. At mox cœpit oblatrare ſtomachus: demirantur quid eſſet hoc monſtri ſtatim à prandio tam ſplendido eſurire ac ſitire. Res tandem erupit, & in riſum abijt. Sp. Et merito: præſtiterat domi lenticula placare ſtomachũ, quàm inanibus ſpectris deliciari. H. At mihi videtur multò magis eſſe ridiculũ, vulgus hominũ pro veris bonis inanes bonorum vmbras amplecti, & his præſtigijs delectari, quæ non exeunt in riſum ſed in luctus ſempiternos. Sp. Quò propius intueor, hoc mihi videre minus abſurda loqui. H. Agè largiamur, vt interim in nomẽ voluptatis veniãt, quæ reuera non ſunt: appellaresne mulſum dulce, cui longè plus eſſet admixtum aloës, quàm mellis? S. Non dicerem ſi vel triens aloës eſſet admixtus. H. Aut optares tibi malam ſcabiem quod talpendi ſit aliqua voluptas? Sp. Non, ſi compos ſim mentis. H. Fac igitur tecum ſubducas rationem, quãtum amaritudinis admixtũ ſit iſtis falſo nomine voluptatibus, quas gignit amor impudicus, libido illicita, comeſſatio ac tumulentia. Omitto nũcquid eſt omnium caput, conſcientiæ cruciatus, inimicitiã cũ deo,

expectationē æterni supplicij. Quod obsecro in his voluptatibus genus est, quod nō inges externorū etiam malorū agmē secū adducat? S. Quænam? H. Rursus omittamus auaritiā, ābitione, irā, superbiā, inuidiā, quæ p se tristia sūt mala, cōferamus illa, quæ præpropere delectationis nomine cōmendantur. Cùm largiori potationi succedit febris, capitis dolor, alui tormina, ingenij stupor, famæ macula, memoriæ detrimētū, vomitus, et ruina stomachi, tremor corporis, nū vel Epicurus existimaret eam voluptatē expetendā? Sp. Fugiendā diceret. He. Cū adolescētis è scortatione nouā lepram, quā nūc ὑποκορίζοντες quidam Neapolitanam scabiem appellant, sibi vt ferè fit, contrahunt, per quam toties sit illis in vita moriendum, semper viuum cadauer circunferendum, nónne bellè videntur ὑποκορίζειν. Sp. Imo ἐπικτρεῖσθαι dicerē. H. Iam Hypocorizontes. Hoc est elegātes, & honesto nomine rē execrabilē & pudēdā loquētes, quāuis proprie hypocorizein per diminutionē loqui significet, epicourizein significat. Epicurū agere, hoc est, voluptatibus studere, epicoureia the in, hoc est recta ad tōstrinas currere. Nostra tempestate qui tōsores sūt, vt plurimū simul Chirurgicē exercēt: posuit itaq; tōstrinā p Chirurgi domo, in qua eiusmodi pustulæ et pocci Gallicæ curātur. Sed interim elegāter alludit ad etymologiā tou epicourizein, quod ad verbū sonare, ad puellas applicare, cum puellis conuersari.

finge delectationis ac doloris æquilibrium, optaresne tam diu cruciari dolore dentium, quàm diu durant potationis aut scortationis voluptas? S. Equidem malim vtroq; carere: nam voluptatem emere dolore, non est lucrum, sed pēsatio: hic sanè potior est quam Cicero ausus est in dolentiam appellare. H. At nunc

nunc voluptatis illicitæ titillatio præterquã quòd lõ-
ge minor est cruciatu quem adducit, temporis etiam
exiguus est: Lepra vero contracta per omnem vitam
miserè discrutiat totiésq; mori cogit, priusquam mori
liceat. Sp. Tales discipulos non agnosceret Epicurus.
He. Luxuria comes plerunq; est egestas, onus & mi-
serium, & graue: libidinis immodicæ paralysis, tre-
mor neruorum, lippitudo ac cæcutientia, lepra at non
hæc tantum. An non egregia negotiatio, nec veram,
nec synceram, ad hæc, breuem delectationem, tot tãto
grauioribus ac diuturnioribus commutare malis? Sp.
Vt non accedat cruciatus, nihil stultissimus negotiator
esse videatur, qui gemmas vitro permutet. H. Illud di-
cis, qui vera animi bona, ob fucatas corporis volup-
tates amittat. Sp. Ita sentio. H. Nunc redeamus ad
exactiorem supputationẽ: nec febris aut egestas sem-
per comitatur luxũ, nec noua lepra aut paralysis sem-
per comitatur Veneris immodicum vsũ: sed conscien-
tiæ cruciatus, quo nihil esse miseriusiam inter nos cõ-
uenit, semper comes est illicitæ voluptatis. Sp. Imò
præcurrit interdũ, & in ipsa voluptate fodicat ani-
mũ. Sunt tamen quos dicas hoc sensu carere. H. Iam
hoc ipso infeliciores. Quis enim non malit sentire do-
lorem, quàm corpus habere stupidum & sensu ex-
pers? Verum vt nonnullis vel cupiditatum intempe-
rantia, velut ebrietas quædã, vel vitiorum assuetudo
ceu callus quidã, mali sensum adimit in iuuenta, cũ
ad senectutem peruentum fuerit, ac præter innumera
incommoda, quorum thesaurum superioris vitæ cõ-

missa reposuerunt, de propinquo terret mors mul
mortalium euitabilis, tanto grauius discruciat con
scientia, quãto magis per omnem vitam stupuit. Tum
enim, velit nolit, expergiscitur animus. Senectus au
tem cum per se sit tristis, quippe multis naturæ in
commodis obnoxia, quanto miserior est, atque etiam
turpior, si vrgeat animus sibi malè conscius? Conui
uia, comessationes, amores, choreæ, cantilenæ, cæteraq
quæ iuueni videbantur suauia, seni sunt amara: nec
aliud habet ætas illa quo se fulciat, nisi si adsit vitæ
innocenter actæ recordatio, ac spes vitæ melioris. Hi
duo sunt scipiones, quibus nititur senecta, quòd si pro
his subductis, imponas geminam sarcinam, vitæ per-
peram actæ memoriam, & futuræ felicitatis desperá-
tionem, obsecro, quod animal fingi potest afflictius
aut miserius? Sp. Equidem non video, etiam si quis
ὁ ἵππος γῆρας byciat. He. Tum demùm sero sa-
piunt Phryges: & illud verissimè dictum, Extremæ
gaudij luctus occupat: &, Non est oblectamentum
super cordis gaudium: &, Animus gaudens floridã
ætatem facit, spiritus tristis exiccat ossa: item illud,
Omnes dies pauperis mali, hoc est, afflicti ac miseri:
secura mens quasi iuge conuiuium. Sp. Sapiunt igitur
qui maturè rẽ faciunt, et colligunt viaticum ventu-
ræ senectuti. He. Scriptura mystica non tam hortatur
vt fortunæ bonis metiatur hominis felicitatẽ: ni
demũ eximiè pauper est, qui nudus est omni virtute,
& animam simul cum corpore debet Orco. S. Is qui-
dem exactor est implacabilis. He. Is verè diues est,

Id est, Equi
senectutem
Prou. 14.
Eccle. 30.
Prou. 17.
Prou. 15.

qui

qui deum habet propitium. Quid autem metuat qui talem habeat protectorem, nũ homines? minus potest vniuersorum hominũ potestas aduersus deum, quàm culex aduersus Elephantem Indicum: num mortẽ? ea ipsis transitus est ad æternam beatitudinẽ: num infe- ros? sed confidenter deo loquitur vir pius. Et si ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala, Psal. 22. quoniam tu mecũ es. Cur metuat dæmones, in pectore gerens eum, quem tremunt dæmones? nam hominis ipsa mentem templum esse Dei, non vno in loco prædicat scriptura verè ἀνακτίρρυτος Sp. Equidem non video, quibus rationibus ista queant refelli, quãquam videntur plurimùm abesse à sensu communi. H. Quî fiet? S. Nam ad tuam ratiocinationem quiuis Franciscanus vitã ageret magis voluptuariã, quàm alius, opibus, honoribus, breuiter omni genere delitiarum affluens. H. Adde monarchæ sceptrum, si libet, adde pontificiam coronam, eamque è triplici fac centuplicem, modò detrahat animum sibi bene conscium, audacter dicam hũc Franciscanum, nudipedem, nodoso fune cinctum, tenuiter ac viliter amictũ, ieiunijs, vigilijs, ac laboribus attenuatũ, qui teruncium nõ habet in arbe, modò adsit bona mens, delitiosius viuere, quàm si in vnum hominem sexcẽtos conflet Sardanapalos. S. Vnde igitur est, quòd pauperes ferè conspicimus tristiores diuitibus? H. Quia his pauperes sũt plerique. Alioqui morbus, inedia, vigilia, labores, nuditas, extenuant quidẽ corporis habitum, sed tamen non in his tantum, sed etiam in ipsa morte sese exerit

i. autentica, cui nequit contradici.

exerit mentis alacritas. Animus enim quanquã alli-
gatus est mortali corpori, tamen quoniam naturæ pa-
tentioris est, corpus ipsum quodammodo trãsformat
in sese, præsertim si ad vehementem naturæ impetum
accedat ἐνθουσιαστικὸν spiritus. Hinc est, quòd sæpenume-
ro videmus homines verè pios maiore cum alacritate
morientes, quàm alios conuiuantes. Sp. Isthuc profe-
cto nõ raro sum admiratus. H. Atqui non est admi-
randũ, illic esse inuincibile gaudium, vbi adest omnis
Letitiæ fons deus. Quid autem nouis est, animum verè
pij hominis gaudere iugiter in mortali corpore, cùm
idem si ad ultima Tartara demergatur, nullum feli-
citatis detrimentum facturus sit? Vbicunque pura
mens est, ibi deus est: vbicunq; deus est, ibi paradisus
est, ibi cælum est, ibi felicitas est: vbi felicitas est, ibi
gaudium est verum, & alacritas syncera. Sp. Ani-
mem suauius viuerent, si absint incommoda quæda,
& adessent oblectamenta, quæ vel negligunt, vel nõ
assequuntur. H. Quæ verò mihi narras incommoda?
Quæ lege communi comitantur conditionem humanam. Famem, sitim, morbum, lassitudinem, senectu-
tem, mortẽ, fulmina, terræmotus, inundationes, bel-
la? Sp. Et ista quoque. H. At nos de mortalibus in-
terim agimus, non de immortalibus. Et tamen in his
quoq; malis, longè tolerabilior est priorum conditio,
quàm voluptates corporis per fas nefasq́ue venanti-
um. Sp. Quî sit? H. In primis, quoniam animos ha-
bent ad temperantiam ac tolerantiam exercitatos,
cæteris moderatius ferunt ea, quæ vitari non possunt.

Deinde,

gein, quoniam intelligunt illa omnia à Deo immitti
el ad purgationem criminum, vel ad exercitationẽ
rtutis, non modò patientes, verum etiam gauden-
er, tanquam obedienter filij illa de manu propitij pa-
ris accipiunt, atque etiam gratias agunt, vel pro cle-
menti correctione, vel pro inæstimabili lucro. Sp. Sed
multi sibi accersunt corporis molestias. H. Sed plures
adhibent Medicorum remedia, quò corporis sanita-
tem vel tueantur, vel recuperent. Cæterum accersere
molestias, hoc est, inopiam, aduersam valetudinem,
persecutionem, infamiam, nisi cùm huc impellit Chri-
stiana charitas, non est pietas, sed stultitia. Cæterum
quoties infliguntur ob Christum et ob iustitiam, quis
ausit eos vocare miseros, cùm ipse Dominus appellet
eos beatos, & horum gratia gaudere iubeat? Sp. Ha-
bent tamen interim & ista sensum cruciabilem. He.
Habent, sed quem facilè absorbet, hinc metus gehen-
næ, illinc spes æternæ beatitudinis. Age, si tibi pesua-
sum esset, te nunquam ægroturum, aut vllam cor-
poris molestiam sensurum in omni vita, si semel pa-
tiaris vnstide aciculâ tibi summam pungi cutem,
nonne lubens & gaudiens acciperes tantillum dolo-
rem? Sp. Maximè. Imò si certo sciam mihi nunquam
in vitâ dolituros dentes, æquo animo patiar vel al-
tum infigi acum, atq; etiam ambas aures fabula per-
forari. He. Atqui quicquid in hac vita accidit afflic-
tionis, leuius ac breuius est ad æternos cruciatus,
quàm momentaneũ acus vulnusculum ad hominis vi-
tam, quamuis longam: nulla enim analogia rei finitæ

ad

ad infinitam. S. Verissima prædicas. He. Iam si quis tibi persuadeat, te per omnem vitam omni molestia cariturum, si semel manu flammam diuidas, quod fieri vetuit Pythagoras, nónne lubens id faceres? Sp. Ego sanè vel centies, modò ne me fallat promissor. He. Deus ne potest quidem fallere: sed ille flammæ sensus diuturnior est, ad totam hominis vitam collatus, quàm tota vita collata ad cœlestem beatitudinẽ etiam si quis trium Nestorum excedat annos. Siquidem illa quantumlibet breuis manus iniectio, nonnulla huius vitæ portio est: sed tot hominum vita, nulla portio est æternitatis. Sp. Non habes quod contradicam. He. Ad hanc igitur qui toto pectore, certáque spe properant, cùm tam breuis sit transcursus, an credis eos huius vitæ molestijs distruciari? Sp. Non arbitror, modò adsit certa persuasio firmáque spes assequendi. He. Venio nunc ad oblectamenta, quæ obijciebas. Abstinent à choreis, à comessationibus, à spectaculis: hæc nimirum, ita contemnunt, vt fruantur multo iucundioribus, nec minus oblectentur sed aliter. Oculus non vidit, auris non audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ solatia Deus parauerit diligentibus ipsum. Beatus Paulus agnouit, quæ sint cantica, quæ choreæ, quæ tripudia, quæ comissationes piarum mentium, etiam in hac vita. Sp. At sunt quædam voluptates licitæ, quas isti sibipsis interdicunt. He. Etiam licitarum voluptatum immodicus vsus est illicitus, hunc si excipias in cæteris omnibus superant, qui videntur asperam vitam degere. Quod

1. Cor. 2. Esa. 4.

possit esse magnificentius spectaculum, quàm huius mundi contemplatio? Ex eo longè plus capiunt voluptatis homines Deo chari, quàm cæteri. Siquidem hi dum curiosis oculis contemplantur admirandum hoc opus, anguntur animo, quod multarum rerum causas non assequantur. In quibusdam etiam certis Momi quidam obmurmurant opifici, neque raro Naturam pro matre nouercam appellant: quod conuiuium, verbotenus quidem naturam ferit, sed re uera in eum redundat, qui naturam condidit, si qua est omninò natura. At homo pius religiosis ac simplicibus oculis magnatum animi voluptate spectat opera Domini, patrisque sui, demirãs singula, nihil reprehendens, sed pro cunctis gratias agens, cùm reputat hæc omnia propter hominem esse condita, atque adeo in singulis rebus adorat omnipotentiam, sapientiam ac bonitatem conditoris, quarum vestigia perspicit in rebus conditis. Iam fingo mihi esse alquod palatium reuera tale, quale Psychæ fingit Apuleius, aut si quod potes magnificentius, elegantiúsque: huc adhibe duos spectatores alterũ peregrinum, qui tantum videndi causa venerit, alterũ seruũ aut filium eius, qui construxit hoc ædificium: vter impensius delectabitur, hospes ille, ad quem ea domus nihil attinet, an filius, qui charissimi patris ingenium, opes ac magnificentiam in ædificio magna cum voluptate speculatur, præsertim cùm cogitat totum hoc opus ipsius gratia factum esse. Spu. Percontatio tua non eget responso, sed plerique non pijs moribus, scimus calum,

& glæ

& quæ cælo clauduntur hominis causa esse condita. H. Sciunt plerique omnes, sed non omnibus hoc venit in mentem: & si venit in mentem, plus tamen capit voluptatis qui magis amat opificem: quemadmodum alacrius intuetur cælum, qui ad vitam cælestem aspirat. Sp. Veri simillima dicis. He. Iam conuiuiorum suauitas, non est sita in lautitijs palati aut cequorum conditura, sed in prospera corporis valetudine, & stomachi appetentia. Caue igitur putes vllum Lucullũ cænare iucundius appositis perdicibus, phasianis, turturibus, leporinis, scaris, siluris, aut murenis, quã vir pius cibario pane, holeribus aut leguminibus, potu vel aquæ, vel cerusiæ tenuis, vel vini probè diluti, propterea quòd hæc accipit tanquam missus à benigno patre datos, omnia cõdit oratio, omnia sanctificat præcatio præcedens, sacra lectio comes, magè animum reficiens, quàm esca corpus, & gratiarum actio succedens: postremò surgit à mensa non distentus, sed recreatus, non onustus, sed refectus, et refectus mente pariter et corpore. An tu putas vllum istarum vulgarium cupediarum architectum conuiuari iucundius? Sp. Sed in Venere summa est delectatio, si quid Aristoteli credimus. H. Et in hac parte vincit homo pius, non minus quã in conuiuio: rem sic accipe: Quo vehementior est erga vxorem charitas, hoc congressus ille connubialis est iucundior. Nulli porrò vehemẽtius amant vxores suas, quàm qui eas sic diligunt, sicut Christus dilexit ecclesiam: nã qui eas voluptatis gratia diligunt, ne diligunt quidem. Adde, quòd

quod quo rario est cum vxore cõgressus, hoc est suauius, quæres nec impium poëtam latuit, qui scripsit: voluptates cõmendat rarior vsus. Quanquam minima voluptatis pars in coitu sita est. Longè maior est in perpetuo conuictu, qui inter nullos potest esse iucundior, quàm inter eos, qui se Christiana charitate sincerè amant, et amãt pariter mutuo. In alijs frequenter cũ senescente voluptate senescit amor: Christiana charitas hoc magis virescit, quo magis delectatio carnis decrescit. An nondũ tibi persuasi nullos vivere iucundius, quàm qui cum pietate degũt? S. Vtinam itidem sit persuasum omnibus. H. Quod si Epicurei sunt qui suauiter viuunt, nulli verius sunt Epicurei, quàm qui sanctè pieq; viuunt. Et si nos tangit cura nominũ, nemo magis promeretur cognomẽ Epicuri, quã adorandus ille Christianæ philosophiæ princeps Græcis enim ἐπικουρος auxiliatorem declarat. Cum naturæ lex esset vitys tantum non obliterata, cùm Mosi lex magis irritaret cupiditates, quã sanaret, cùm impunè regnaret in mundo tyrãnis Satanas, solus ille pereunti humano generi præsentaneam attulit opem. Prorsus de vehementer falluntur quidam, qui blaterant Christum natura fuisse tristem quempiam ac melancholicum, nosq; ad inamœnũ vitæ genus inuitasse. Imò is vnus ostendit vitam omnium suauissimam veraque voluptatis plenissimam, tantùm absit lapis ille Tantaleus. Sp. Quid isthuc ænigmatis est? H. Ridebis fabulam, sed hic iocus seria ducit. S. Exspecto iocum serium. He. Narrant ij, quibus olim

studio

ſtudio fuit philoſophiæ præcepta fabulārum inuolucris tegere, Tantalum quendam adhibitū fuiſſe deorum mēſæ, quam volūt eſſe lautiſſimam. Cùm hoſpes eſſet dimittendus. Iupiter hoc ſuæ dapſilitatis eſſe ratus, ne conuiua diſcederet abſque Xenio, permittit vt quod vellet peteret, acceptūrus quicquid petiſſet. Tantalus autem ſtolidus, vt qui beatitudinē hominū vētris et gulæ delectatione metiretur, optauit, vt ſibi per omnem vitā liceret tali menſæ accumbere. Annuit Iupiter, & ratum erat votum: Tantalus aſſidet menſæ, omni genere delitiarum inſtructæ: appoſitum eſt nectar, nec deſunt roſæ, nec odores, qualibus Deorum nares poſſint oblectari: adſtat pocillator Ganymedes, aut Ganymedi ſimilis: circunſtant Muſæ ſuauiter canentes, ſaltat ridiculus Silenus, nec abſūt mœriones: breuiter quicquid vllum hominis ſenſum poſſit oblectare. Sed inter hæc omnia ille ſedet triſtis, ſuſpirans et anxius, nec hilareſcens riſu, nec attingēs appoſita. Sp. Quid in cauſa? He. Quoniam ſupra caput accumbentis de pilo pendet ingens ſaxum iamiam caſuro ſimile. Sp. Ego me à tali menſa ſubducerem. He. Sed illi votum tranſijt in neceſſitatem: neq; enim Iupiter tam placabilis eſt, quàm noſter deus, qui perniciosa vota mortalium reſcindit, ſi modò pœniteat. Quanquā & alioqui, ne ſe Tantalus ſubducat, vetat idem lapis, qui prohibet veſci. Metuit enim, ne ſi ſe commouerit, illico ſaxi ruina conteratur. Sp. Ridiculam fabulam. H. At nunc audi quod non ridea. Vulgus à rebus externis petit vitam iucundam,

ciuis

ùm eam non præstet nisi mens secura: nam sibi malè
nscijs saxum multò grauius impendet, quàm impẽ
et Tantalo. Imò non impendet, sed vrget permitque
mentem, nec inani metu discrutiatur animus, sed in
ingulas horas expectat, vt conijciatur in gehennam.
obsecro quid est tam suaue in rebus humanis, quod
mentem tali saxo pressam possit verè exhilarare? Sp.
Nulla profectò res, nisi vel demẽtia, vel incredulitas.
He. Hæc si perpenderent adolescentes, qui voluptatibus ceu poculo Circeo dementati pro verè iucundis amplectuntur mellita venena, quanto studio cauerent, ne quid per incogitantiam admitterent, quod in omnem vitam mordeat animum. Quid non facerent, vt hoc viaticum pararent senectuti venturæ, mentem sibi bene consciam, & famam nulla labe contaminatam? Quid autem illa senectute miserius, quæ cùm respicit in tergum, magno cum horrore videt, quàm speciosa sunt quæ neglexit, quàm fœda quæ amplexa est. Rursus cum à fronte prospicit, cernit imminere diem supremum, & ab hoc protinus æterna gehennæ supplicia. Sp. Felicissimos arbitror, qui primam ætatem seruarunt incontaminatam, & in pietatis studia semper proficientes, peruenerunt vsque ad senectutis metam. He. Proximus locus debetur ijs, qui à iuuenili temulentia maturè resipuerint. Sp. Sed quid consilij das illi misero seni? He. Nulli desperandum, quàm diu spirat, iubebo ad Domini clementiam confugere. Sp. Sed quo fuit vita longior, hoc magis accreuit scelerum cumulus, iam arenam exuperans quæ est

in littore maris. He. Sed eas arenas longè ſuperant miſericordiæ Domini. Arena tametſi nõ eſt hominũ numerabilis, finito tamen eſt numero: at Dominj clementia nec modum nec finem nouit. Sp. Sed nõ eſt ſpatium breui morituro. He. Quò minus eſt ſpatij, hoc clamet ardentius. Apud Deum ſatis longum eſt quòd à terris ad cælum valeat pertingere. Penetrat autem & breuis precatio cælum, modò vehementi ſpiritus impetu eiaculetur. Euangelica peccatrix fertur per omnem vitam egiſſe pœnitentiam: Sed latro in ipſa morte, quàm paucis verbis impetrauit à Chriſto paradyſum? Si toto pectore clamauerit,

Pſal. 50. *Miſerere mei Deus ſecundùm magnam miſericordiam tuam, dominus tollet ſaxum Tantaleum, dabit auditui illius gaudium & latitiam, & exultabunt de condonatis peccatis oſſa per contritionem humiliata.*

FINIS.

DESI-

Desiderius Erasmus Roterodamus, de vtilitate colloquiorum,

AD LECTOREM.

Deo nunc in omnes & in omnia per vniuersum orbẽ grassatur comitata Furijs ἀσ ιας βολὰς *vt tutum non sit vllum emittere librum, nisi satellitio munitum. Quanquã quid satis esse tutum possit aduersus sycophanta morsum, qui velut aspis ad vocem incantantis, ita ad omnẽ purgationem quamuis iustissimã, obturat aures? Prima pars huius operis, quæ mea fuit & non mea, temeritate cuiusdam erat edita. Quam cùm ingenti applausu viderem exceptam à studiosis, abusus sum affectu vulgari ad profectum studiorum. Quandoquidem nec Medici semper ægrotis ministrãt saluberrima, sed illis nõnihil tuncedunt ob hoc ipsum quòd vehementer appetant. Itidem mihi visum est, hoc genus illecebris inescare teneram ætatem, quæ iucundius facilius ducitur, quàm seryis aut exactis. Itaq; quod æditum erat repurgaui, deinde adieci, quæ moribus etiam formãdis conducerent, velut irrepens in animos adolescentium, quos recte scripsit Aristoteles inidoneos auditores Ethicæ philosophiæ, duntaxat eius quæ seryis præceptis traditur. Quòd si quis clamat, indecorum homini seni sic pueriliter ludere, nihil moror quàm puriliter, modò vtiliter. Et si laudantur literatores ætate prouecti,*

Idiabolilis est, calũnia, quæ apud Græcos hinc nomen habet quod omnia in aliam partẽ trahat quam existimatã sunt.

qui pueritiæ crustulis blandiuntur elementa velint vt discere prima: mihi non arbitror vitio verti debere, quòd simili studio iuuentutem illecto, vel ad elegantiam Latini sermonis, vel ad pietatẽ. Adde quòd bona prudentiæ pars est, nosse stultas vulgi cupiditates, & absurdas opiniones. Eas arbitror satius ex hoc libello discere, quàm experientia, stultorum magistra. Multis amara sunt Grãmatices præcepta. Aristotelis Ethice non est apta pueris. Theologia Scoti minus, ne viris quidẽ admodum vtilis ad parandam bonam mentem: & plurimum habet momenti, gustum optimarum rerũ protinus inseuisse teneris animis. Et haud scio, an quicquam discitur felicius, quàm quod ludendo discitur. Est hoc nimirum sanctissimum fallendi genus, per impostruram dare beneficium. Laudantur enim Medici, qui sic fallũt ægrotos. Et tamen si nihil hic aliud quàm nugatus fuissem, videbantur laturi: nunc quoniam prater linguæ politiem, insperso quadam, quæ mentem instruãt ad religionem, calũniantur, ac perinde quasi dogmata Christiane professionis hîc seriò pronuncientur, ita syllabas etiam ad vnguem excutiunt. Id quàm faciant iniquè, magis erit perspicuum, vbi declarato Colloquiorum aliquot nostrorum vulgarem vtilitatẽ. Vt enim omittam tot serias sententias medijs iocis admixtas, tot fabulas, tot historias, tot rerum naturas dignas cognitu: In colloquio de visendo loca sacra, cohibetur superstitiosus et immodicus quorundam affectus, qui summam pietatem esse ducunt vidisse Hyerosolymam, & huc per tanta

terrarum

terrarum marisque spatia currunt senes episcopi, relicto grege, qui curandus erat: huc veri principes, relicta familia ac ditione: huc mariti, relictis domi liberis et vxore, quorum moribus ac pudicitiæ necessarius erat custos, huc adolescentes ac fœminæ, nõ sine gravi discrimine morum & integritatis. Quidam etiam iterum atq; iterum recurrunt, nec aliud faciunt per omnem vitam, & interim superstitioni, inconstãtiæ, stultitiæ, temeritate prætexitur religionis titulus, ac desertor suorum contra doctrinam Pauli, sanctimoniæ laudem aufert, ac sibi quoque pietatis omnes numeros expleſſe videtur. Paulus. 1. Timot. 2. intrepidè pronunciat: Si quis autem suorum & maximè domesticorum curam non habet, fidem abnegauit, & est infideli deterior. Atqui hic Paulus loqui videtur de viduis, quæ libros atq; nepotes negligunt, idq; prætextu religionis, dũ sese mancipent obsequijs ecclesiæ. Quid dicturus de maritis, qui distitutis teneris liberis, vxore iuuencula, idq; in re tenui, proficiscuntur Hierosolymam? Ex multis vnicum exemplum profetam, nec tam recens, vt metuenda sit inuidia: nec tã vetus, quin nepotes supersint, quos damni magnitudo non sinit obliuisci rei gestæ.

Vir quidem præpotens decreuerat ante mortem invisere Hierosolymam, pio quidẽ animo, sed parum felici cõsilio. Rebus igitur ordinatis, facultatũ omnium, vxoris, quam grauidã reliquit, oppidorum et arcium curam tutelamq; commisit Archiepiscopo, ceu parenti. Vbi rumor allatus est, hominẽ in ea peregrinatione perisse.

periſſe, Archiepiſcopus pro parente geßit prædonem, occupauit poſſeſſiones omnes defuncti: deniq; & arcem munitiorem, in quam grauida confugerat, vi expugnauit: & ne ſupereſſet vltor atrociſſimi facti, grauida confoſſa ſimul cum fœtu periit. Nónne pium erat, tali viro diſſuadere periculoſam & non neceſſariam profectionem? Huius generis quàm multa compariantur exempla, cæteris æſtimandum relinquo. Ne quid interim dicam de ſumptibus, quos, vt fateamur non omninò perire, tamen nemo prudens nõ fatebitur in vſus longè meliores expendi potuiſſe. Quod autem ad religionem attinet, diuus Hieronymus laudat Hilarionem, quòd cum eſſet Palæſtinus, & in Palæſtina viueret, tamen ſemel duntaxat viſerit Hieroſolymã, ob loci viciniam, ne videretur contemnere loca ſacra. Si meritò laudatus eſt Hilarion, quòd abſtinuerit ab Hieroſolyma, tam vicinus, ne Deum angusto loco claudere videretur: ſemel tantùm adierit, ob loci propinquitatem, ne quos offenderet: quid dicendum de his, quiex Anglia et Scotia tantis impendijs per tot diſcrimina petunt Hieroſolymam: præſertim domi relictis chariſſimis, quibus iuxta doctrinam Apoſtoli debent perpetuam curam? Clamat ſanctus Hieronimus: Non magnum eſt Hieroſolymis fuiſſe, ſed bene vixiſſe magnum eſt. Et tamen ætate Hieronymi probabile eſt, euidentiora veſtigia veterum monumentorum extitiſſe, quàm nunc extant. De votis diſputationem alijs relinquo, tantũ hoc agit colloquium, ne quis temerè talia vota ſuſcipiat, id eſſe verum, declarant

hæc

hæc mea verba : Præsertim cùm domi haberem vxorem, integra adhuc ætate, liberos & familiam, quæ pendebat ex me, & opera mea quotidiana alebatur: et cætera quæ sequuntur. De votis igitur susceptis nihil dicam, nisi quòd si summus essem pontifex, non admodum grauate relaxarem obstrictos. In suscipiendis, quemadmodum fateor fieri posse, vt aliquis cum fructu pietatis eat Hierosolymam: ita non dubitarem multis ex rerum circunstantijs dare consilium, vt eas impensas, tempus & operam insumerent in alia, quæ propius conducunt ad veram pietatem. Hæc arbitror esse pia, eoque cõsyderata multorum vel leuitate, vel ignorantia, vel superstitione, visum est super ea re monere iuuentutem: neq; video quos offendere debeat hæc admonitio, nisi fortè quosdam istos, quibus charior est quæstus, quàm pietas.

Nec illic damno pontificias indulgentias, aut diplomata, sed taxo nugacissimum nugatorem, qui ne cogitans quidem de corrigenda vita, totam spem collocarit in condonationibus humanis. Hîc si quis mihi consideret, quanta iactura pietatis nata sit inter mortales, partim ex eorum vitio, qui prostituunt Pontificias indulgentias, partim ex eorum culpa, qui illas secus, quàm oportet, accipiunt, fatebitur operæpretium iuuentutem super hac re commonitam esse. Verùm hoc modo parum consultum est commissionarijs. Audio ô bone: si viri boni sunt, gaudebunt esse monitos simplices: sin potior est illis quæstus, quàm pietas, valeant.

Commissionarii, quibus a põtifice concessũ in indulgentijs.

caupoñ exercere, rectius indulgentiarũ recẽptores aut cõcinnatores appellantur}

In colloquio de captandis ſacerdotijs taxo eos, qui Romam curſitant, venanturq; ſacerdotia, crebrò grauis iactura tum morum, tum pecuniæ: eoq; deduco ſermonem, vt ſacerdos pro concubina, lectione bonorum auctorum ſemet oblectet.

In militis confeſſione, taxo facinora militum, & impiam militum confeſſionẽ, vt adoleſcentes, ab eiuſmodi moribus abhorreant.

In monitis pedagogicis doceo puerum verecundiam, ac mores ætati decoros.

In pietate puerili, nónne pijs præceptis imbuo puerilem animum ad ſtudium pietatis? Nam quod quidam arrodebant de confeſſione, mera fuit calumnia, cui iam pridem reſpondi. Doceo confeſſionem eſſe ſuſcipiendam perinde quaſi nobis eſſet inſtituta à Chriſto. Cæterùm an id ſit factũ, nec refellere eſt animus, nec aſſeuerare, quod nec mihi ſatis perſuaſum eſt, nec alijs probare poſſim. Quòd autem admoneo de genere vitæ ſero deligendo, deq; ſeligendo ſacerdote cui committas arcana tua, iudicabam adoleſcentibus eſſe neceſſarium, nec video cur me debeat pœnitere. At ſic erunt pauciores monachi & ſacerdotes? fortaſſis erũt, ſed meliores. Item probabit quiſquis verè monachus eſt. Porrò qui venantur proſelytos vel ad prædam, vel ob ſuperſtitionem, digniſſimi ſunt, qui omnibus omnium ſcriptis traducantur, quò reſipiſcant.

Proſelytos, venãtur, qui ad vitæ ſuæ inſtitutũ vel ſectam.

In conuiuio prophano nõ damno conſtitutiones eccleſiæ de ieiunijs, ac delectum ciborum, ſed indico ſuperſtitionem quorundam, qui his plus tribuũt, quàm

oportet

portet, negligentes eorum, quæ magis faciunt ad pietatem: damnoq; eorum crudelitatem, qui hæc exigũt ab his, à quibus ecclesiæ mens non exigit. Item eorum præposteram sanctimoniam, qui ex huiusmodi rebus condemnat proximũ. Hic si quis reputet, quanta vere pietatis lues hinc nata sit inter mortales, fatebitur vix aliam admonitionem esse magis necessariam: sed hac de re copiosius aliàs respondebimus.

callida persuasione simpliciũ animos illectant.

In conuiuio religioso cùm omnes faciam alienos à sacris, omnes coniugatos, satis doceo qualiũ debeat esse conuiuium omnium Christianorũ. Ad quam formã si sacerdotes quidam & monachi conferant sua conuiuia, intelligent quantum absint ab ea perfectione, qua conueniebat illos laicis antecellere.

In apotheosi doceo quantum honoris debeatur egregijs viris, qui suis vigilijs bene meriti sunt de liberalibus studijs.

Sunt inepti quibus colloquium proci & puellæ videatur lasciuum, cùm nihil fingi possit castius. Si res honesta est matrimonium, & procum agere honestum est. Atq; vtinam omnes proci tales essent, qualẽ hîc fingo, nec alijs colloquijs coirẽt matrimonia. Quid facias istis ingenijs tetricis, & ab õnibus gracijs alienis, quibus impudicum videtur quicquid amicum est ac festiuum? Hæc puella negat proco discessuro osculum, quò totam virginitatem illi seruet illibatam. Quid autem nunc vulgo nõ dant puellæ procis? Deinde non vident, quàm multa philosophica sunt inspersa iocis, de non præcipitanda coniugio, de delectu

non

non solùm corporum, sed multò magis animorum, de firmitate coniugij, de non contrahendo matrimonio sine consensu parentum, de castè colendo matrimonio, de sanctè educandis liberis: postremò, puellæ comprecatur Christum, vt illius auspicijs sit felix connubium. An hæc non conuenit scire iuuenes? Et qui hanc lectionem ob lasciuiam putant esse noxiam pueris, patiuntur illis prælegi Plautum et facetias Poggij. Præclara iudicia.

In virgine misogamo detestor eos, qui adolescentes aut puellas inuitis parentibus pelliciunt in monasterium, abutentes illorum vel simplicitate, vel superstitione, persuadentes eis non esse spem salutis extra monasteria. Nisi talibus piscatoribus plenus est mundus, nisi innumera felicissima ingenia per istos infelicissimè sepeliuntur ac defodiuntur viua, quæ fuissent electa vasa domini, si iudicio sũpisset institutũ naturæ congruens, nõ rectè admonui: at si quãdo cogar in hoc argumento proferre quod sentio, sic depingam & plagiarios illos & ipsius mali magnitudinem, vt nullus non fassurus sit me non sine causa hæc monuisse: quanquam ciuiliter id quidem à me factum est, ne malis daretur ansa delinquendi.

Plagiarios vocat, quod quodãmodo furtũ in alterius corpus committunt.

In proximo colloquio, non induco virginem quæ professa mutarit institutum, sed quæ ante peractam professionẽ redierit ad parentes quos habet optimos.

In mempsigamo quàm multa sunt philosophica, de celandis maritorum vitijs, de non interrumpenda coniugum benevolentia, de sarciendis offensis, de

corri-

corrigendis moritorum moribus, de obsequijs erga maritos? Quid aliud docet Plutarchus, Aristoteles, & Xenophon, nisi quòd hic personæ vitam quandam adiunt orationi?

In colloquio militis & Carthusiani, simul depingo & insaniam iuuenum qui procurrunt ad bellum: & pij Carthusiani vitam, quæ sine studiorum amore non potest non esse tristis & inamœna.

In pseudocheo depingo quorundam ingenia, qui nati sunt ad mentiendum, quo quidem hominum genere nihil execrabilius: vtinam esset rarius.

In colloquio adolescentis & scorti, nónne & lupanaria facio casta? Quid autem dici potuit efficacius, vel ad inserendam adolescentum animis pudicitiæ curam, vel ad reuocandas ab instituto non miserus ærumnoso quàm turpi, puellas ad quæstum expositas? Vnica vox commouit quosdam, quòd impudica puella blandiens adolescenti, vocat illum suam mentulã, cùm hoc apud nos vulgatissimũ sit etiã honestis matronis. Hoc qui ferre non potest, pro mea mentula scribat, mea voluptas, aut si quid aliud mauult.

In conuiuio poëtico, doceo cuiusmodi debeat esse conuiuium inter studiosos, parcum, sed festiuum & hilare, conditum literatis fabulis, sine rixu, sine obtrectatione, sine turpiloquio.

In inquisitione, doceo summam catholicæ professionis, idq; aliquantò viuidius ac liquidius, quàm docent Theologi quidam magni nominis, inter quos pono & Gersonem, quem interim honoris caussa nomino. Ideo

porrò fingo personam Lutherani, quò facilius redeant in concordiam, inter quos de præcipuis articulis orthodoxæ professionis conuenit. Etiam si reliquam inquisitionis partem non addidi, propter hæc exulceratissima tempora.

In senili colloquio quàm multa velut in speculo exhibent, quæ vel fugiẽda sunt in vita, vel vitam reddunt tranquillam? Hæc præstat adolescentes ex festiuis colloquijs quàm experimẽtis discere. Socrates philosophiam è cœlo deduxit in terras, ego philosophiam etiam in lusus, confabulationes, & compotationes deduxi. Oportet enim & ludicra Christianorum sapere philosophiam.

In Ptochoplusijs quàm multa sunt, ad quæ pastores rusticani, rudes et indocti, nihilq; minus quàm pastores possint suam vitam corrigere? Prætereaq; ad tollerandam stultam gloriam vestium, rursus ad coërcendam illorum insaniam, qui monachorum cultum execrantur, quasi per se mala sit vestis. Et obiter describitur forma, qualis esse debeant monachi, qui per vicos obambulant. Neque enim admodum multi tales sunt, quales hîc describo.

In erudita puella, simul et Paulæ, Eustochy, Marcellæ, vetus exemplum renouo, quæ cum integritate morum coniunxerunt studium literarum, & monachos abbatesq; sacrorum studiorum osores, luxui, otio, venationibus aleæq; deditos, puellæ coniugatæ exemplo exstimulo ad aliud studiorum genus ipsis magis congruens.

In

In ſpectre detego technas impoſtorum, qui credu-
lis ſimplicium animis ſolent illudere, fingentes appa-
ritiones dæmonum & animarum, vocesq; diuinas.
Quantam verò peſtem hæ præſtigiæ inuexerunt pie-
tati Chriſtianæ? Quoniam autem rudis ac ſimplex
ætas huiuſmodi fraudibus potiſſimum eſt obnoxia, vi-
ſum eſt exemplo non inamœno depingere modum im-
poſturæ. Sic impoſitum fuit Celeſtino Pont. Romano.
Sic Bernæ deluſus iuuenis à monachis. Sic commen-
titys oraculis & hodie plurimi deluduntur.

Nec minima pars humanarum calamitatum eſt
Alcumiſtica, quæ doctis etiam et cordatis viris im-
ponit, adeò morbus qui adlubeſcit, ſi quẽ corripuerit.
His affinis eſt magia, eodem nomine, ſed cognomine
blãdiens, naturalis. Similes impoſturas taxo in Hip-
poplano, & Ptochologia, rurſus in conuiuio fabuloſo.
Ex his ſi nihil aliud diſcerent pueri, quàm Latinè
loqui, quanto plus laudis meæ mereretur induſtria,
qui per luſum ac voluptatem id facio, quàm illorum
qui miſeræ iuuentuti Mammethreptos, Brachylogos,
Catholicontas, & ſignificandi modos obtrudebant.

In puerpera, præter naturalium rerum cogitio-
nẽ, quàm multa ſunt moralia, de cura matrum erga
liberos, primùm infantes, mox grandiores.

In peregrinatione religionis ergò, taxo iſtos, qui
per tumultum eiecerunt omnes imagines è templis:
rurſus eos qui inſaniunt in peregrinationes, quæ ſu-
ſcipiunt prætextu religionis, vnde iam & ſodalita-
tes inuentæ ſunt. Qui. Hieroſolyma fuerunt, equites

auratis

aurati vocantur, se quę fratres vocant, & in die pal marum serio rem agunt ridiculũ: fune trahentes asi num, ipsi non multum differentes ab asino ligneo, qu trahunt. Id imitati sunt qui Compostellam adierunt. Dentur hæc sanè, dentur affectibus hominum, at non ferendum quòd hinc sibi vindicant pietatem. Notantur & ij, qui reliquias incertas pro certis ostendunt, qui his plus tribuũt quàm oportet, quiquæstum ex his sordidè faciunt.

In Ichthyophagia tracto quæstionem de constitutionibus humanis, quas quidem prorsus reijciunt, multum aberrantes à recta ratione, quidam propemodum antepenunt diuinis legibus: rursus alij abuuntur & diuinis & humanis constitutionibus ad quæstum ac tyrannidem. Conor itaq; partem vtranq; ad moderationem temperare, inquirens vnde natæ sint, & quibus gradibus huc vsq; progressæ constitutiones humanæ, quos & quatenus obligent, ad quid conducant, quantum distent à diuinis, obiter indicans præpostera mortalium iudicia quibus iam olim mundus plenus est, & vnde totus hic orbis tumultus natus est. Hæc ideo quoq; tractaui copiosius, quò doctis suppeditarem occasionem accuratius hisce de rebus scribendi. Nam quæ adhuc prodierunt, non satis faciunt curiosis. Traducere scortationem, temulentiam, adulterium, non perinde ad rem pertinebat, quandoquidem hæc mala nullum fallunt: sed ex his est periculum veræ pietatis, quæ vel non sentiuntur, vel sanctimoni fallaci specie blandiuntur. Quòd si quis calumnietur,

etur, personis sordidis affingi Theologicam disputa-
nem, ab his talia nunc in omnibus conuiuijs disputen-
ntur, & huiusmodi personis opus erat familiarius
ssimq; rem tractaturo.

In funere, quoniam mors arguere solet Christia-
am fiduciam, in duobus idiotis depinxi diuersum
ortis genus, velut imagine viua ponens ob oculos
llissimilem excessum eorum qui fidunt rebus commen-
tijs, & qui spem salutis fixerunt in misericordia do
mini, obiter taxans diuitum stultissimam ambitionē
qui luxum ac superbiā suam & vltra mortem pro-
ferunt, quam mors saltem debebat auferre: simul
eorum perstringens vitium, qui sui compendij gratia
stultitia locupletum abutūtur, quam ipsi potissimum
debebant corrigere. Quis enim audebit liberè monere
potentes, ac diuites, si monachi, qui se profitentur
mundo mortuos, palpantur illorum vitijs? Si nulli
tales sunt, quales discripsi, tamen ostensum est exem-
plum quod oportet vitari: sin vulgò referuntur longè
his quæ proposuimus execrabiliora, qui sunt æqui, me
am agnoscant ciuilitatem, suumq; vitium corrigant,
& si vitio vacant ipsi, alios peccantes vel emendent,
vel coërceant. Nullum ordinem perstrinximus, nisi
fortè totum Christianismum infamat, qui quicquam
monendi gratia dixerint in corruptos Christiano-
rum mores. Quos tantopere monet bonos ordinis, eos
in primis compescere debebant, qui palàm factis suis
dehonestant ordinem. Nunc cùm illos vt Germanos
sodales agnoscant, foueant, ac tueantur, qua fronte

causantur

cauſantur à bene monẽte lædi exiſtimationẽ ordi
Quanquam quæ ratio dicitur, ſic habendum huius
illius humanæ ſodalitatis rationem, vt publicam C
ſtianorum vtilitatem negligas?

In differentia verborum ac rerum, taxo præpo
ra quorundam iudicia.

In conuiuio vario, cõmonſtro rẽ ciuilitati cõgruum.

In Charonte deteſtor bellum inter Chriſtianos.

In ſynodo Grãmaticorum rideo ſtudium cuiuſdam
Carthuſiani, ſuo iudicio doctiſſimi, qui cùm in Græcas
literas ſoleat ſtolidiſſimè debacchari, nunc libro ſuo
indiderit Græcum titulum, ſed ridiculè Anticomarita-
ſticens, quos appellare poterat Antimarianos
vel Antidicomarianos.

In Cyclope taxo quoſdam, qui Euãgelium ſemper
habent in ore, cùm in vita nihil ſit Euangelicum.

In coniugio impari pono ob oculos vulgi ſtultitiã
qui in ſponſalibus ſuppetant dotis modum, nec ad ra-
tionem vocant ſponſi ſcabiem lepra deteriorem. Atq;
id hodie fit tã paſſim, vt nemo miretur, cùm nihil ſit
in liberos crudelius.

In ementita nobilitate depingo genus hominum,
qui ſub vmbra nobilitatis exiſtimant ſibi nihil non
licere: quæ præcipua peſtis eſt Germaniæ.

In ſenatulo traditurus eram vitia quædam mu-
lierum, ſed ciuiliter, ne quis expectet tale quippiam
quale habet Iuuenalis: verum hoc agenti, abortus eſt
quidã λύκος ἁρπαγός, lupus, vt aiũt, in fabula.
Reliqua ferè comparata ſunt ad voluptatem, ſed non
illibera

Iuuenalis qui
apertiori vitia
inſectatur, eo
plus fubinde
ſuppiora ob
oculos ponit.

illiberalem. Non hoc est dehonestare ordines, sed erudire. Quapropter omnibus ordinibus & priuatim & publicè rectius consulcum fuerit, si deposita quidam calumniandi rabie cãdidis animis amplectamur omnes, quicquid pio studio in publicam vtilitatem adfertur. Alijs alia sunt dotes, et alios alia capiũt, milleq; modis homines trahuntur ad pietatem. Laudatum est Iuuenci studiũ, qui sacram Euangeliorum historiam carmine prodidit. Nec sua laude fraudatus est Arator, qui idem fecit in Acta apostolorum. Aduersus hæreticos tubam intendit Hilarius, arguitatur Augustinus, Hieronymus Dialogis pugnat, Prudentius vario metri genere dimicat, Thomas & Scotus dialectices ac philosophiæ præsidijs pugnant. Simile studium omnium, sed dissimilis singulorum ratio. Non reprehenditur diuersitas, quæ scopum eundem petit. Prælegitur pueris Petrus Hispanus, quo doctiores veniant ad Aristotelem. Multum enim promouit, qui gustum dedit. Atqui hic libellus, si teneræ pubi prælegatur, tradet illos ad multas disciplinas magis habiles, ad poëticem, ad Rhetoricen, ad Phycen, ad Ethicen, demùm ad ea, quæ sunt pietatis Christianæ. Stulti personam suscepi, factus ipse mearum rerum encomiastes: sed huc me compulit, partim quarundam improbitas nihil non calumniantium, partim Christianæ iuuentutis vtilitas, in quam oportet omnes omnibus studijs incumbere.

Hæc ita cum habeant, omnibusq; qui literas didicerunt perspicua sint, est tamen quoddam hominum

genus mirè bliteon, deputatos appellant Galli, opinor quòd malè putati sint, aut certè plus satis putati, qui sic pronunciant de meis colloquijs, opus esse fugiẽdum præsertim monachis, quos illi religiosos appellant, & adolescentibus, eò quod ieiunia, & abstinentiæ ecclesiæ parui penderentur, beata Virginis & sanctorum pro ludibrio haberentur suffragia, virginitas si coniugio conferatur, nullius esse aut parui momenti, religionis etiam dissuaderetur omnibus ingressus: quodq; in eo arduæ difficilesq; Theologiæ quæstiones grammaticulis proponantur, contra statuta per magistros in artibus iurata. Agnoscis mi lector Atticam eloquentiam. Vt ad postremum primo loco respondeam, quid artium magistri proponant grammaticulis, nescio: quæ tractantur in colloquijs, de symbolo, de missa, de ieiunijs, de votis, de confessione, nihil habent Theologiæ difficultatis, sed eius generis sunt, vt non oporteat ea quenquam nescire. Et si pueris prælegantur epist. Pauli, quid periculi est, si gustus quidam præbeatur Theologicæ disputationis? Ad hæc cum non ignorent pueris sophisticis sese candidatis perplexas de personis diuinis statim quæstiones sũmæ difficultatis proponi, ne dicam otiosæ subtilitatis, cur nolunt pueros hoc dicere, quod ad communem vitam pertinet? Iam si putant nihil referre, quid sub qua persona dicatur, intelligunt opinor, quam multa comperiantur in Euangelicis & apostolicis literis, quæ secũdum hanc legem manifestam habent blasphemiam. Multis locis approbo ieiunium, nusquam damno.

Qui

Qui seens asseuerat, eum declarabo impudentissimè mentiri. Sed in pietate puerili, inquiunt, leguntur hæc verba: Cũ ieiunio mihi nihil est negotij. Finge hæc verba dici sub persona militis aut temulenti, non protinus Erasmus damnat ieiunia. Non opinor. Nũc dicuntur ab adolescente nondum adulto, quam ætatem lex non astringit ad ieiunandum: & tamen is adolescens præparat se ad iusta ieiunia. Sic enim subijcit. Sed tamen si sensero opus, prandeo cœnoq; parcius, quò me præbeam alacriorem studijs pietatis per diem festum.

Abstinentias verò quàm damnem, declarent hæc verba, quæ sunt in conuiuio prophano. In plerisq; non res, sed animus discernit nos à Iudæis. Illi mãnũ abstinebant à certis cibis, velut ab immũdis & gnimũ inquinaturis: Nos cũ intelligamus omnia munda esse mundis, tamẽ carni lasciuiendi velut equo ferocienti pabulum subducimus, quò magis sit audiens dicto spiritui. Nonnunquã immoderatum suauium rerũ vsũ abstinẽtiæ molestia castigamus. Paulò post reddit rationem, quare ecclesia interdixerit esum quorundam ciborum. Omnibus, inquit, conducet. Nam tenuibus cochleis aut ranis licebit vesci, aut cæpas porrumue arrodere: mediocres detrahent nonnihil quotidianis obsonijs, quòd si quid diuites delicientur hac occasione, suæ gulæ immutent, non incusent ecclesiæ cõstitutionem. Mox loquor his similia. Rursus aliquantò pòst. Scio Medicis magnopere damnatum esse piscium esum: sed secus visum est maioribus nostris,

quibus obtemperare religiosum est: Inibi protinus de-
ceo hîc vitandum etiam offendiculum infirmorum.

Aeque falsum est, in colloquijs irridere suffragia beatæ Virginis, & aliorum sanctorum: sed illos irri-
dent qui petunt à sanctis, quæ non auderent à bono viro petere, aut hoc animo petunt à certis diuis, quasi hoc aut illud hic aut ille certius velit, aut possit præsta
re quàm alius, aut quàm ipse Christus. Imò in puerili pietate sic loquitur puer: Salutem dixi nonnullis. Quibus? Christo ac diuis aliquot. Et aliquãtò post: Rursus tribus verbis saluto Iesum, ac diuos diuasq; omnes, sed nominatim virginẽ matrem, tum eos quos habeo mihi peculiares. Et infra commemorat nominatim, quos diuos salutet quotidie.

Mirum verò si procus amans laudat nuptias, dicitq; castum coniugium non multum abesse à laude virginitatis, cùm Augustinus patriarchum polygamiam anteponat nostro cœlibatui.

Quod obijciunt ingressu religionis, quàm sit manifestæ vanitatis, declarãt mea verba in virgine misogamo, sic enim loquitur virgo? Damnas igitur hoc totum vitæ institutum? Respondet iuuenis. Nequaquam, verum quemadmodum nemini suadere velim, vt quæ se in hoc vitæ genus coniecerit, luctetur emergere, ita nõ dubitem hortari puellas omneis, præsertim indolis generosæ, ne se temerè eò præcipitent vnde post sese non possint explicare. Hæc est illius colloquij conclusio, vtcunq; certatum est argumentis. Obsecro, an hoc est omnibus dissuadere ingressum religionis? Non

damna-

damnatur ingressus, sed præceps temeritas damnatur.
Hæc igitur malitiosè detorquent ad calumniam. An
non perpendunt quàm multa illic discunt gramma-
ticuli, quæ pugnant cum decretis Lutheranorum?

In puerili pietate traditur ratio bene & vtiliter
audiendi missam. Docetur ratio bene & efficaciter
confitẽdi. Admonetur puer, vt antequam sumat eu-
charistiam, cõfessione purget animum. Ibidem doce-
tur grammaticuli, quæ recepta sunt vsu populi Chri-
stiani, cùm tamen in sacris literis non habeantur, ha-
ctenus esse seruanda ne cui simus offendiculo.

In prophano conuiuio docentur magis obtemperã-
dum Pontificum constitutionibus, quàm Medicorum
consilijs: tantum admonẽtur, in necessitate cessare vi-
gorem constitutionis humanæ, & mẽtem legislatoris.
Ibidem probat quisquiã benignitatem in monachorum
collegia, modò detur ad vsum, non ad luxum, et potis-
simum detur religionis disciplinam obseruantibus.

De constitutionibus humanis hæc pronũciantur in
colloquio ἐγκυκλοφορίᾳ. Pugnent qui volent, ego cẽ
seo leges maiorum reuerenter suscipiendas & obser-
uandas religiosè, velut à Deo profectas, nec esse tu-
tum, nec esse pium, de potestate publica sinistram con-
cipere aut serere suspitionem. Et si quid est tyranni-
dis, quod tamen non cogat ad impietatem, satius est
ferre quàm seditiosè reluctari. Huiusmodi permulta
grammaticuli discunt ex meis Colloquijs, quibus sic
obmurmurant isti. Sed indecorum est Theologũ io-
cari: saltem hoc mihi concedant apud pueros, quod
ipsi

ipsi permittunt sibi viri apud viros in vesperijs, vt vocant, rem insulsam insulso vocabulo.

Insulsas calumnias quas in Hispanijs obiecêre quidam, ostẽdi meras esse somnia hominum, nec sobriorum nec Latinè sentium. Nec minus indoctum est, quod quidam pronunciarit hæreticè dictũ, quòd in symbolo pater dicitur simpliciter auctor omnium. Verum is deceptus inscitia Latini sermonis, existimat auctorem nihil aliud quàm creatorem aut fabricatorem significare. Atqui si consulat eos qui callent elegantiã Romanæ sermonis, si euoluat Hilarium, aliosq; vetustos auctores, comperiet auctoritatem accipi pro eo quod scholastici vocant rationem perfectissimam principij, eoq; patri peculiariter tribuunt, & auctores nomine sæpe designant patrem, cùm personas inter se conferunt. An patet recte dicatur causa filij, nihil mea refert, cùm nũquam eo verbo sim abusus, nisi quòd illud est verissimum, nos de deo non posse loqui nisi verbis impropriis, nec magis proprium verbum est fons aut principium, aut origo, quàm causa.

Iam hinc mihi perpende lector, quales sunt interdum qui suis sententijs homines pertrahunt ad incendium. Nihil turpius quàm reprehendere quod non intelligas. At ista quidus calumniandi febris, quid aliud gignit quam amarulentiam ac dissidia? Quin potius aliena candidè interpretemur, nec statim nostra pro oraculis haberi velimus, nec eorũ iudicia pro oraculis ducamus, qui quod legunt non intelligunt. Vbi in consilio est odium, ibi cæcum est iudicium. Pacificator

ficator vniuersorum spiritus, qui suis organis variis
ritur modis, faciat nos omnes concordes & vnani-
mes in sana doctrina, sanctisq; moribus, quo con-
tingat pariter ad cœlestis Hierosolyma,
quæ nescit vlla dissidia, consor-
tium peruenire.
Amen.

An. M.D.XXVI. XII. Cal. Iun. Basiliæ.

VITA ERASMI.

DEsiderius Erasmus Roterodamus natus est ad
5. Kalend. Nouemb. Anno Christi. 1465.
Roterod. Hollandiæ inferioris Germaniæ, quam o-
lim, Batani incoluerunt. Traiecti primum in templo
cantor fuit, postea Dauentriam venit, vbi præceptore
vsus est Alexandro Hegio Westphalo, qui cum
Rudolpho Agricola recenter ex Italia reuerso a-
micitiam contraxerat, & ab eodem Græcè docebā-
tur. Orbatus paulo post vtroq; parente, in cœnobium
Canonicorum, quos Latina interpretatione addita,
Regulares appellant, tutoris improbitate ex Dauen-
triensi schola detrusus est, vbi Guilielmum Herman-
num Gaudensem, iuuenem diligentissimum in literis
sodalem aliquot annos habuit. Audita nominis eius
fama, in aulā suam recepit eum Cameracensis præsul,
qui simul ingenium Erasmi contemplans, sumptibus
eum instruxit, vt Lutetiam proficisceretur, & illic
Theologiæ scholasticæ daret operam: sicq; Scotista

 factus

factus est, in collegio Montis agens. Cumq; vitam collegiatã duriorem experiretur, non inuitus emigrauit ad Anglum quendam generosum, adolescentes duos secum habentem: atq; hîc cæpit in Anglia innotescere in quam insulam paulò post concessit, a discipulis illius suis domum regressis inuitatus. Ibi aliquandiu egit. Abiens ex Anglia, bonis fere omnibus, antequã nauem conscenderet, est exutus. Demum persuasus ab amicis, quò tandem Italiam videret, cum filijs Baptistæ Boëtij Genuensis, Régij in Britannia: Medici Bononiam profectus est. In itinere cum socio Anglo, Taurini, in Alpibus Cenis Theologiæ doctor factus est. Bononiæ agens cultum Canonicorum, quo vsus fuerat, impetrato à Iulio secundo põtifice diplomate, nõ leui de causa mutauit, modo veste sacerdotali vteretur. Interim libro prouerbiorum conscripto, Venetias profectus est, vt Aldo Manutio excudendum traderet: vbi ad tempus cõmoratus nonnulla scripta exarauit, summorum & doctissimorum consuetudine vsus. Sub id tẽpus Alexander Iacobi Scotorum regis filius, Archiepiscopus ecclesiæ diui Andreæ in Scotia, patauij operã literis dabat: vt Erasmũ in Rhetoricis sibi præceptorem adsciscit, cum quo postea Senas commigrauit, atq; ab eo commeatum impetrauit vicinam Romam inuisendi, vbi cum maximo literatorũ hominum gaudio & plausu est exceptus. Oblata est penitentiarij dignitas, si Romæ manere vellet. Sed redeundum fuit ad Archiepiscopum, cum quo postea Romam denuo adijt, ac vlteriorẽ simul Italiæ partem

Cum

Cumas usq; perlustrauit, ac antrum Sibyllæ, quod istic ab accolis ostenditur, subintrauit. Post obitum Archiepiscopi, admodũ præclari iuuenis reditum in patriam instituit. Itaq; per Alpes rheticas Argẽtoratum venit, unde secundo Rheno in Hollandiam uectus est. Mox amicis suis Antuerpiæ & Louanij salutatis, Angliã rursus adit, ubi inter ceteros, quos permultos eo loco sibi studiosissimos habuit, à Wwarano Cãtuariensi archiepiscopo, & totius Angliæ primate & Cancellario non pecunia solùm, sed etiam sacerdotio ecclesiæ Aldingtonensis in agro Cãtuariensi donatus est. Interea cum cognouisset pleraque sua scripta Basileæ sub prælo Iohannis Frobenij esse, motus & typorũ eius officina elegantia, & diligẽtia simul editionis, ipse quoq; eò se cõtulit, simulans iter ad Vbem uoti soluendi gratia. Receptus in ædes Frobenianas, plurimùm laboris scribendo exhausit. Postin Germaniam inferiorem propter negotia redyt. Mox Colonia Vbiorum fuit sub Conuẽtum Vormaciensẽ. Solutis Vormaciensibus comitijs, Basileam propter librorum aliquorum editionem repetijt. Multorum Regum & Pontificum maximam benignitatem & munificentiam expertus est. Nec solùm a principibus honoratus est, sed etiam à ciuitatibus si quas transiret. Louanij trilingue Collegium Erasmi suasu institutum est, ex opibus quas Ariensis præpositus Hieronymus Buslidius moriens in usus studiosorum destinarat. Atq; eo ex instituto motus Franciscus Gallorum rex, Erasmum per literas euocauit, ut simile

Collegium Lutetiæ Parisiorum eius consilio institueretur: verùm causæ aliquæ interuenerunt, quæ profectionem illã impedierunt. Friburgi propriam domum emit, quam post septimum annũ vendidit, ac Basileam cum vniuersa supellectile ad Hieronimũ Frobenium reuersus est, simul vt cœli mutatione reliquias morbi discuteret. Interea articularis morbus, qui aliquandiu conquieuerat, rursus eum corripit, vt se loco mouere nequiret, frustra cælo mutato. Sic languentem & viribus destitutum dysenteria ferme mesẽ integrũ vexauit, & paulatim exhaustũ in summa æquanimitate et tolerãtia tandẽ in ædib. Hieronymi Frobenij. 5. Idus Iul. An. 1536. cũ natus esset ãnos. 70. menses 8. dies. 25. sub mediam noctem extinxit.

Cum autẽ vitæ finis instaret, clara Christianæ patientiæ, & animi religiosi documẽta edidit, quibus in Christum se spem omnem figere testabatur, assiduè clamans: O Iesu misericordia, Domine libera me, Domine fac finem, domine miserere mei. Et Germanica lingua, Liuer Gott, hoc est, Clare deus. Testamentum condidit, in quo clarissimum virum Bonifacium Amerbachium Iureconsultum nominatum heredẽ fidei commisso, de bonis suis in pauperes, ætate valetudinéue infirmos, in puellas nupturas, vt harum pudicitiæ succurratur, in bonæ fidei studiosos adolescentes, ac in quosvis huiusmodi dignos auxilio distribuendis collocandisque honorauit: adiunctis eidem duobus executoribus Hieronymo Frobenio, & Nicolao Episcopio. Statura fuit infra proceritatem, supra tamen

men notabilem prorsus humilitatem: corpusculo satis compacto et elegãti, sed, quod esset tenerrimæ cõplexionis, & minimarum etiã rerum mutatione facilè offenderetur. In senio quoq; crebris calculi doloribꝰ obnoxius. Cute corporis & faciei candida, capillitio in iuuenta subflauo, oculis cæsijs, vultu festiuo, voce exili, lingua pulchrè explicita, cultu honesto & graui, memoria felicissima, ingenio comico, in amicitia constans, in egenos, maximè verò in bonæ spei & indolis adolescentes studiosos viatico destitutos, liberalis. In cõuictu comis et suauis, citra omne superciliũ, vt non immorite

ἑρασμιος dictus

fuerit.

UNIV. LIB. CAMB.
1674
1536

COLLOQVIORVM INDEX.

Abbatis & eruditæ. 370
Absurda. 561
Adolescentis et scorti. 249
Ἀγαμος γαμος. 542
Affinitatum nomina. 76
Alcumistica. 342
Amicitia. 666
Apotheosis Capnionis. 169
Ἀπροσδιόνυσος 561
Ασφαλισμὸς. 571
Ars notoria. 601
Charon. 530
Colloquium senile. 280
Conuiuium fabulosum. 361
Conuiuium poëticum. 257
Conuiuiū prophanū. 89
Conuiuium religiosum. 120
Concio siue Merdar. 640
Copiæ compendium. 102
Cyclops. 554
Deambulatio. 22
De captādis sacerdotijs. 33
De rebus ac vocabulis. 524
De valetudine. 12
De votis temere suscep. 30
Diliculum. 589
Dispar conuiuium. 318
Diuersoria. 245
Echo. 516
Ementita nobilitas. 561
Epicureus. 698
Epithalamium Petri Aegidij. 324
Euangelio phorus 534
Euntes in ludū literar. 69
Exequiæ Seraphicæ. 648
Exercismus, siue spect. 332
Fumus. 495
Formulæ agēdi gratias. 71
Franciscani. 296
Γεροντολογία. 280
Herilia iussa. 41
Hippoplanus. 351
Impostura. 553
Inquisitio de fide. 274
Ιχθιοφαγία. 437
Ἱππεὺς ἄνιππος. 562
Lusus pueriles. 46
Merdardus. 604
Militis confessio. 37
Militis & Carthusia. 200
Monita pædagogica. 44

Naufragium. 232
Νυφάλιον συμπόσιον 596
Opulantia ſordida. 636
Percontantis domeſtica. 20
Percontantis forem pri. 12
Percontantis reducem. 11
Peregrinatio reli. erg. 14
Philodoxus. 624
Pietas puerilis. 55
Πολυδαιτία. 518
Problema. 689
Proci & puella. 177
Pſeudocheir & Philet 227
Παιδολογία. 215
Παιδοτριβικὴ ψυχολογία. 1
Παιδοτριβικὴ ψυχολογία Fran. 196
Puerpera. 379
Salutandi formula. 6
Senatulus. 581
Scorti & adoleſcentis. 249
Synodus grãmaticorũ. 535
Talorum luſus. 571
Venatio. 68
Vendendiet emendi ac variand formula. 109
Virgo μισόγαμος i. abhorrens à nuptijs. 190
Virgo pœnitens. 190
Vxor μεμψίγαμος. 204

FINIS.

UNIV. LIB. CANT.

Ambroſe Rost